UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Polyantheæ Novæ Liber III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER III.

C.

## Cæcitas.

### ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

CÆCITAS. Greçe τυφλότης,ητος, ἡ: & τυφλὸς,ῦ,ὁ, cæcus dicitur. Et eſt tam corporis, quam animi orbitas. Eſtque cæcum, quod non habet viſum, cum natum ſit habere, ſecundum Ariſtotelem libr. 6. Topicorum. Dicitur autem cæcum, quaſi oculis captum, vel quod ſit oculis conciſum, vel quod oculis careat. Eſt autem cæcus, qui caret lumine, vt diximus. Item inſidioſus, occulte malus, latens, tacitus qui videri non poteſt. *hiuuer* cæcus à verbo Hebr. eiusdem ſoni, quod ſignificauit excæcauit, exoculauit, item obduxit oculis pellem, quæ *hor* Dicitur. Hinc *vau* in π mutato fit πηρόω excæco, πήρωσις cæcitas. *Verg. lib. 6. Æn.*

*Cæca regens filo veſtigia.*

Hinc eſt verbum Cæcutio, quod propriè ſignificat parum video.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Cæcitas tum corporis, tum animi, *Geneſ.* 19. 11. *Deuter* 28. 28. 2. *Regum* 6. 18. & 25. 7. *Pſalm.* 69. 24. & 14. 6. 8. *Eſa.* 6. 10. & 29. 18. 35. 5. & 42. *ver.* 7. 16. 18. & 43 8. & 56. 10. & 59. 10. *Sap.* 2. 21. *Tob.* 2. 11. 2. *Mach.* 10 30. *Matth.* 15. 14. *Marc.* 8. 18. *Luc.* 4. 19. *Ioan.* 9. *verſic.* 1. 4. & 12. 40. *Act.* 9. *verſ.* 8. 18. & 13. 11. *Rom.* 1. 21. & 11. 10. 2. *Cor.* 4. 4. *Epheſ.* 4. 18. 2. *Pet.* 1. 9. 1. *Ioan.* 2. 11. *Apoc.* 3. 17. Cæcitas corporalis à Deo, *Exod.* 4. 11.

Cæco non nocendum, *Leuit.* 19. 14. *Deut.* 27. 28. Cæci cæcum ducentis conditio, *Matth.* 15. 14. *Luc.* 6. 39. Cæci illuminantur. Vide Miracula.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Cæcitas naturalis in pœnam datur:*

Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? *Tob.* 5.

*Ipſius illuminatio miraculoſa per angelum.*

Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur. *Tob.* 6.

Tunc ſumens Tobias de felle piſcis liniuit oculos patris ſui. Et ſuſtinuit quaſi dimidiam fere horam, & cœpit albugo ex oculis eius quaſi in membrana oui egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab eius oculis, ſtatimque viſum recepit. 11.

*Per Chriſtum.*

Et transeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis. *Matth.* 9.

Et egredentibus illis ab Hiericho: Et ecce duo cæci clamauerunt, dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid. 20.

Et veniunt Bethſaidam, & adducunt ei cæcum. *Marc.* 8.

Et præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. *Ioan.* 9.

### ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Lucret. lib. 2. de Nat. rerum.

*O miſeras hominum mentes! ô pectora cæca!*
*Qualibus in tenebris vitæ: quantisq; periclis*
*Degitur hoc æui quodcunq; eſt!*

Ouid. 6. Met.

*Proh ſuperi! quantum mortalia pectora cæcæ*
*Noctis habent!*

### ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIAE

Franciſci Petrarchæ.

*De cæcitate.* Dial. XCVI.

D O I.

Oculos perdidi. R. O. quot ſimul vitæ faſtidia perdidiſti
da ſpectaculorum ludibria non videbis. D. Amiſi oculos
tis fortaſſe, non pectoris. Hi ſi ſuperant, bene habet, ſalua
Cœcus ſum. R. Non videbis ſolem amplius, ſed vidiſti &
animo tenes, aut ſi non vidiſti vt in parte ſors durior, ſic
leuius ignotæ rei. D. Oculis careo. R. Cœlum terramque
cies, ſed cœli terræque dominum ſpectandi facultas non
Multum illa clarior eſt viſio. D. Cæcitate perpetua damn
R. Non videbis amodo frondoſas valles, aereos montes
ſpites, vmbroſos ſpecus, lucidos fontes, vaga flumina, p
tia, quodque pulcherrimum viſu dicunt humani oris eff
nec cœci cumulos, nec vndantes cloacas, nec laniata ca
quicquid aſpectu fœdo ſtomachum lædit. D. Oculorum
uatus ſum. R. Vt malo huic nil aliud boni inſit quam quo
dos enormium penitusque deformium habituum non
optanda cæcitas, quam & ſi optabilem fuiſſe ſæpe olim
que vnquam nego, quandoquidem ſpes fugæ nulla eſt, q
terrarum verteris par inſaniæ regnum, par virtutis ex
ſtatu perdidiſſe oculos; fugæ & ſolatii genus eſt. D. Viſum
R. Et fæminei vultus aſpectum. Gaude igitur: clauſæ vnde
trabat ſunt feneſtræ, multisque vitiis obſtructum iter a
la, luxuria, peſtesque aliæ ſuos miniſtros, ac ſatellites am
tum animæ tuæ hoſtibus demptum eſt, tantum accre
dito. D. Perdidi oculos. R. Perdidiſti duces malos, qui
tium te ducebant. Mirum dictu, ſæpe quidem luci
poris totam animam in tenebras trahit, iam vocantem
ſpiritum ſequi incipe, & veritati præbe aures clamanti: No
rere quæ videntur. Quæ enim videntur temporalia ſu
tem non videntur æterna. D. Luminibus careo. R. Culp
plurimis: ſi his perpetuo caruiſſes, nunc venturis m
virtus ac cæcitas, præterita deleant dolor ac pœnite
geas cæcitatem, mentis oculos aperturam. lugendum
quod dilata eſt. D. Lumen oculorum perdidi. R. Lumen
rum ſerua. Solent qui alterum oculum amiſerunt (vt a
tius videre. Id ſi ita eſt, quid rear, niſi vt duobus perdi
liis acutiſſime videas, & tuum facias illud Tyreſiæ cæci
moſi: *Obruit ora Deus, totamq; in pectore lucem deruit*
cem te vereque cæcum & prorſus exoculatum, ſi hanc
didiſti, quod vt ſuſpicer, tuæ, ſi pergis, facient querel
nempe flebilius, quod vnicum eſt habenti. D. Oculos
perdidi. R. Purga igitur, & abſterge quos non perdas, & e
euntibus ad interna reflectere. Illic, mihi crede, non in
bitat felicitas illa quæritis. D. Lumen oculis non video
vel in tenebris gaudere. An tibi Antipatri Philoſophi
excidit laſciuum fortaſſe, ſed proprium? cuius cæcitatem
cæ mulierculæ deplorarent, iocans, Nullane, inquit,
voluptas eſſe nocturna? Facete ille quidem, breuiterque
nim ſunt in obſcuro gaudia, ſicut & in luce dolor mu
tem tibi honeſti ſolius hortator ſum. D. Amiſſos oculos
Si vſurus male, gaudendum potius, prærepta tibi ne
menta. Sin bene, nec ſic quidem eſt quod doleas, rem
ſu, ſed pietati, ac ſancto propoſito minime neceſſ
non membra, ſed animum quærit Deus: Purum illi
offer, quem vbi acceperit, quicquid eſt reliqui accep
ſibi retinuit, qui animum dedit. D. Corporeos amiſi oc
ad cœlum niteris, conſolare te cum Didymo, quem cæ
fantia, inque hac cæcitate vsque ad exitum ſummo vi
citio inſignem ſacer Antonius ſenem viſens, nihil mo
ait, eo quod oculos amiſiſſet, communes ſibi cum mu
ribus, & lacertis, ſed gaudere, quod oculi communes
angelis ſalui eſſent. Antonianum vere, cœleſtisque ma
ſcipulo dignum verbum. Sin ad liberalium ſtudior
aſpiras, Homerum ac Democritum contemplare, q

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(vt fama eſt) dum mira illa ac diuina dictaret oculis non videbat plane lynceus. Alter ſibi oculos eruit, ne videret multa, quæ vt ipſe arbitrabatur veri viſus aciem impedirent, cuius factum quam vel laude, vel vituperio dignum fuerit non diſputo, ſed inuenit imitatores. Quod ſi picturam forte ſculpturamve Apellis, aut Phidiæ artes ... mente delegeras, amiſiſſe te aliquid non negem, niſi hoc ipſum lucrum eſt, ab inepto humili retractum cogi altius. D. Cæcitate inops & inutilis ſum. R. Quid te ipſum ecce deſeris? Nam Tireſias de quo ſupra diximus, cæcus viſu, vaticiniis clarus fuit. Num Diodorus Stoicus, ſed familiaritate. Cicer. quam ſecta notior ſua viſum perditum auditus ſolatio leniebat cum ei, vt Cicer. ibidem ait, libri per noctes & dies legerentur? quibus in ſtudiis oculis non egebat. Hic & philoſophiæ ſimul & fidibus, quodque ſine oculis fieri poſſe vix crederes, geometricis quoque deſcriptionibus operam dabat, & alienis manibus lineas protrahi iubens ſuo de illis ingenio diſſerebat. Caius Druſus absque oculis, ſed iuris ciuilis notitia tantus fuit, vt domus eius conſultorum frequentia cotidie repleretur. Et videbant illi qua iretur ad forum rectius, qua iretur ad cauſæ victoriam non videbant, atque ideo cœci ducis patrocinium implorabant. Sed clariſſimus omnium quos famoſos cæcitas habuit Appius Claudius, & re cœcus, & nomine, qui cæcitate preſſus ac ſenio, non priuatis modo conſiliis à populo noſcebatur, quiſquis in iure vel in facto ſcrupulus incidiſſet, ſed authoritate, ac ſententia ſenatum regebat, vniuerſamque Remp gubernabat. Tu confeſtim vno defectus ſenſu reliquos omnes, atque inſuper mentem ipſam abiicis, haud aliter quam qui vnius damni leuis impatientia, & vitam, & vitæ inſtrumenta proiiciunt deſperatione præcipiti. D. Cæcus ſum, nec quo pergam video. R. At dux tuus videt, ſiue is eſt animus, ſiue ſeruus aliquis ex more cæci greſſum dirigens, cuius ductu non modo rectum iter inuenias, ſed ad contemptum vitæ nobilem, & præclaræ virtutis actus vltimos ad faſtigia ſumma peruenias, neque niſi vis animi defuerit generoſum facinus lux amiſſa impediet. Meminiſti quid ſacris Samſon in literis, quid ciuili bello apud Lucanum Maſſiliæ Tyrrhenus agat in æquore, de quo quidem ſi poeticæ tubæ minus eſt fidei, illud certius atque recentius memorare, quod ætate tua videre oculis potuiſti. Vt Ioannes Rex Boemus, duorum ſine medio Romanorum principum alterius filius, alterius pater oculis ſemper infirmus, multos ad extremum annos cæcus, bello hoc quod inter Gallum, cui ille fauit, ac Britannum regem, ſex iam luſtris agris, dum pugna illa omnium aſperrima, cui ambo reges intererant inclinare fortunam ſuæ partis inciperet, duces ſuos clara voce compellans: Dirigite me inquit obſecro in eam partem, vbi rex hoſtium eſt, atque omne robur exercitus, quod cum mœſti, ac trepidi feciſſent, ille equo ſtimulis adacto ſe præcipitem dedit, quo ſpectare alii, cæcumque oculis proſequi vix audebant, vbi confertiſſima hoſtium in acie, non fortiter modo, ſed horrifice pugnans ruit, ipſis mirantibus & laudantibus qui vincebant. Rem narro notam omnibus, ſed niſi mandata ſit literis obliuione perituram, & quid oro gloriæ viri fortis obfuit viſu caruiſſe? niſi vt quem virtus & natura mirabilem fecerant, ſtupendum cæcitas faceret. D. Cæcus ſum. R. Iocari incipiam ni deſiſtas ... Nam quid aliud, ſi vires attuliſſe tibi cæcitas quiuit, quam quod de ſeipſo cæcus effectus Aſclepiades ait, vno ſcilicet vt puero comitatior gradiare.

## ¶ Adagia.

Cæcus cæco dux. τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. *Vn aueugle meine l'autre.*

*Euangelicis literis celebratum adagium. Vtemur, quoties indoctus indoctum docere, inconſultus imprudenti conſilium dare conatur.*

Neque cæcum ducem, neque amentem conſultorem. μήτε τυφλὸν ὁδηγόν, μήτε ἄνοητον σύμβουλον.

*Subaudi, adhibeas. Vtemur, quoties monebimus, Diſcendum ſed à docto: conſilium petendum, ſed à conſultis ac prudentibus.*

Lolio victitant.

*In luſcioſos & cæcutientes. Plautus. vulgo,* Er hat Zwibeln geſſen. Item, Er ſihet auff eine ſeiten / wie ein Ganß / die ein Apffel ſihet.

Talpa cæcior, τυφλότερος ἀσπάλακος.

*De iis qui ſupra modum cæcutiunt, aut minime iudicare de rebus poſſunt.* Plus aueugle qu' vne taulpe.

Cæcior liberide. τυφλότερος λεβηρίδος.

*In eoſdem hebetes. Eſt autem leberis pellis illa, quam ſerpentes exuunt cum iuuentam reparant: in qua nõ oculi, ſed oculorum tantum effigies & tenuiſſima quadam membrana apparet.*

Palpari in tenebris. ψηλαφεῖν ἐν τῷ σκότει.

*De iis, qui rem obſcuris veſtigant coniecturis. Ariſtoph.*

E duobus tria vides. ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις.

*In eos, qui ætate, vel ebrietate, vel alio quodam oculorum vitio cæcutiunt.*

Puluerem oculis ſuffundere. *Ietter de la pouldre aux yeux.*

*In eum, qui de induſtria rem obſcurat, & aduerſario iudicium eripit. Hieron.*

Saturniæ lemæ. κρονικαὶ λῆμαι.

*In ſtupidos & cæcutientes, maxime vero eos, qui ætatis vitio deſipiſcunt.*

Quid cæco cum ſpeculo?

*Non opus eſt libris illiterato. Iuuenis ſtultus ineptus eſt ad functiones publicas & domeſticas exercendas. Diuitiæ ſunt auaro & prodigo inutiles.*

Cucurbitas lippire. Κολοκύνθαις λημᾶν.

*Ad præcedentis proximi adagii formam pertinet etiam hoc: ſtupidos & cæcos notamus, & cucurbitas lippire dicimus, id eſt, plane nihil videre: & tantas in oculis lemas habere quantæ ſunt cucurbitæ.*

Ollas lippire. χύτραις λημᾶν.

*Similis priori Hyperbole. Lucianus aduerſus ineruditum, & multos coementem libros vſurpauit. Nos eleganter dicemus de hominibus craſſi iudicii, ac vehementer hebetibus, vel turpiter etiam errantibus.*

Hypſea cæcior. *Horat.*

*In cæcos & ſtupidos, tale etiam illud, Tireſia cæcior, à fabula notiſsima Tireſiæ.*

In canis podicem inſpicere. ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν. *Ariſtoph.*

*Interpres eius admonet, vulgo dici ſolere in cæcutientes.*

Cimmeriæ tenebræ. νὺξ κιμμερία. *Lactantius.*

*Multam animi caliginem & obſcuritatem hoc adagio ſignificamus.*

Cæca ſpeculatio. ἀλαοσκοπιή.

*Suidas prouerbialem eſſe dictionem admonet, quoties aut conniuent, quibus datum eſt negotium, aut ipſi nihil vident, quibus obſeruandi partes ſunt delegatæ.*

Cæci præſcriptio τυφλοῦ παρακέλευσις.

*Plane quadrat in hominem inſigniter caligantem: aut in eos qui aliis præſcribunt, quod ipſi non intelligunt.*

## ¶ Exempla Biblica.

Cæcitatis & excæcationis externæ exempla: Sedechias, 2. *Reg.* 25. *v.* 7. *Ier* 39. *v.* 7. Tobias, *Tob.* 2 *v.* 10. 11. Duo cæci. *Matth.* 9. *ver* 27. & 20. 30. Cæcus, *Matth.* 12. 22. Bartimæus, *Marc.* 10. 46. Cæcus natus, *Ioan.* 9. *v* 1. Elymas, *Act.* 13. *v.* 11. Cæcitas cordis, pœna peccati, *Deut.* 28. *v.* 28. 29. Damnatur, *Marc.* 3. *v.* 5. *Ioan.* 3. *v.* 19. & 9. *v.* 39. & 12. 40. *Rom.* 11. 25. *Eph.* 4. *v.* 18. 2. *Timoth.* 3. *v.* 8. 2. *Pet.* 1. *v.* 9. Cæcitatis internæ exempla: Phariſæi, *Matth.* 12. 13. 14. *Marc.* 3. *v.* 5. 6. Iudæi, *Luc.* 23. *v.* 18. *Ioan.* 11. *v.* 37. 2. *Cor.* 4. *v.* 3. 4.

## ¶ Exempla Profana.

*Seſoris, vel (vt alii appellant) Seſoſtris*, Ægyptiorum rex potentiſſimus & bellicoſiſſimus, poſt multas res egregie geſtas, viſum amiſit. *Diod. Sic.*

*Anyſis rex Ægyptiorum* cæcus fuit, ex vrbe Anyſi *Herod. lib.* 2.

*Lycurgus* à Thracibus (quibus imperabat) excæcatus eſt: quod fœminas quaſdam ſequentes Bacchum, ſimulata cum Deo amicitia interfeciſſet. *Diod.*

*Ioannes Boemorum* rex cæcus, pro Gallis aduerſus Anglos pugnans, fortiter occubuit *Theat. Zuing.*

*Beliſarius præfectus Iuſtiniani Imp.* deletis Vandalis, acto de Perſis triumpho, Italia à Barbaris non ſemel liberata, propter proſperos ſucceſſus. Imp. formidoloſus & ſuſpectus factus eſt: ac propterea ab eodem oculis priuatus. *Procopius & Crinitus lib.* 9. *c.* 6. *Volater. lib.* 23. *Anthrop. Fulg. & Egnat. lib.* 5. *c.* 3.

*Appius Claudius, Cæcus* cognomine, mentis oculis pacem cum Pyrrho patriæ inhoneſtam fore præuidens, eam magno animo & felici euentu diſſuaſit. *Cic. de Senect.*

*Cn. Auffidius* Prætorius, in cæcitate ſententiam in ſenatu dicebat, nec amicis deliberantibus deerat: Græcam ſcribebat hiſtoriam & videbat in literis. *Pontan. lib.* 2. *c.* 8.

*C. Druſus* cæcus fuit: tamen domus eius implebatur conſultoribus, qui in ſuis cauſis cæcum adhibebant ducem. *Valerius de ſtudio*

*Nicolaum* quendam cæcum deſcribit *Pontan. lib* 2. *cap.* 7 *de Fort. domeſtica*, qui feſtis diebus, Etruſcis numeris, aut ſacras hiſtorias aut annales rerum antiquarum è ſuggeſtu decantare ſolitus erat, ad quem doctorum hominum, qui Florentiæ tum multi erant, concurſus fiebat.

*Lippus Florentinus*, oculis orbatus, animo acutiſſime vidit cum aſſidue Rhetorum, & philoſophorum auditoria non paruo cum fructu frequentaret. *Pontan. lib.* 2. *cap.* 8. *de Fortitud. domeſtica.*

*In Lepidorum* familia Romæ tres intermiſſo ordine obducta membrana oculo geniti ſunt. *Plin. lib.* 7. *c.* 12.

*Xenarchus* è Seleucia Niciæ Peripateticus, qui Alexandriæ docuit, Arrii primum philoſophi, deinde Cæſaris Auguſti vſus amicitia paulo ante mortem viſu orbatus eſt, *Strabo lib.* 14.

*Diodorus Stoicus* poſt viſum amiſſum, vt Cicero refert, multo etiam magis aſſidue, quam antea in philoſophia verſatus eſt, cum & fidibus Pythagoreorum more vteretur, & quod vix fieri

poſſe videbatur Geometræ munus tueretur. *Pontan.lib.8.c.6. De Fortitud.domeſtica.*

# Cælebs.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

CÆLEBS, Græce ἄγαμος,ȣ,ὁ,ἡ,& ἀγαμία,ας,ἡ. cælibatus dicitur. Et is proprie dicitur cælebs, qui caret, ſemperque caruit vxore dictus, quod vitam cæleſtem agat. Abuſiue tamen pro eo ponitur, qui vxorem non habet, etiam ſi alias habuerit. Hinc cælibatus eſt vita, quæ agitur ſine vxore. *Suet.*

Verum amiſſa vxore Lepida, duobusque ex ea liberis, manſit in cælibatu Horatius: *Martijs cælebs quid agam Kalendis.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Plutarchus in Lycurgo, author eſt, apud Lacedæmonios tantum habitum fuiſſe honorem coniugio, vt ſi qui eſſent, qui cælibem agerent vitam, eos iuberent magiſtratus per hyemem in vrbe nudos forum circumire, vbi etiam carmen in ſe compoſitum canere cogebantur, in quo erat: Iure optimo eos publica iſta ignominia affici, quoniam legibus Spartanorum non parerent. Deinde etiam honorum & obſeruationum, qua iuuenes ſeniores proſequebantur, ipſi expertes erant.

Inter reliqua capita, quæ lex Poppœa, vt veteres, ſiue Papia, vt recentiores vocant, hoc quoque vnum erat ad augendas cælibum pœnas, vt qui coniuges filios non haberent, quod alter alteri legaſſet, decima parte Fiſco applicaretur. Cui Tiberius Cæſar & illud poſtea adiecit: Sexagenarius vxorem ne ducito. Eo, quod generandis filiis ætas illa penitus inutilis ſit viſa. Quod legis caput primum Claudius Cæſar, authore Tranquillo, deinde *Iuſtinianus noſter l. Sancimus, C.de nuptijs abrogarunt*. Cum etiam illa grandæua ætate nonnullos procreaſſe hiſtoriæ tradant.

¶ SIMILITVDINES.

*D. Auguſtini.* ſicut non eſt impar meritum patientiæ in Petro qui paſſus, & in Ioanne qui paſſus non eſt: Sic non eſt impar meritum continentiæ in Ioanne qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & iſtius connubium, pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt. *De coniugat. c.21.*

¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Heliam* neque Heliſæum vxores habuiſſe, aut liberos genuiſſe, vsquam legimus: & à nemine ante Euangelii tempora præterquam ab iis mortuos ad vitam excitatos: vt miraculi raritas ac magnitudo ſeruatæ caſtimoniæ, teſtetur meritum. *Sab.l.5.c.7.*

*Malchus* monachus captus à Saracenis, cum à domino ſuo cogeretur ſeruam Chriſtianam matrimonio ſibi iungere: mortem ſibi ipſi conſciuiſſet, niſi ab illa voto communi caſtitatis ſuſcepto ſeruatus fuiſſet. *Hier in Vita Malchi.*

*Marſilas* Phryx, ingenio prudentiaque mirabili fuiſſe dicitur: coniecturam ingenii ſumunt, quod vocis ſonum multiplicis fiſtulæ imitatus, ad tibias eam harmoniam traduxit: prudentiæ, quod vsq; ad extremum vitæ finem cælebs vixit, *Diod.l.3.c.5.*

*Epaminondas* Dux Thebanus cælebs. *Probus in Epaminonda.*

*Apud Spartanos* qui cælibes vixiſſent, gymnicis ſpectaculis arcebantur, nudique hyeme forum circuibant, ne, vt cæteri ſenes, in honore apud iuuenes eſſent.

*Iaſo Maynus*, IC. cum Ticini doceret, à Ludouico XII. Gallorum rege (qui Genua ſubacta de Liguribus triumpharat, & fama Mayni motus, eum profitentem nobiliſſimorum principum choro ſtipatus audierat) rogatus cur nunquam duxiſſet vxorem? vt te commendante, reſpondit, Iulius Pontifex ad purpureum galerum geſtandum me habilem faciat. *Iouius in Elog.*

¶ SCRIPTORES.

De cælibatu Eccleſiaſticorum, *Vide Roberti Bellarmini diſput. T.2. Controu.v.2 lib.1. de clericis à c.18. ad 24. Col 346 Io. Gerſon Tom. 2. Clericorum. Ioan. Ecci Scripta aduerſaria B. Latom. & M. Buceri.* Contra Cælibatum oratio *Hortenſii Tranquilli.*

*V. de tit. de Coniugio, Virginitate, Caſtitate, &c.*

# Calamitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CAlamitas proprie ſignificat calamorum fractionem à grandine aut alia aeris intemperie. Dicta etiam eſt grando (Donato interprete) calamitas, quod calamos comminuat. Hæc vox fluit ab Hebræo verbo *Kamal*, calamitoſus fuit, ſucciſus eſt in calamo ſeu culmo. Cognationem habet cum *Calam*, calumniis proſciſſus eſt. Et quidem ſegetes grandinis impetu & fragore conteruntur. Hinc κάλαμος, καλάμη, Calamus, culmus, calam[...] 6. & 33. 9. Aliis vocibus calamitatem deſignant He[...] prima eſt *Edh*, pernicies, exitium, nocumentum: Io[...] 2.6. Ierem. 48.16. Altera *Raham*, id eſt, impetus, fra[...] vt fit in iſtiusmodi calamitatibus à verbo *Raham*, I[...] petuoſe, concitatus eſt magno impetu. Vide Iſai. 29. 6. T[...] deſolatio, à verbo *Scho*, deſolatus eſt, ad nihilum eſt re[...]ta, *Schemamah, Schimomah, Schimmamon*, deſolatio [...] vt quisquis eam videt non poſſit non gemere & h[...] dolore cordis: Iſai. 62 4. Ezec. 4. ver. penult. & 35. 7. [...]*mam* deſolatus eſt, cum ſtupore. Nam ad horrendas [...]tes omnes propter ſubitam deſolationem atque v[...] conſternantur & obſtupeſcunt. Metaphorice autem [...] χάλαζα, grando) pro omni miſeria & pernicie po[...] Atticum, Nemo maiorem calamitatem morte Pa[...] homine calamitoſo, morbis grauiſſimis & turpibus [...] ſeriis, dicunt, *Il eſt gresle*, grandine percuſſus confra[...]

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Iac. Bill. Antholog. Sacr.

Magno piorum bono calamitates ipſis à Deo immi[...]

*Eſt bonus ille obolus qui nummum ſeruat, [...]*
*Quaq; caput ſeruans vulnera palma capit.*
*Eſt bonus hic medicus, qui noxia doctus ab [...]*
*Partibus ad ſummum pertrahit arte cutem.*
*Ergo caue melior ne ſpes te deſerat vnquam,*
*Sæpe licet caſus expertare graues:*
*Nam ne forte tumens agitet pia pectora faſtus,*
*Vexari patitur corpora ſæpe Deus.*

Calamitates nobis à Deo vtilitatis noſtræ cauſa im[...]

*Cum nimium paribus cernit colludere natum:*
*Quanam vti genitor callidus arte ſolet!*
*Protinus horribilem ſerues aſſumere laruam,*
*Verbaq; terroris fundere plena iubet.*
*Sic ſibi præferri Chriſtus cum gaudia mundi*
*Perſpicit, horrendis vtitur ipſe minis,*
*Non vibrare ſui cupiat quod tela furoris:*
*Verum ad eum vt redeat mens tremefacta [...]*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Calamitas virtutis ſæpe occaſio eſt. *Seneca.*

Calamitas plerunque illuſtris ad gloriam, volupt[...] *Polydorus.*

Foris ſi qua accepta fuerit calamitas, emendari po[...]mi accipiuntur clades exitiales habentur. *Æneas Syluius.*

Sic comparatum eſt, vt cum calamitoſi hominis [...]henditur, Miſeria illi potius videatur exprobrari quam [...]*tarchus.*

*Vide Locum de Miſeria, Aduerſitate, Aff[...]bulatione.*

# Calliditas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CALLIDITAS, Græce πανουργία, ας, ἡ, & πανοῦργος [...] dicitur Hebr. *Hormah*. Vide Aſtutia. Et eſt calli[...] quemadmodum manus opere, ſic animus vſu [...]citurq; à callus calli. Eſt autem callus cutis labore vi[...] alio opere in manibus, vel parte alia corporis denſior fa[...] fit calleo verbum, quod eſt callum facio, quod ad anim[...] nunquam transfertur: & callere eſt callide ſcire. [...] lebat primo deprehendere morſu. Horatius: *Legitimum[...] digitis callemus & aure*, id eſt, ſcimus & nouimus. N[...] longo labore callum facit, ita mens longa experientia [...]dam habitum in his rebus, in quibus verſatur, vnde ca[...]tus, & calliditas, aſtutus per ll geminatum. Verum per ſi[...]nit à calor caloris, eſtque calidum, frigido oppoſitum [...]mam breuem. *Virg.* Ferrum calido in pulmone tepeſcit. [...]lidus à verſuto; quod callidus is ſit cuius animus vſu [...]ra externa callum obduxit: verſutus, cuius mens celeri[...] Cicero, 1. Off. Scientia, quæ remota eſt à iuſtitia, calli[...] quam Sapientia eſt appellanda.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Simonides* interrogatus, quam ob rem, cum eſſet [...]nex, & morti proximus: tamen adeo eſſet attentus ad re[...]niam, inquit, malim moriens inimicis relinquere, quam [...]re amicis. Callide autem taxauit hominum mores, qui [...]rant bona ſe olim conſequuturos, obſeruiunt: nō ſecum [...] *Eraſ. Rot. lib. 6.*

*Phryne* Praxitelem, à quo deamabatur, rogauit, [...]bus quod haberet pulcherrimum, ſibi donaret. Prom[...]

…intellexit artificem diſſimulare, quod eſſet domi ſuæ … Clam igitur ſubornauit ſeruum, qui Praxiteli in foro … diceret, domum ſuam maximo flagrare incendio & … iam incendio conſumpta eſſe. Praxiteles igitur ſtatim in… Satyrus & Cupido ſupereſſet? Quod cum meretrix au… falſa eſſe omnia, & Cupidinem ſibi dari iuſſit.

…ſthenes, ancilla quædam depoſiti nomine pecuniam acce… duobus hoſpitibus, ea tamen conditione, vt eam vtriſque ſi… redderet. Horum alter poſt tempus aliquod lugubri veſte & … ſocij mortem ſimulans, decepta muliere pecuniam abſ… Poſt menſes aliquot venit demum alter, depoſitum efflagi… Verum cum ferè iam deſperaret deluſa mulier: Demoſthenes … adfuit, qui cum in aduocationem veniſſet, ſic negotium … Parata eſt mulier, vt fidem depoſiti ſoluat: non tamen fie… niſi ſocius quoque adductus fuerit: quoniam ab ipſo … audimus, hanc legem dictam eſſe: Ne depoſita pecunia al… altero numeretur, Et hac calliditate ſeruauit mulierculam, … nebulonum depoſitum improbè efflagitantium conſpira… *Plut. in Demoſth.*

## ❡ Similitvdo.

… Quemadmodum quædam in oblectamentum & iocum … tur, vt eorum ſolutio imperito difficilis ſit: quæ ille, qui … nec vllo negotio ſeparat, quia commiſſuras eorum & … : nihilominus illa habent aliquam voluptatem, ten… tamen animorum, & intentionem excitant: Ita hæc … callida, & inſidioſa; ſecuritatem, torporem ac ſegni… auferunt; quibus modo campus in quo vagentur, … eſt, modo recti aliquid & confragoſi obijciendum, per … pant, & ſollicitè veſtigium faciant. *lib. 5. de Beneficijs.*

*Vide Argutia, Aſtutia, Prudentia.*

---

# Calor.

## ❡ Definitio et Etymol.

…or, Caliditas, Hebr. *Chom*, à verbo *Chamah*, Incaluit, exar… ſtuauit. Græc. θέρμη, ἀλέα. Calere dicitur res per transla… metaphora ſumpta à fabris ferrarijs, qui ferrum candens … igni exemerunt, ſtatim cudunt, ne mora interpoſita durum … tractabile. Transfertur ad animum.

## ❡ Sententiæ Philosophicæ

…cibus omnis eiuſmodi eſſe debeat, vt concoqui poſſit, & ca… coctionem efficiat; calor in naturis animatis omnibus inſit … *lib. 2. de animo, c. 4. T. 50.*

…quidem auget conficitque cibum, atque id quod leuitate … ad ſe trahit & allicit: id autem quod ſalſum eſt & amarum, … grauitatem reſpuit. *lib. de Senſu, cap. 4. & libro de Adoleſc.*

…es partes, omneq; corpus, animantium calorem quendam … habent: itaque dum viuunt, calida ſunt: cum moriun… priuata ſunt vita, contra frigida. *libro de Adoleſc. cap. 2.*

…ipium vitæ tum denique ea quibus datum eſt, deficit, cum … alis non refrigeratur. *lib. de reſpir. c. 7.*

*Vide Ignis, Mors, Vita.*

---

# Calumnia.

## ❡ Definitio et Etymologia.

…lumnia, Græcè διαβολὴ, ῆς, ἡ, διαβάλλω, calumnior, dicitur. Calumniam Hebræi varijs vocibus exprimunt. id eſt, *Dibbah*, … fama late diſperſa inſtar fumi, infamia, calumnia, à verbo … exhalauit, fumum tenuem ex ore emiſit. Nihil eſt enim ca… quàm fumus in alicuius nomen ſparſus. Et vox Græca δια… Hebrææ alludere videtur. 2. *Kelimma*, contumelia, à verbo … contumelioſis verbis exagitatus eſt, propius Latinum no… deſignare videtur. 3. *Hoſchek* à verbo *baſchak*, decepit, ſyco… tiam egit ad euertendum aliquem. *Dophi*, Offenſio, offendicu… Pſalm. 50. 20. Quæ omnia calumniæ ingenium aperiunt.

Calumnia Latinis dicta eſt à Caluendo, quod priſco verbo fru… trari & decipere ſignificabat. Omnis enim calumnia menti… & fallit, & mendacium aut fucum auctorem habet. Græci διαβο… dixerunt appoſitè, quod quaſi traijciat ac penetret, & noxio lin… guæ telo defigat. finis ſcilicet illi primus fallere, quod Latini … derarunt: lædere quod Græci: ſed irrito conatu. Et eſt crimi-nis impoſitio falſa & malitioſa *ſecundum B. Thomam ſecunda q. 68. art. 3.*

Vel ſic:

Calumnia eſt alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationem vexatio; diciturque à caluo, quod eſt decipio & fruſtror, tractum à militibus caluis, qui omnibus ſolent eſſe deriſui.

Calumnia eſt ſecundum Lucianum, delatio mentita odio, clanculum re calumniatori credita, delato ad reſpondendum ac refellendum non admiſſo. Conſtat autem à tribus perſonis, perinde atque comicum argumentum: ſcilicet, delatore, delato, & auditore calumniæ. Vide Lipſij & Luciani orationes de calumnia.

## ❡ Divisio.

Duplex eſt calumniæ genus, quorum alterum vituperando, alterum laudando, famæ ac commodis hominum inſidiatur: quorum poſtremum tanquam proprias ſedes principum aulas ſibi delegit, author *Polybius lib. 4.*

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

Introducti ſumus, vt deuoluat in nos calumniam, violenter ſubijciat ſeruituti. *Geneſ. 43.*

Non facias calumniam proximo tuo. *Leuit. 19.*

Omni tempore calumniam ſuſtineas, ne habeas qui liberet te. *Deut. 28.*

Si quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. *1. Regum 12.*

Feci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me. *Pſal. 118.*

Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. *Prou. 28.*

Vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem. *Eccleſ. 45.*

Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris. *ibid. 5.*

A tribus timuit cor meum, & à quarto facies mea metuit, delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem. *Eccleſ. 26.*

Qui proijcit calumniam & auaritiam ex calumnia, in excelſis habitabit. *Eſai. 33.*

Recede procul à calumnia. *ibid. 54.*

Hæc eſt ciuitas viſitationis, omnis calumnia in medio eius. *Ierem. 6.*

Aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, & habitabo vobiſcum. *ibid. 7.*

Eruite vi oppreſſum de manu calumniantis. *ibid. 21.*

Quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri ſuo, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. *Ezech. 18.*

Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter, egenum & pauperem affligerunt, & opprimebant calumnia abſque iudicio. *ibid. 22.*

Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. *Amos cap. 3.*

Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ, qui calumniam facitis egenis. *idem 4.*

Viduam & pupillam & aduenam & pauperem nolite calumniari. *Zach. 7.*

Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maledicis, adulteris & periuris, & calumniantur mercedem mercenarij. *Mal. 3.*

Eos, qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellum. *Mich. 2.*

Neminem concutiaris, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. *Luc. 3.*

Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini. Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. *1. Corinth. 6.*

## ❡ Patrvm Sententiæ.

Ad calumnias tacendum non eſt, non vt contradicendo nos vlciſcamur: ſed ne mendacio inoffenſum progreſſum permittamus: aut eos qui ſeducti ſunt, damno inhærere ſinamus. *Baſil. epiſt. 65.*

Qui lapide ictus eſt, quærit medicum: ictus autem calumniæ grauius quàm lapides feriunt. Eſt enim calumnia claua & gladius & iaculum incurabile, vt ait Salomon. Sed his veritas mederi poteſt, quæ vbi negligitur, vulnera acerbiora fiunt. *Athan. Apol. 1.*

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Menander.

*Νικᾷ γὰρ ἀεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα.*
*Vincit enim ſemper calumnia præſtantiora.*

Cleanthes.

*Κακουργότερον οὐδὲν διαβολῆς ἐστί που,*
*Λάθρα γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον*
*Μῖσος ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον.*

Nihil

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Nihil ferè tam eſt malignum, quàm calumnia,*
*Hæc enim vbi clam aliquem à ſe perſuaſum decepit,*
*Odium excitat aduerſus eum, qui nihil eſt commeritus.*

Euripid. in Alexand.

Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακὸν,
Εὐγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ,
Δίκαια λέξας, ἧσσον ἀγλώσσου φέρει.
*Domine, vehemens eſt malum, inter homines calumnia;*
*Sæpe autem alius eloquentia ſuperatus,*
*Licet iuſta dixerit, poſthabetur non eloquenti.*

Menander.

Οὐδὲν διαβολῆς ἐστιν ἐπιπονώτερον,
Τὴν ἐν ἑτέρῳ γὰρ κειμένην ἁμαρτίαν
ἀεὶ μέμψιν ἰδίαν αὐτὸν ἐπανάγκες λαβεῖν,
Τὸ δοκεῖν διαβολὴν ἰσχύει μεῖζω τοῦ ποιεῖν,
*Nihil eſt grauius quàm calumnia.*
*Nam quod alteri ineſt peccatum,*
*Illuminet, qui calumniam patitur, vtpote proprium crimen*
*Suſcipere neceſſarium eſt.*
*Suſpiciones maiorem pariunt calumniam, quam ipſa facta.*

Ex eodem.

Οὐδεὶ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ' ἂν σφόδρ' ᾖ
Ψευδὴς ἐπίστανται αὐξάνειν αὐτήν τινες,
Δι' οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ' ὀρθῶς ἔχει.
*Spernenda non eſt vel minima calumnia,*
*Nam plurimi artem illius augendæ tenent:*
*Quos propter illem qui cauet, rectè facit.*
ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται ταχὺ
ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοὺς τρόπους,
ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει.
*Qui præbet aurem credulam calumniis,*
*Vel ingenio is eſt præditus vir improbo,*
*Vel mentis haud plus quam puer quiuis habet.*
ἥδιον οὐδέν, οὐδὲ μουσικώτερον
ἔστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.
Ὁ λοιδορῶν γάρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν.
*Iucundior res nulla nec concinnior,*
*Conuitiantem poſſe quam nobis pati.*
*Conuitia etenim ſi tibi quis fecerit*
*Id diſſimula: & ille ipſe tum qui fecerit*
*Tibi, facta ſentiet ſibi conuitia.*

## ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Mala res, Athenienſes, mala res eſt perpetuò calumniator, & vndique res inuidioſa & contentioſa. *Ex Orat. de Cor. Demoſth.*

Ea eſt calumniatoris natura, in crimen vocare omnia, probare verò nihil. *Ex appellat. contra Eubulidem.*

Periurium aliquem & perfidum appellare, neque rem ita ſe habere oſtendere, inane conuitium eſſe quis iure dixerit. *Olynth. 2.*

Neminem vnquam veſtrum fortaſſe vipera momordit, neque phalangium, & abſit vt mordeat vnquam, ſed tamen omnia eiuſmodi animalia vbi conſpexeritis, mox interficitis: itidem & cum delatorem & crudelem hominem videritis viperinam habere naturam, ne expectate donec veſtrum aliquem mordeat, ſed cum primum occurrerit, puniatur. *Ex orat. 1. contra Ariſtog.*

Nullus eorum profectò, qui in belli periculis fugiunt ſeipſum accuſat, ſed vel ducem, vel propinquos, vel omnes potius quam ſeſe: victi ſunt tamen, culpa nimirum eorum omnium qui fugerunt: manere enim decebat eum, qui alios accuſat: quod ſi iſtud feciſſent ſinguli, viciſſent. *Olynth. 3.*

Διαβολὰς οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν πρὸς ἀλλήλους οὔτε ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι.

Non decet calumnias neque alijs narrare, neque audiendo ſuſcipere. *Thucydides.*

Διαβολὴ καιρῷ μὲν ἰσχυρὰν ἐργάζεται τοῖς ἀκούουσι τὴν ὑπόληψιν, χρόνῳ δὲ πάντων ἀσθενεστέρα γίνεται.

Calumnia aliquantiſper quidem audientium opinionem confirmat, progreſſu verò temporis nihil ipſa imbecillius eſt. *Demoſth.*

Πολλοὶ γοῦν ἤδη μείζω κακὰ πεπόνθασιν ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ἢ τῶν πολεμίων. καὶ πολλοὶ ἤδη μείζω ἠδίκηνται ὑπὸ τῆς τῶν ὤτων ἀσθενείας, ἢ ὑπὸ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς.

Multi hactenus plus mali per calumnias, quàm per hoſtes acceperunt. Et multis iam iniuria maior facta eſt, propter aurium infirmitatem, quàm inimicorum inſidias. *Rhegin. de amicit.*

ἀρξόμεθα δὲ ἀπὸ τοῦ μάλιστα ὠφελοῦντος οἰκίαν, εἴη δ' ἂν τοῦτο ἐπιτίμησις διαβολῆς. διαβολὴ γὰρ κακὸν καὶ ἐπιβουλότατον.

Faciemus autem initium ab eo, quod inprimis vtile eſt familiæ: id autem eſt increpatio calumniæ. Eſt enim calumnia malum, idq; inſidioſiſſimum. *Dion in Oeconomico.*

Πελοπίδας ἀνδρείου στρατιώτου διαβληθέντος αὐτῷ, ὡς βλασφημήσαντος αὐτὸν ἐγὼ τὰ μὲν ἔργα (ἔφη) αὐτοῦ βλέπω τῶν δὲ λόγων οὐκ ἤκουσα.

Pelopidas, cum fortis quidam miles per calumniam apud ipſum deferretur, vt qui ei conuitiatus eſſet: Equidem, dixit, facta eius reſpicio, verba autem non audiui. *Idem.*

Διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον. ἐν τῇ δύο μέν εἰσιν οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος· ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδικέει οὐ παρεόντος κατηγορέων, ὁ δὲ ἀναπειθόμενος, πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμάθῃ· ὁ δὲ ἀπεὼν τοῦ λόγου τοῖς ἀδικέεται διαβληθείς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καὶ νομισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι.

Calumnia res eſt grauiſſima, in qua duo ſunt, qui iniuriam faciunt, vnus qui afficitur. Calumniator enim iniuriam facit non præſentem accuſans: & ſimiliter, qui accuſanti fidem habet, priuſquam verè rem cognoſcat. Qui autem abeſt, iniuriam patitur tum ab illo calumniatore, tum ab eo, qui ipſum, aures calumniæ præbens, pro malo reputat. *Herod. lib. 7.*

Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν, οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν.

Caue tibi à Calumnijs, & ſi falſæ ſunt, plerique enim veritatem ignorant, reſpiciunt autem opinionem. *Iſocrates ad Demoni-cum.*

Ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν διαβολή, καὶ φθόνος ἤδη πολλοὺς, καὶ ἄλλους ἀγαθοὺς ἄνδρας ᾕρηκεν, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ αἱρήσει

Atqui vulgi calumnia & inuidia multos & alios bonos viros e medio ſuſtulit, & me quoque (opinor) tollet. *Socrates a-pud Platonem.*

Quoſdam comperi ſtudio calumniæ adeò ſuauiter ... culas, vt ſi pennis confrices: proinde talibus adiuti ſocij ... tores cum irruerint, cuncta pro viribus euertunt: nec ... tur victoria, vbi nemo repugnat, nemo vim tormentorum ... aut iaculis iacula mutat: ſed qui auſcultat, ipſi ſeſe ... manus hoſtium dedit, interim inſidiarum ignarus, & qu... Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis vrbibus ... dormientes trucidantur: & quod eſt in primis miſerab... ſe reum haberi, neque cuiuſquam ſibi ſceleris conſcius, ... dide congreditur, familiariter compellat, facitque ... ante vndique circumuentus inſidijs, miſer, tum ille ... nuus eſt & liber confidensque, frangit iram, effundit ... fenſionem recipit, agnoſcitque ſe fruſtra aduerſus amic... batum fuiſſe. *Lucanus.*

## ¶ Apophthegmata.

*Hippias*, grauiſſimam rem calumniam eſſe dicebat, ... la pœna lege ſancita ſit calumniatoribus, vt furibus, qu... citiam (quæ optima eſt poſſeſſio) furentur. Quamobrem ... lia, licet malefica ſit, iuſtior tamen eſt quam calumnia ... tet, nocentior eſt. *Stob ſerm. 40. ex Plut.*

*Democritus* gladius quidem ſecat, calumnia autem ... cos. *Anton. & Max. ſerm. de vituperatione.*

*Idem* dicebat calumnias eſſe vitandas: multi enim ... tatem ignorantes, exiſtimationis & opinionis rationem ... habent. *Anton. ſerm. de obloquutoribus.*

*Cleanthes*, nihil ferè tam malignum eſſe dicebat ... mniam. Hæc enim vbi clam aliquem à ſe perſuaſum dec... excitat aduerſus eum qui nihil eſt commeritus. *Stob. ſerm.*

*Socrates*, calumniatorem nequaquam admittendum ... bat, non enim ex beneuolentia tecum, ſed maleuolentia ... Et quemadmodum aliorum arcana tibi detexit, ſimiliter ... tu dixeris exponet alijs. *Antonius in Meliſſa, part. 1. ſerm.* ... *ſerm. 10.*

*Diogenes*, audiens aliquando hominem moribus ... lumnijs inceſſere Platonem, O he! deſine, inquit: neque ... lè de illo dicendo fidem merebere neque te laudando. ...

*Ariſtoteles*, quum iudiciorum metu Athenis profugi... roganti cuidam, qualis eſt ciuitas Athenienſium? reſpond... cherrima: ſed in ea pyrus ſuper pyrum, & ficus ſuper ... neſcit. Quo dicterio notauit Athenienſium ſycophantas ... lumniatores, pernicioſiſſimos bonis viris. *Æl. lib. 3. de var. hiſt.*

*Thearidas*, cum gladium cote acueret, rogatus à quodam ... eſſet acutus: Acutior, inquit, calumnia, grauiter innuens ... mnium rerum nocentiſſimam eſſe calumniam. *Eraſ. lib.* ... *thegmat.*

## ¶ Similitudines.

*D. Chryſoſtomi* Sicut Ioſeph dimiſit pallium in manu ... & fugit cum meliore pallio caſtitatis: Ita & tu proiice ... manus calumniatoris, & fuge cum meliore velamento ... fortè dum vis vendicare veſtem corporis, precioſiſſimum ... veſtimentum perdas. *In c. 5. Matth. Homil. 1.*

*Quod ſi quis* pernicioſis humoribus plenus, ægrotantis ... non effugiet: multo magis qui hanc omni cholera amarior... lignitatem in ſeipſo reconditatque conſeruat, vltimis ... doloribus morbi laborabit: quod planum à verbis ſuis ... alijs dolorem inferant, quantò magis animam ... pentis interiment? Nam inſidiator & calumniator, ... liter ſeipſum prius interficit, quam qui accendit ignem, ... concaleſcit, vt qui duros ſilices manu cædit: ipſe, ... des, vapulat, qui ad ſtimulos calcitrat, ſeipſum ferit: ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animo iniuriam perfert, ceu ſilex ignis & ſtimulus ſcitur: præſertim cum nullas vires iniuriantes habeant, facilè diſſoluuntur. Non ergo iniuriam pati, facere, & neſcire pati, malum eſt. *Homil. 43. in Matth.*

Si quis pauperem vt diuitem appellaret, laudaretque, nihil ad laudes, ſed potius in riſum verterentur. Ita ſi quis falſo calumniaretur, nihil id ad te. Quod ſi te conſcientia reprehendit, nulla perturberis, ſed vitam emenda: hoc in veris reprehenſionibus *Hom. 82. in Ioan.*

monachi, Quemadmodum Æſopica illa gallina cum ægrotaret, ad felem interrogantem eam, tanquam ex beneuolentia, valeret; Rectè, dixit, ſi tu diſcedas: Sic ad eiuſmodi homines, qui ſuper diſſenſione ſermonem vouet & interrogat, & ſeipſum fodit, dicendum eſt. Atqui nihil ego in fratre deſidero, niſi ne calumniantes audiam, nec ille. *In Meliſſa parte 1. ſerm.*

Plutarch. Primum homines inuaſerunt animalia noxia, poſt & boues, poſtremò, à nullo genere temperatum eſt: & Athenis calumniator aliquis ſupplicio affectus eſt, & rectè: poſt & alter: poſtremò nec à bonis eſt temperatum: Ita cum malos, cauendum, ne poſtea in bonos recidat. *In mo-*

in corpore non admittente quod proprium eſt, multarum & abſurdarum rerum gignit appetentiam: Ita caſuſpicioque aduerſus cognatos & domeſticos, malas & noneceſſitudines inducit. *In Moralibus.*

## ¶ Adagia.

Sycophanta. Συκοφάντης.

*prouerbiale in calumniatores & quamuis puſilla de mouentes.* Butzbacher/ Schweitzäckel/ Lugenträmer.

Theocrines Tragicus. Τραγικὸς Θεοκρίνης.

*primum Tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator Sycophanta. Vnde Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte Tragicum Theocrinem vocat.*

probrum.

*prouerbialis eſt apud Æſchinem in oratione* περὶ παραπρεσβείας. Τὸ γὰρ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. *Falſum probrum non peruenit vltra aures. Qui audit conſibi conſcius eſt grauiter animo vulneratur. At qui aſpergitur, non perinde commouetur.*

ceps, aut vicinus nunciauit.

*in oratione pro Roſcio: ſoletis cum aliquid huiuſcemodi, iudices, continuo dicere, neceſſe eſt aliquem municipem, dixiſſe. Solent enim à vicinis & municipibus, vicinorum municipum ſcelera potiſſimum prodi.*

aliena captant bona.

*accipit pro calumnia quadruplatorum & paraſitorum. Album dixit, alludens ad codicillos & dicas, ſyngraphasq́; intenditur, peragiturq́;.*

remedium aduerſus ſycophantæ morſum. ἀλλ᾽ οὐκ ἔνεστι ... ἔχματος.

*eſt in calumniam, cuius morſus non ſolum pernicioſiſſimus, etiam ineuitabilis, quod clancularius plerunque.*

calumnia. ἀργεῖα φορά.

*calumnioſis & delatoribus dici ſolitum.*

pœnam. Βολῖτου δίκην.

*pœnam dicunt, vbi quis de re friuola nihiliq́; plectitur.*

pœnam debet. Κύδου δίκην ὀφείλει.

*prima correpta, conuitium ſignificat.* Κυδάζειν, *pro eo, quod conuitiari. Proinde cum quis ob rem friuolam, velut verbum alitemerè dictum, deferretur, vexareturq́;, cum prouerbio dice pœnam debere.*

Χὴν ἀποπατῶν.

*interpres indicat, prouerbium iactatum in eos, qui inquinarent, conſpurcarentq́; ciuitatem.*

cione calumnioſior. Πατταικίωνος συκοφαντικώτερος.

*natum. Nam Pattæcion quiſpiam infamis calumnia cum mos eſſet, bonis viris calumniam ſtruere, atque hoc tam parare rem, tandem deprehenſus, conuictusq́;, pœnas capite.*

litium. κρατὴρ κακῶν.

*re permoleſta, de homine litium autore.*

Herculi. εἰκῇ τῷ Ἡρακλεῖ.

*calumniam ſtrueris: De his dici conſueuit, qui ſic omnia gerunt, vt nemo queat aut audeat calumniari. Conuevehementer laudatum probatumq́;, aut in præpotenquam inſimulare tutum non ſit.*

mores. Σαμιακὸς τρόπος.

*Quadrabit in eos, qui ſuos quoſdam habent mores, à cæterorum diſſidentes.*

Abydus, Abydenus.

*Abydenorum mores in prouerbium abierunt. Nam Abydeni dicuntur ſycophantæ, ſeu molles & effœminati.*

## ¶ Exempla Biblica.

Calumnia vitanda eſt, vt quæ à Deo damnetur, *Exod. 2. 16. Leuit. 19. v. 16. Deut. 5. v. 20. Pſal. 15. v. 3. Luc. 14.*

Calumniatores damnantur, *2. Tim. 3. v. 3.* occaſio illis amputanda, *2. Corin. 11. v. 12. 1. Pet. 2. v. 12.* ſancta conuerſatione vincendi, *3. v. 16.*

## ¶ Profana Exempla.

*Proſelini dicuntur Arcades* apud Lycophronis interpretem, hoc eſt contumelioſi, & in probra procliues: nam προσελεῖν conuitari eſt. Sunt tamen qui fatuos interpretentur, tanquam antiquos dicas, & luna quoque vetuſtiores. *Cælius l. 16. c. 7. Al.*

*Moſchi* natura ſua ad contumelias & calumnias mutuas etiam chariſſimorum propenſi: ſæpe etiam in domos alienas res quaſuis clam inferunt, quas tanquam furto ereptas repetunt. Qui ſemel apud principem delatus eſt, morte vel falſam luit calumniam. *Alex. Graginus in Moſcouia.*

*Druſus* tribunus plebis traditur caprinum bibiſſe, cum pallore & inuidia veneni ſibi dati inſimulare Q. Cepionem inimicum vellet. *Plin. l. 28. c. 9.*

*Lege Papia* delatoribus præmia certa conſtituta ſunt. Nam cum facinoroſi & perditi homines clandeſtina facinora admitterent, quæ ad alienam perniciem & commune tendebant exitium, vtileque videretur, plures delatores eſſe, qui offenſas ſpecularentur, in principem ne quid impunè perditiſſimi homines moliri poſſent, delatoribus certa præmia conſtituit, eaque cum dimidium illatæ mulctæ fuiſſent, Nero princeps delatorum licentiam volens comprimere, eadem præmia ad quartas reuocauit: quare quadruplatores dicti, quod quartam partem de proſcriptorum bonis, quos detulerunt, conſequerentur. Tyberius verò Cæſar cauſa præcipui quæſtus, tantum delatoribus tribuit, vt nemini fidem abrogaret, ſiue quid veri, ſiue vani referrent: Nam ebriorum ſermo excipiebatur, ſimplicitas iocantium, & quodcunque dictum capite & fortunis luebatur, adeo vt capitale eſſet, circa Auguſti ſimulachrum ſeruum cecidiſſe, veſtem mutaſſe, effigiemque impreſſam nummo vel annulo latrinæ aut lupanari intuliſſe, dictum factumque eius aliqua æſtimatione læſiſſe: ita vt primores ſenatus, & magna hominum vis, infimas delationes exercerent, cumque ſenatus de præmijs accuſatorum abrogandis aliquando agendum putaret. Tyberius dictitans, iura ſubuerti, ſi cuſtodes legum amouerentur, tantum licentiæ delatoribus dedit, vt plerique criminis poſtulati ante iudicium, ſupplicium præuenerint.

*Vitellius Imperator*, Mathematicos delatos inauditos capite puniuit. Domitianus, dum rapinis intendit animum, ita aures delatoribus patefecit, vt nihil cuiquam tutum eſſet, delatorque delatorem timeret, & cauſidici, cauſarum actionibus poſthabitis, ad delatores ſe conferrent. Quod de Conſtantino traditur, vt delatores omni tempore admitteret, eoſque ingenti ſtudio foueret: non ſic Veſpaſianus & Titus, qui adeo illos inſectati fuerunt, & odio proſecuti, veluti publico exitio deſtinatos, vt flagellis cæſos per Amphitheatri arenam ſpectandos traducerent, vt pœnis coerciti à noxijs deferendis abſtinerent.

*Pius verò Antoninus* delatores, ſi non probarent, capitali pœna affecit: ſi probarent, oblato præmio dimiſit infames.

*Idem factum* memoratur de Opilio Macrino Imperatore, vt delatores minimè admitteret, ſed vndique conquiſitos pœnis & damno mulctaret: fuitque veteri ſanctione conſtitutum, vt neq; mulieri, neque damnato criminis, neque militi, aut veteranis, neque viris clariſſimis ob dignitatem criminoſam deferenti licitum eſſet.

*Fertur Dionyſius* Tyrannus, cum in ciues nullo placatiore animo eſſet, ſagogidas diſpoſitas habuiſſe, qui ſingulorum dicta factaque referrent. *Alexander Neapolitanus lib. 4. c. 22. Genialium dierum. Blondus lib. 4. Triumphantis Romæ.* Ex Plutarcho.

*Qualiter accuſatores* internoſcantur, docet Martianus Iureconſultus ad SC. Turpilanum, inquiens, Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſentur.

Calumniari eſt falſa crimina intendere.

Præuaricari eſt vera crimina abſcondere.

Tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere.

*Blondus lib. 4. Triumphantis Romæ de accuſationibus.*

*Domitianus* fiſcales calumnias magna calumniantium pœna repreſſit, ferebaturque vox eius: Princeps, qui delatores, non caſtigat, irritat.

*Quondam apud Ptolemæum*, cui Dionyſio cognomen fuit, quiſpiam Demetrium Platonicum accuſauerat, quod in Bacchanalibus aquam biberet, ſoluſque omnium muliebribus non veſtiretur, de quo, niſi accerſitus ad regem manè palam vino libaſſet, & veſtitu muliebri amictus ad numeros Dithyrambicos, cymbalorumque modos ſaliſſet, planè actum erat, quod & regium exemplar non eſſet imitatus, & aſpernaretur Dionyſiorum mollitiem.

## ¶ Hieroglyphica.

*Baſiliſci vis*, quæ ſine morſu pernicioſa ſit, argumentum hierogly-

roglyphicè dedit Ægyptijs ſacerdotibus: vt ſi hominem à calumniatoribus malè acceptum, & mortiferis delationibus afflictatum ſignificare vellent, *Baſiliſcum* apponerent. Non enim alia ratione calumniatores homines conficiunt, quàm faciat *Baſiliſcus*. Clam ſiquidem illi principum auribus inſuſurrant: nullo palam morſu infixo, quo diluendi anſa præripiatur: atque ita pleriq; falſo delati, extrema quæque pertulère. *Pier. Val. lib.* 14.

Theologi per *amputatam aurem* accipiunt eum quoq; qui detractionibus & calumnijs in alios aggeſtis delectatur, & turpium impudicorumque ſermonum laſciuia capitur: proba verò conſilia, & admonitiones de honeſta & homine digna ratione viuendi, cane peius & angue protinus auerſatur. *Pier. Val. lib.* 33.

Ad dextram conſidet quiſpiam auribus prælongis inſignis, quales ferè illæ Midæ feruntur, manum porrigit procul accedenti Calumniæ, circumſtant eum mulierculæ duæ, Ignorantia, ni fallor, ac Suſpicio: adit aliunde propera Calumnia eximie compta, vultu ipſo & geſtu corporis efferam rabiem, & iram æſtuanti conceptam pectore præ ſe ferens, ſiniſtra facem tenens flammiuomam, dextra ſecum adoleſcentem capillis prehenſum, manus ad ſuperos tendentem, obteſtantemque immortalium Deorum fidem, rapit: anteit vir pallidus in ſpeciem impurus, acie oculorum minimè hebeti: cæterum planè ijs ſimilis, qui ſontico aliquo morbo contabuerunt: hinc facilè conijcias, Liuorem eſſe, quin & mulierculæ aliquot Calumniam ſequuntur comites, quarum eſt munus dominam hortari, inſtruere, comere: interpres aiebat, Inſidias ac Fallaciam eſſe: à tergo lugubri habitu pallere, laceraq; Pœnitentia ſubſequi, quæ capite in tergum deflexo cum lachrymis ac pudore procul venientem Veritatem excipit. Hac Apelles fabula ſuos luſit caſus. *Pictura calumniæ, authore Apelle, ex Luciano Sophiſta.*

### ¶ Scriptores.

De calumnia vide *Platonem in Apologia, & lib.6. de Rep. Bruſ.* 2.8. In calumniatorem Platonis, *Beſſarionis lib.*4. Contra mendaces & impios detractores, *Marſil.*1. 12. De non temerè credendo delationibus ſeu calumnijs, *Luciani lib.*1. Nemini detrahendum, *Marſil.*1.6. De calumnia, *Pechanus, l.*28. Flos Theologiæ, *Kampigollus, cap.* 40, Aduerſus mendacium & obtrectationem admonitio. *Deſ. Eraſmi Tom.9.operum.*

*Vide Locum de Mendacio.*

---

# Canis.

*Vide Venatio.*

---

# Canticum.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CANTICVM, Græcè ἄσμα, αἶος, τὸ, ᾠδή. Hebr. *Schir*. Pſal.96. 1. & 137.4. à verbo *Schar*, cecinit, cantauit. Hinc συρίζω, fiſtula cano, σύριγξ, fiſtula, & eſt exultatio mentis de æternis habita, prorumpens in vocem: & differt ab hymno, quia hymnus eſt laus Dei cum cantico. *Hoc ex B Thoma Pſal. prolo. col. 1. fin.*

Græci canticum, hymnum vocant: Item pſalmum: Sed propriè hymnus dicitur, qui voce naturali fit: Pſalmus, cum aliquo muſico inſtrumento. Vnde pſalmodia deducitur, canticum miſtum, vt cum aliquis ad citharam, ſiue aliud muſicum inſtrumentum canit. Hinc etiam Pſalterium, inſtrumentum muſicum. Pſalmus autem ἀπὸ τοῦ ψάλλω deriuatur, quod ſignificat canto.

Cantus, eſt inflexio vocis: nam ſonus directus eſt. Præcedit autem ſonus cantum. *Iſidorus lib.2.orig. c.*19.

Canticum eſt vox cantantis in lætitiam. Pſalmus autem dicitur, qui cantatur ad pſalterium, quo vſum eſſe Prophetam Dauid in magno myſterio prodit hiſtoria. Hæc autem duo in quibuſdam Pſalmorum titulis iuxta Muſicam artem alternatim ſibi opponuntur. Nam canticum pſalmi eſt, id quod cum organum modulatur, vox poſtea cantantis eloquitur. Pſalmus verò canticum, quod humana vox præloquitur: ars organi modulantis imitatur. *Idem Iſidor. lib.6. Orig. c.*19.

### ¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 4. Triſt. 1.

*Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor,*
*Indocili numero cum graue mollit opus.*
*Cantat & innitens limoſæ pronus arenæ*
*Aduerſo tardam qui vehit amne ratem:*
*Quiq; refert pariter lentos ad pectora remos,*
*In numerum pulſa brachia verſat aqua.*
*Feſſus vt incubuit baculo: ſaxoq; reſedit*
*Paſtor, arundineo carmine mulcet oues.*
*Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis*
*Fallitur ancillæ decipiturq; labor.*
*Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles*
*Æmonia curas attenuiſſe lyra.*
*Cum traheret ſiluas Orpheus, & dura canendo*
*Saxa, bis amiſſa coniuge mæſtus erat.*

1. de Arte amandi.

*Si vox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta:*
*Et quacunque potes dote placere, place.*

Horat. lib. 1. Satyr. 3.

*Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,*
*Vt nunquam inducant animum cantare rogati,*
*Iniuſſi nunquam deſiſtant.*

### ¶ Similitvdo.

*Chryſoſtomi.* Sicut ſordes & limus aures corporis obſ[...] lent: Sic meretricij cantus, fabulæ huius ſeculi, aures me[...] obſtruere, atque immundas facere: quaſi enim ſtercus a[...] ſtris immittunt huiuſmodi colloquia, & quod barbarus [...] batur, dicens, Comedetis ſtercus veſtrum: Id nunc mul[...] bo ſed re in vobis faciunt, imò verò multò peius atque f[...] *mil.* 38. *in Matth.*

### ¶ Exempla Biblica.

Cantandum ſpiritu & intelligentia, 1. *Corinth.*14. v.15. [...] cantandæ. *Pſalm* 30. v.5. & 33 v.1.2.3. & 34.4. & 47.7. & [...] v.5.33.34. & 69.35. & 95. v 1.2. & 96. v.12. & 97.12. & 98 [...] v.5.9. & 101. v 1.4. & 105. v.1.2. & 106.1. & 107.1. & 113.1 [...] 118. v.1.29. & 134.1. & 135. v.13.19. & 136. v.1.2. & 145. v. [...] v.1.7. & 148 1. & 149.1. & 150.1. *Eſai.* 12.4. & 42.10. *Ierem.* [...] 33.11. *Apoc.*19. v. 4.5.

Canticum nouum, *Apoc.*5.9. & 14.3. Canticum Moſi [...] v.1.2.3. alterum eiuſdem, *Deut.*32. v.1.2.3. Deboræ ac B[...] 1.2. Dauidis pro liberatione ab hoſtibus, 2. *Reg.*22.1.2.3.4. [...] 5.2. Mariæ virginis, *Luc.*1. v.46.47.48. Zachariæ, *Luc.*1 [...] gelorum, 2.13. *Eſa.*6 3 *Apoc.* 4.8. Simeonis, *Luc.*2. v. [...] Cantica ſpiritualia à pijs canenda, *Pſal.*119, v.54.171. *Epheſ.* 3.16

Dauid dulcis cantor, 2. *Sam.*23.1. Cantores à Dauide in [...] dines diſtributi, 1. *Paral.*6.31. & 15.19. & 25.1. 2. *Paral.* [...] *Nehem.* 12 46.

Pſallendum Deo, & quomodo, *Epheſ.*5.19 *Col.*3.16. ſpiri[...] te, id eſt, gratiæ agendæ, *Iud.* 5.3. 1. *Cor.* 14.15. Pſallendum [...] *Iac* 5 13.

Pſaltes egregius Dauid, 2. *Sam.*23. v.1.

### ¶ Scriptores.

De canticorum origine vide *Ioan. Gerſon. Tom.* 3. *op*[...] Cantandi ſtudium apud vetuſtiores Romanos interru[...] natum non fuiſſe. *Macrob. Satur. l.* 3. 13. Cani remigibu[...] *Cælius lib.*9. *c.*10. Item quid ſit intus canere. *ibid.* De voc[...] tione. *Seneca lib* 2. *epiſt.*15. De concentibus. *Problemat.* [...] *ſect.* 51.

Templorum cantum Patres non magnifecerunt: ple[...] rarunt. Nam Athanaſij temporibus Flauianus & Theod[...] Antiochiam canendi ritum primi in oriente (*vt ex Caſſ*[...] *ſtoria Tripart. lib.5.c.32. accepimus*) induxerunt. Auguſtin[...] nit ſua ætate ſub Ambroſio in Eccleſia Mediolanenſi mo[...] nem receptam.

---

# Captiuitas, Carcer.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[...]

CAPTIVITAS, Græcè αἰχμαλωσία, ας, ἡ, & αἰχμάλωτ[...] uus eſt Hebr. *Schebi*, Iudic.5.12. Eſth.3.8. Ierem.15.2. [...] à verbo *Schaba* captitauit, in captiuitatem abduxit. Carc[...] locus in quo captiui & noxij ſeruantur, quaſi Coarcer, [...] quod in eo detenti prohibeantur exire. Hebr. *Chéle*, c[...] verbo *Chala*, clauſit, concluſit, cohibuit. Hinc κλείω, claud[...] do: κλεὶς, clauis. Carcer autem Græcè δεσμωτήριον, vin[...] cus, & φυλακὴ, cuſtodia dicitur. Dicitur autem à capio, q[...] cupo, & meum facio. Varro. *Quid hic venator cepit? C*[...] *uem quandam piratarum præda onuſtam capere.* Ind[...] verbum, quo quidam iuniores vſi ſunt.

### ¶ Poeticae Sententiae.

A. Prudentius.

*Carcer Chriſticolis gradus corona eſt.*

*Carcer prouehit ad Superna cœli:*
*Carcer conciliat Deum beatis.*

## ¶ Philosophicae Sententiae

De Carcere. Dial. lxiv.
*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Carcere claudor indignus. R. Melior eſt indignus carcer quam indigna libertas: multoque ſatius immeritum pro iuſtitia mala pati, quam per ſcelus bonis affluere, quamuis nec mala illa dici debeant, neque hæc bona, ſed loquor vt vulgus, quod dolorem, malum ingens, voluptatem ſummum bonum iudicat. D. Carcere includor. R. Quis non carcere clauditur, aut quis inde digreditur, niſi dum moritur? vetus hæc tua omniumque ſors eſt. Vnde igitur, vnde nouæ igitur querelæ? Ita enim ſcito ex quo die natus es, tanquam naſcereris, in carcerem atque in vincula miſſus es, illo imperio, cui omnis cœli ambitus, exigua domus eſt, & quidem, vt creditur poetæ, tenebroſum vtique carcerem; & ſi illius carceris exitum ſi felicem cupis, huius anguſtias, non ſolum, ſicut nec ſupplicia, nec mortem, nec humani aliquid, ad patientiam & contemptum niſi præparatus, armatuſque in quacunque fortuna, calle graditur ancipiti. D. Turpi carcere claudor, atque anguſto. R. Nullus carcer turpior, & anguſtior nullus quam iſte corporeus, quo vſque adeo delectaris, atque vnde tantopere ſolui times. D. Carcere detineor importuno. R. Multos periculo inſtanti atque hoſtium manibus carcer eripuit. Multis limen carceris, pro clypeo fuit; & quo ſi profuerat, exiſſe nocuit; vt exitu admoniti, quod horruerant, quod optauerant miſerum faterentur. D. Carceri mancipatus ſum. R. Quid ſcis, an fortaſſe non carcer; ſed vt dicitur, portus ſit? quoties vinclis explicitos hoſtilis mucro, ſiue hoſte paupertas inuaſit: quoties euaſiſſe pœnituit, & carcerem, quem odiſſe, ſummum queri cœperant, non fuiſſe per petuum queſti ſunt? Vidimus in carcere quoſdam laute viuentes, mox inde digreſſos, inopem ac difficilem vitam mæſto fine clauſiſſe. Miſeram in carcere vitam dego. R. Quidam libros in carcere texuerunt, tu otium inutiles. Quidam literas in carcere didicere, patientiam alij. D. Carcerali cuſtodia vinctus teneor. R. Plerique in antris ac ſpeluncis, alij ſe murorum anguſtiis incluſere, carcerem voluntarium, vel Dei amore, vel mundi odio, vulgiq; faſtidio ſubiere. Tu ſi hoc animo non es, tuique carceris finem cupis, ſcito. Aut te hinc homo eruet, aut mors, quæ clauem carceris omnis habet, vnus quidem introitus, exitus multi ſunt. Alium amicorum fides, alium vis eruit, alius innocentia ſua, alius cuſtodum negligentia euaſit, alius precio, alius ingenio, & vel ſubterraneis cuniculis, vel per tenebras amicæ noctis elapſus eſt, quibuſdam nota memoria terræ motus & ruina, carceris viam fecit. Ad ſummum quos nihil emiſerit, mors abſoluit. Nec minus varij carcerum euentus, Marium conſulatui carcer dedit: Iulium Cæſarem piratarum cuſtodia ſummum miſit ad imperium; hac quidam de limine carceris ad dominium tranſiuere, & catenas excuſſam iniecere aliis. Denique Regulum, & Socratem atque alios non tam carcer extinxit, vt viſus eſt quam carceris finis eripuit. Et ad ſummam quoſdam carcer ad inſignem gloriam, ad eximiam fortunam; ad regnum alios, multos ad mortem miſit, ad ſepulchrum omnes, nullum cepit, quem non emiſerit.

De carceris exitu. Dial. lxxxix.

Gavd.

E carcerem euaſiſſe. R. Eſt & hæc (fateor) intermiſſa libertas ac reddita quam ſeruata, ſed non omnia quæ delectant, profunt, & ſæpe nociua ſunt dulcia, & amara ſalubria, non carcer modo, ſed mors vtilis fuit, ſæpe vita & libertas noxia. G. Carcerem euaſiſſe gaudeo. R. Atqui modo gaudebas portum apprehendiſſe, nunc gaudes portum euaſiſſe. Carcer enim portus, multis refugium & arx fuit, & in libertate perituri fuerunt, in vinculis ligata & clauſa diligentius aſſeruantur. Neſciunt mortales cœci quid expediat, & iccirco mala ſua concupiſcunt, & aſſecuti gaudent, vnde mox doleant. Neue longius exemplum quæras. Vidiſti nuper virum illum animoſi & magni ſed parum conſtantis incepti, qui aduerſo tempore ſe patronum Romanæ Reipubl. profiteri auſus ipſe ſibi tribuni nomen vſurpauit, dehinc variante fortuna, Vrbe depulſus, Romanique principis poſt pontificis lapſus in carcerem vtrobique benigne atque honeſte, tandem læua alite emiſſus, gladiiſque non occiſus tantummodo, ſed diſcerptus, puto moriens ſuſpirauit. G. E. carcere lætus erupi. R. Ibis per romanis litibus, per plateas vrbium tumultusque negotiorum tempeſtatum libertatem putans gratulaberis, dum quem clauſum concluſerat, mille ſtringent laquei. Cumque læti omnes procellis portum petant, vnus tu natura mirabilis è portu lætus in procellas tendis. G. E. carcere digreſſus gaudeo. R. Bonum in hoc vt in reliquis conſilium erat, neque nimium gaudere, neq; nimium dolere, ſed æquanimitatem omni in ſtatu ceu vitæ gubernaculum tenere, in tanta præſertim caligine futurorum. Neque miſerum eſt (vt fertur) intraſſe, neque tam fauſtum carcerem exiuiſſe, quoties carcer libertati hoſtis, propitius eſt ſaluti, quoties optata votis omnibus libertas in pernitiem & in mortem verſa eſt? G. Exiui ex carcere. R. Latiori de carcere multi hominem caſus eripiunt, ex anguſtiori autem ſola mors eruit. G. Moleſto de carcere diſceſſi. R. Potes in hunc carcerem reuerti, in illum alterum cum ſemel exieris non redibis hoc in tempore.

## ¶ Exempla Biblica.

Captiuorum hominum exempla: Loth, *Gen.* 14. *Verſ.* 12. 13. 14. Madianitarum vxores & paruuli, *Num.* 31. *v.* 9. Iſraelitæ, *Iudic.* 2. *verſ.* 14. & 2. *Reg.* 5. *V.* 2. Equites mille ſeptingenti, & duo millia militum, 2. *Sam.* 8. *v.* 4. Amaſias, 2. *Reg.* 14. *v.* 13. Sacerdotes, 17. *verſ.* 72. Vxores Dauidis, filij & filiæ, 1. *Sam.* 30. *v.* 3. 4. 5. Beera, 1. *Paralip.* 5. *v.* 6. Ieſana, Ephron, 2. *Paralip.* 13. *v.* 19. Decem millia virorum, 2. *Paral.* 25. *v.* 11. 12. Achas, 28. *V.* 5. Iudæi, eorumque mulieres & paruuli, *v.* 8. Manaſſes, 33. 11. Tobias, *Tob.* 1. *verſ.* 2. Sedechias, *Ierem.* 39. *Verſ.* 5. Reliquiæ populi & filiæ Regis in Maſpah. *Ierem.* 41. *v.* 10. Iechonia & Principes eius, *Baruch.* 1. *v.* 9. Captiuarum ciuitatum & regionum exempla: Villæ ſeu viculi Iacer, *Num.* 21. *Verſ.* 32. Iericho, *Ioſ.* 6. *Verſic.* 20. 2. *Machab.* 12. *Verſ.* 15. Al. *Ioſ.* 8. *verſ.* 19. Maceda, *Ioſ.* 10. *Verſ.* 28. Gazer, *verſ.* 33. 1. *Reg.* 9. *verſic.* 16. Lachis, *Ioſ.* 10. *Verſic.* 33. Debir, *verſic.* 38. 39. Goſen, *Verſic.* 41. Canat Sephor, *Ioſ.* 15. *v.* 17. Leſem, 19. *v.* 47. Ieruſalem, *Iudic.* 1. *v.* 8. Baruch, 1. *verſic.* 24. Ieremias, 38. *Verſic.* 28. Gaza, *Iudic.* 1. *Verſic.* 18. Roma, 9. *verſ.* 45. Sion, 2. *Samuel.* 5. *Verſ.* 7. Syria, 8. *Verſ.* 13. Rabbah, 12. *verſ.* 29. Geth, 2. *Reg.* 12. *verſicul.* 17. Aion, &c. 15. *Verſic.* 29. Samaria, 18. *verſ.* 10. 11. Ciuitates Iuda, 18. *v.* 13. Geſſur & Aram, 2. *Paral.* 2. *Verſic.* 23. Bethel, 13. *verſicul.* 19. Ciuitates Ephraim, 17. *v.* 2. Bethſames, Aialon, &c. 28. *v.* 18. Azotum, *Eſa.* 20. *v.* 1. Carioth, *Ierem.* 48. *Verſ.* 41. Meſpa, 1. *Mach.* 5. *Verſic.* 35.

In carcerem coniectorum exempla: Ioſeph, *Gen.* 39. *V.* 20. *Pſal.* 105. *v.* 18. Pincerna & Piſtor Pharaonis, *Gen.* 40. *v.* 1. Filius Salumith Iſraelitidis blaſphemus, *Leuit.* 24. *V.* 12. Colligens ligna in Sabbatho, *Num.* 15. *V.* 34. Samſon, *Iudic.* 16. *v.* 21. Michæas, 1. *Reg.* 22. *V.* 27. 2. *Paralip.* 18. *verſic.* 26. Oſeas, 2. *Reg.* 17. *V.* 4. Ioachin, 25. *v.* 27. 28. 29. Ieremias, *Ierem.* 32. *Verſ.* 2. & 37. *V.* 15. Sedechias, 39. *V.* 7. & 52. *V.* 11. Ioahas, *Ezech.* 19. *v.* 9. Ioannes Baptiſta. *Matt.* 14. *v.* 3. *Marc.* 6. *V.* 17. *Luc.* 3. *v.* 20. Conſeruus, *Matth.* 18. *Verſ.* 30. Barrabas, *Luc* 23. *v.* 18. Apoſtoli, *Actor.* 5. *V.* 18. Petrus, 12. *Verſ.* 4. Paulus & Silas, 16. *V.* 24. Multi Sanctorum, 26. *V.* 10. Paulus, 2. *Corinth.* 11. *V.* 23.

Captiui in Babylonia iubentur orare pro pace ciuitatis, *Ierem.* 20. *v.* 7. pro vita Nabuchodonoſor Regis, & eius filij Balthaſaris, *Baruch.* 1. *Verſ.* 11. Captiua mulier quomodo ducenda in vxorem, *Deut.* 21. *verſ.* 11. 12. 13. Captiuos inuiſere bonum & pium eſt, *Gen.* 14. *Verſ.* 14. 1. *Sam.* 30. *Verſ.* 9. *Tob.* 1. *V.* 15. *Ierem.* 38. *v.* 9. *Matth.* 25. *verſ.* 37. *Act.* 12. *Verſ.* 52. *Timoth.* 1. *Verſic.* 16. *Hebr.* 13. *Verſ.* 3. Captiuos non deſerit Deus, *Gen.* 39. *verſ.* 21. *Pſalm.* 105. *V.* 17. 18. 19. *Sap.* 10. *V.* 13. *Eſa.* 42. *V.* 7. *Act.* 5. *V.* 18. & 12. *v.* 17. & 16. *Verſic.* 25.

## ¶ Historica Exempla.

*Leo III. Romanus Pontifex*, Carolo Magno regnante, dum ſupplicationes agit à Gregorio inſtitutas, apud ædem Sylueſtri captus, & Paſchalis Primicerij ac Campuli presbyteri fraudibus fere ad mortem cæſus, in cœnobium S. Eraſmi relegatus eſt. *Volat. lib.* 22. *Anthrop.*

*Anaſtaſius III.* Benedicto III. depoſito, cum pontificatum inuaſiſſet: ab Imperatoris legatis deiectus, & in carcerem coniectus eſt. *Sigebertus in Chronicis.*

*Rogerij F. Gulielmus, Apuliæ & Calabriæ dux*, Innocentium II. Pontificem bello cepit. *Theat.*

*Agathocles, Lyſimachi Thraciæ regis F.* à patre contra Dromichæten Getarum regem miſſus, captus eſt. Lyſimachus filiam Dromichæti deſpondit: & ea parte Thraciæ ceſſit; quæ trans Iſtrum eſt. *Pauſanias.*

*Crœſus Lydorum rex*, qui templa oraculorum omnia quæ tum fuere multis & magnis muneribus ornauit, quique aurum & argentum in latere fudit, à Cyro Perſarum rege captus: quod reliquum ætatis ſuperfuit, in ſeruitute vixit. *Herodotus.*

*Peſcennius Niger* à ducibus Seueri Imp. per Æmilianum ſuperatus, apud Cyzicum ſauciatus, captus, & ad Seuerum deductus eſt. caput eius ſuffixum, Romam miſſum. *Spartianus.*

*Æmilianus Mauritianus Imp.* ab exercitu nominatus, à duce Galieni Theodoro captus, ad Galienum miſſus eſt. *Trebellius Pollio.*

*Vide, Aduerſitas, Afflictio, Fortuna, Miſeria, Item Fortitudo, & Conſtantia.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

roglyphicè dedit Ægyptijs ſacerdotibus: vt ſi hominem à calumniatoribus malè acceptum, & mortiferis delationibus afflictatum ſignificare vellent, *Baſiliſcum* apponerent. Non enim alia ratione calumniatores homines conficiunt, quàm faciat *Baſiliſcus*. Clam ſiquidem illi principum auribus inſuſurrant: nullo palam morſu infixo, quo diluendi anſa præripiatur: atque ita pleriq; falſo delati, extrema quæque pertulère. *Pier. Val. lib.* 14.

Theologi per *amputatam aurem* accipiunt eum quoq; qui detractionibus & calumnijs in alios aggeſtis delectatur, & turpium impudicorumque ſermonum laſciuia capitur: proba verò conſilia, & admonitiones de honeſta & homine digna ratione viuendi, cane peius & angue protinus auerſatur. *Pier. Val. lib.* 33.

Ad dextram conſidet quiſpiam auribus prælongis inſignis, quales ferè illæ Midæ feruntur, manum porrigit procul accedenti Calumniæ, circumſtant eum mulierculæ duæ, Ignorantia, ni fallor, ac Suſpicio: adit aliunde propera Calumnia eximie compta, vultu ipſo & geſtu corporis efferam rabiem, & iram æſtuanti conceptam pectore præ ſe ferens, ſiniſtra facem tenens flammiuomam, dextra ſecum adoleſcentem capillis prehenſum, manus ad ſuperos tendentem, obteſtantemque immortalium Deorum fidem, rapit: anteit vir pallidus in ſpeciem impurus, acie oculorum minimè hebeti: cæterum planè ijs ſimilis, qui ſontico aliquo morbo contabuerunt: hinc facilè conijcias, Liuorem eſſe, quin & mulierculæ aliquot Calumniam ſequuntur comites, quarum eſt munus dominam hortari, inſtruere, comere: interpres aiebat, Inſidias ac Fallaciam eſſe: à tergo lugubri habitu pallere, laceraq; Pœnitentia ſubſequi, quæ capite in tergum deflexo cum lachrymis ac pudore procul venientem Veritatem excepit. Hac Apelles fabula ſuos luſit caſus. *Pictura calumniæ, authore Apelle, ex Luciano Sophiſta.*

### ¶ SCRIPTORES.

De calumnia vide *Platonem in Apologia, & lib. 6. de Rep. Bruſ.* 2.8. In calumniatorem Platonis, *Beſſarionis lib.* 4. Contra mendaces & impios detractores, *Marſil.* 1. 12. De non temerè credendo delationibus ſeu calumnijs, *Luciani lib.* 1. Nemini detrahendum, *Marſil.* 1. 6. De calumnia, *Pechanus, l.* 28. Flos Theologiæ, *Kampigollus, cap.* 40, Aduerſus mendacium & obtrectationem admonitio. *Deſ. Eraſmi Tom. 9. operum.*

*Vide Locum de Mendacio.*

# Canis.

*Vide Venatio.*

# Canticum.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CANTICVM, Græcè ᾆσμα, ατος, τὸ, ᾠδή. Hebr. *Schir.* Pſal. 96. 1. & 137. 4. à verbo *Schar*, cecinit, cantauit. Hinc συρίζω, fiſtula cano, σύριγξ, fiſtula, & eſt exultatio mentis de æternis habita, prorumpens in vocem: & differt ab hymno, quia hymnus eſt laus Dei cum cantico. *Hoc ex B Thoma Pſal. prolo. col. 1. fin.*

Græci canticum, hymnum vocant: Item pſalmum: Sed propriè hymnus dicitur, qui voce naturali fit: Pſalmus, cum aliquo muſico inſtrumento. Vnde pſalmodia deducitur, canticum miſtum, vt cum aliquis ad citharam, ſiue aliud muſicum inſtrumentum canit. Hinc etiam Pſalterium, inſtrumentum muſicum. Pſalmus autem ἀπὸ τοῦ ψάλλω deriuatur, quod ſignificat canto.

Cantus, eſt inflexio vocis: nam ſonus directus eſt. Præcedit autem ſonus cantum. *Iſidorus lib. 2. orig. c.* 19.

Canticum eſt vox cantantis in lætitiam. Pſalmus autem dicitur, qui cantatur ad pſalterium, quo vſum eſſe Prophetam Dauid in magno myſterio prodit hiſtoria. Hæc autem duo in quibuſdam Pſalmorum titulis iuxta Muſicam artem alternatim ſibi opponuntur. Nam canticum pſalmi eſt, id quod cum organum modulatur, vox poſtea cantantis eloquitur. Pſalmus verò canticum, quod humana vox præloquitur: ars organi modulantis imitatur. *Idem Iſidor. lib. 6. Orig. c.* 19.

### ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ouid. 4. Triſt. 1.

*Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor,*
*Indocili numero cum graue mollit opus.*
*Cantat & innitens limoſæ pronus arenæ*
*Aduerſo tardam qui vehit amne ratem:*
*Quiq; refert pariter lentos ad pectora remos,*
*In numerum pulſa brachia verſat aqua.*
*Feſſus vt incubuit baculo: ſaxoq; reſedit*
*Paſtor, arundineo carmine mulcet oues.*
*Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis*
*Fallitur ancillæ decipiturq; labor.*
*Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles*
*Æmonia curas attenuiſſe lyra.*
*Cum traheret ſiluas Orpheus, & dura canendo*
*Saxa, bis amiſſa coniuge mæſtus erat.*

1. de Arte amandi.

*Si vox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta:*
*Et quacunque potes dote placere, place.*

Horat. lib. 1. Satyr. 3.

*Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,*
*Vt nunquam inducant animum cantare rogati,*
*Iniuſſi nunquam deſiſtant.*

### ¶ SIMILITVDO.

*Chryſoſtomi.* Sicut ſordes & limus aures corporis obſ[…]lent: Sic meretricij cantus, fabulæ huius ſeculi, aures me[…] obſtruere, atque immundas facere: quaſi enim ſtercus a[…]ſtris immittunt huiuſmodi colloquia, & quod barbarus[…]batur, dicens, Comedetis ſtercus veſtrum: Id nunc mul[…]bo ſed re in vobis faciunt, imò verò multò peius atque f[…] *mil. 38. in Matth.*

### ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Cantandum ſpiritu & intelligentia, 1. *Corinth.* 14. v. 15. [...] cantandæ. *Pſalm* 30. v. 5. & 33 v. 1. 2. 3. & 34. 4. & 47. 7. & [...] v. 5. 33. 34. & 69. 35. & 95. v 1. 2. & 96. v. 12. & 97. 12. & 98 [...] v. 5. 9. & 101. v 1. 4. & 105. v. 1. 2. & 106. 1. & 107. 1. & 113. [...] 118. v. 1. 29. & 134. 1. & 135. v. 13. 19. & 136. v. 1. 2. & 145. v. 10. [...] v. 1. 7. & 148. 1. & 149. 1. & 150. 1. *Eſai.* 12. 4. & 42. 10. *Ierem.* [...] 33. 11. *Apoc.* 19. v. 4. 5.

Canticum nouum, *Apoc.* 5. 9. & 14. 3. Canticum Moſ[...] v. 1. 2. 3. alterum eiuſdem, *Deut.* 32. v. 1. 2. 3. Deboræ ac B[...] 1. 2. Dauidis pro liberatione ab hoſtibus, 2. *Reg.* 22. 1. 2. 3. 4. [...] 5. 2. Mariæ virginis, *Luc.* 1. v. 46. 47. 48. Zachariæ, *Luc.* 1 [...] gelorum, 2. 13. *Eſa.* 6 3 *Apoc.* 4. 8. Simeonis, *Luc.* 2. v. [...] Cantica ſpiritualia à pijs canenda, *Pſal.* 119, v. 54. 171. *Ephe[...]* 3. 16

Dauid dulcis cantor, 2. *Sam.* 23. 1. Cantores à Dauide [...]dines diſtributi, 1. *Paral.* 6. 31. & 15. 19. & 25. 1. 2. *Paral.* [...] *Nehem.* 12 46.

Pſallendum Deo, & quomodo, *Epheſ.* 5. 19 *Col.* 3. 16. ſpi[...]te, id eſt, gratiæ agendæ, *Iud.* 5. 3. 1. *Cor.* 14. 15. Pſallendum [...] *Iac* 5. 13.

Pſaltes egregius Dauid, 2. *Sam.* 23. v. 1.

### ¶ SCRIPTORES.

De canticorum origine vide *Ioan. Gerſon. Tom.* 3. *ope[...]* Cantandi ſtudium apud vetuſtiores Romanos interru[...] natum non fuiſſe. *Macrob. Satur. l.* 3. 13. Cani remigibu[...] *Cælius lib. 9. c.* 10. Item quid ſit intus canere. *ibid.* De voc[...]tione. *Seneca lib 2. epiſt.* 15. De concentibus. *Problemat.* [...] *ſect.* 51.

Templorum cantum Patres non magnifecerunt: ple[...]rarunt. Nam Athanaſij temporibus Flauianus & Theod[...] Antiochiam canendi ritum primi in oriente (*vt ex Caſ[...] ſtoria Tripart. lib. 5. c. 32. accepimus*) induxerunt. Auguſti[...]nit ſua ætate ſub Ambroſio in Eccleſia Mediolanenſi mo[...]nem receptam.

# Captiuitas, Carcer.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[IA].

CAPTIVITAS, Græcè αἰχμαλωσία, ας, ἡ, & αἰχμάλωτ[...]uus eſt Hebr. *Schebi*, Iudic. 5. 12. Eſth. 3. 8. Ierem. 15. 2. [...] à verbo *Schaba* captitauit, in captiuitatem abduxit. Car[...] locus in quo captiui & noxij ſeruantur, quaſi Coarcer, a [...] quod in eo detenti prohibeantur exire. Hebr. *Chele*, cl[...] verbo *Chala*, clauſit, concluſit, cohibuit. Hinc κλείω, clau[...]do: κλεὶς, clauis. Carcer autem Græcè δεσμωτήριον, vin[...]cus, & φυλακὴ, cuſtodia dicitur. Dicitur autem à capio, [...] cupo, & meum facio. Varro. *Quid hic venator cepit? C[...] uem quandam piratarum præda onuſtam capere.* Inde [...] verbum, quo quidam iuniores vſi ſunt.

### ¶ POETICAE SENTENTIAE.

A. Prudentius.

*Carcer Chriſticolis gradus coronæ eſt.*

*Carcer prouehit ad Superna cæli:*
*Carcer conciliat Deum beatis.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE

De Carcere. DIAL. LXIV.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Carcere claudor indignus. R. Melior eſt indignus carcer quam indigna libertas: multoque ſatius immeritum pro iuſtitia mala quam per ſcelus bonis affluere, quamuis nec mala illa dici debeant, neque hæc bona, ſed loquor vt vulgus, quod dolorem, magnum ingens, voluptatem ſummum bonum iudicat. D. Carcere inclusus ſum. R. Quis non carcere clauditur, aut quis inde digredi, nisi dum moritur? vetus hæc tua omniumque ſors eſt. Vnde ... vnde nouæ igitur querelæ? Ita enim ſcito ex quo die natus es, & antequam naſcereris, in carcerem atque in vincula miſſum ... imperio, cui omnis cœli ambitus, exigua domus eſt, ... quod ſummo creditur poetæ, tenebroſum vtique carcerem; & ... illius carceris exitum ſi felicem cupis, huius anguſtias, non ... ſicut nec ſupplicia, nec mortem, nec humani aliquid, ad ... patientiam & contemptum niſi præparatus, armatuſque ... animus in quacunque fortuna, calle graditur ancipiti. D. Turpi carcere claudor, atque anguſto. R. Nullus carcer turpior, & anguſtior nullus quam iſte corporeus, quo vſque adeo delectaris, atque vnde tantopere ſolui times. D. Carcere detineor importuno. R. Multos periculo inſtanti atque hoſtium manibus carcer eripuit. Multis limen carceris, pro clypeo fuit, & quo ... profuerat, exiſſe nocuit, vt exitu admoniti, quod horruerunt, quod optauerant miſerum faterentur. D. Carceri mancipatus ſum. R. Quid ſcis, an fortaſſe non carcer, ſed vt dicitur, ... ſit? quoties vinclis explicitos hoſtilis mucro, ſiue hoſte ... paupertas inuaſit: quoties euaſiſſe pœnituit, & carcerem, ... dominum queri cœperant, non fuiſſe perpetuum queſti ... Vidimus in carcere quoſdam laute viuentes, mox inde di... mæſtam ac difficilem vitam mæſto fine clauſiſſe. Miſeram ... vitam dego. R. Quidam libros in carcere texuerunt, tu ... inutiles. Quidam literas in carcere didicere, patien... D. Carcerali cuſtodia vinctus teneor. R. Plerique ... ac ſpeluncis, alij ſe murorum anguſtiis incluſere, carce... ſpontaneum, vel Dei amore, vel mundi odio, vulgiq; faſtidio ... Tu ſi hoc animo non es, tuique carceris finem cupis, ... Aut te hinc homo eruet, aut mors, quæ clauem carceris ... habet, vnus quidem introitus, exitus multi ſunt. Alium ... dia, alium vis eruit, alius innocentia ſua, alius cuſtodum ... euaſit, alius precio, alius ingenio, & vel ſubterraneis ... vel per tenebras amicæ noctis elapſus eſt, quibuſdam ... memoria terræ motus & ruina, carceris viam fecit. Ad ... quos nihil emiſerit, mors abſoluit. Nec minus varij ... euentus, Marium conſulatui carcer dedit. Iulium ... piratarum cuſtodia ſummum miſit ad imperium; hac ... dam de limine carceris ad dominium tranſiuere, & cate... excuſſam iniecere aliis. Denique Regulum, & Socratem ... alios non tam carcer extinxit, vt viſus eſt quam carce... finis eripuit. Et ad ſummam quoſdam carcer ad inſi... ... onam, ad eximiam fortunam; ad regnum alios, multos ... miſit, ad ſepulchrum omnes, nullum cepit, quem non ...

*De carceris exitu.* DIAL. LXXXIX.

GAVD.

... carcerem euaſiſſe. R. Eſt & hæc (fateor) intermiſſa ... libertas ac reddita quam ſeruata, ſed non omnia quæ de... ... profunt, & ſæpe nociua ſunt dulcia, & amara ſalubria, ... carcer modo, ſed mors vtilis fuit, ſæpe vita & libertas ... G. Carcerem euaſiſſe gaudeo. R. Atqui modo gaude... ... apprehendiſſe, nunc gaudes portum euaſiſſe. Carcer ... portus, multis refugium & arx fuit, & in libertate peritu... ... in vinculis ligata & clauſa diligentius aſſeruantur. ... mortales cœci quid expediat, & icciro mala ſua concu... ... & aſſecuti gaudent, vnde mox doleant. Neue longius ... quæras. Vidiſti nuper virum illum animoſi & magni ... quam conſtantis incepti, qui aduerſo tempore ſe patro... Romanæ Reipubl. profiteri auſus ipſe ſibi tribuni nomen ... dehinc variante fortuna, Vrbe depulſus, Romanique ... principis poſt pontificis lapſus in carcerem vtrobique be... ... atque honeſte, tandem læua alite emiſſus, gladiiſque ... non occiſus tantummodo, ſed diſcerptus, puto moriens ... ſuſpirauit. G. E. carcere lætus erupi. R. Ibis per ro... ... litibus, per plateas vrbium tumultuſque negotiorum ... libertatem putans gratulaberis, dum quem cla... ... concluſerat, mille ſtringent laquei. Cumque læti omnes ... portum petant, vnus tu natura mirabilis è portu lætus in procellas tendis. G. E. carcere digreſſus gaudeo. R. Bonum in hoc vt in reliquis conſilium erat, neque nimium gaudere, neq; nimium dolere, ſed æquanimitatem omni in ſtatu ceu vitæ gubernaculum tenere, in tanta præſertim caligine futurorum. Neque miſerum eſt (vt fertur) intraſſe, neque tam fauſtum carcerem exiuiſſe, quoties carcer libertati hoſtis, propitius eſt ſaluti, quoties optata votis omnibus libertas in pernitiem & in mortem verſa eſt? G. Exiui ex carcere. R. Latiori de carcere multi hominem caſus eripiunt, ex anguſtiori autem ſola mors eruit. G. Moleſto de carcere diſceſſi. R. Potes in hunc carcerem reuerti, in illum alterum cum ſemel exieris non redibis hoc in tempore.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Captiuorum hominum exempla: Loth, *Gen.* 14. *verſ.* 12. 13. 14. Madianitarum vxores & paruuli, *Num.* 31. *v.* 9. Iſraelitæ, *Iudic.* 2. *verſ.* 14. & 2. *Reg.* 5. *v.* 2. Equites mille ſeptingenti, & duo millia militum, 2. *Sam.* 8. *v.* 4. Amaſias, 2. *Reg.* 14. *v.* 13. Sacerdotes, 17. *verſ.* 72. Vxores Dauidis, filij & filiæ, 1. *Sam.* 30. *v.* 3. 4. 5. Beera, 1. *Paralip.* 5. *v.* 6. Ieſana, Ephron, 2. *Paralip.* 13. *v.* 19. Decem millia virorum, 2. *Paral.* 25. *v.* 11. 12. Achas, 28. *v.* 5. Iudæi, eorumque mulieres & paruuli, *v.* 8. Manaſſes, 33. 11. Tobias, *Tob.* 1. *verſ.* 2. Sedechias, *Ierem.* 39. *verſ.* 5. Reliquiæ populi & filiæ Regis in Maſpah. *Ierem.* 41. *v.* 10. Iechonia & Principes eius, *Baruch.* 1. *v.* 9. Captiuarum ciuitatum & regionum exempla: Villæ ſeu viculi Iacer, *Num.* 21. *verſ.* 32. Iericho, *Ioſ.* 6. *verſic.* 20. 2. *Machab.* 12. *verſ.* 15. Al. *Ioſ.* 8. *verſ.* 19. Maceda, *Ioſ.* 10. *verſ.* 28. Gazer, *verſ.* 33. 1. *Reg.* 9. *verſic.* 16. Lachis, *Ioſ.* 10. *verſic.* 33. Debir, *verſic.* 38. 39. Goſen, *verſic.* 41. Canat Sephor, *Ioſ.* 15. *v.* 17. Leſem, 19. *v.* 47. Ieruſalem, *Iudic.* 1. *v.* 8. Baruch, 1. *verſic.* 24. Ieremias, 38. *verſic.* 28. Gaza, *Iudic.* 1. *verſic.* 18. Roma, 9. *verſ.* 45. Sion, 2. *Samuel.* 5. *verſ.* 7. Syria, 8. *verſ.* 13. Rabbah, 12. *verſ.* 29. Geth, 2. *Reg.* 12. *verſicul.* 17. Aion, &c. 15. *verſic.* 29. Samaria, 18. *verſ.* 10. 11. Ciuitates Iuda, 18. *v.* 13. Geſſur & Aram, 2. *Paral.* 2. *verſic.* 23. Bethel, 13. *verſicul.* 19. Ciuitates Ephraim, 17. *v.* 2. Bethſames, Aialon, &c. 28. *v.* 18. Azotum, *Eſa.* 20. *v.* 1. Carioth, *Ierem.* 48. *verſ.* 41. Meſpa, 1. *Mach.* 5. *verſic.* 35.

In carcerem coniectorum exempla: Ioſeph, *Gen.* 39. *v.* 20. *Pſal.* 105. *v.* 18. Pincerna & Piſtor Pharaonis, *Gen.* 40. *v.* 1. Filius Salumith Iſraelitidis blaſphemus, *Leuit.* 24. *v.* 12. Colligens ligna in Sabbatho, *Num.* 15. *v.* 34. Samſon, *Iudic.* 16. *v.* 21. Michæas, 1. *Reg.* 22. *v.* 27. 2. *Paralip.* 18. *verſic.* 26. Oſeas, 2. *Reg.* 17. *v.* 4. Ioachin, 25. *v.* 27. 28. 29. Ieremias, *Ierem.* 32. *verſ.* 2. & 37. *v.* 15. Sedechias, 39. *v.* 7. & 52. *v.* 11. Ioahas, *Ezech.* 19. *v.* 9. Ioannes Baptiſta. *Matt.* 14. *v.* 3. *Marc.* 6. *v.* 17. *Luc.* 3. *v.* 20. Conſeruus, *Matth.* 18. *verſ.* 30. Barrabas, *Luc* 23. *v.* 18. Apoſtoli, *Actor.* 5. *v.* 18. Petrus, 12. *verſ.* 4. Paulus & Silas, 16. *v.* 24. Multi Sanctorum, 26. *v.* 10. Paulus, 2. *Corinth.* 11. *v.* 23.

Captiui in Babylonia iubentur orare pro pace ciuitatis, *Ierem.* 20. *v.* 7. pro vita Nabuchodonoſor Regis, & eius filij Balthaſaris, *Baruch.* 1. *verſ.* 11. Captiua mulier quomodo ducenda in vxorem, *Deut.* 21. *verſ.* 11. 12. 13. Captiuos inuiſere bonum & pium eſt, *Gen.* 14. *verſ.* 14. 1. *Sam.* 30. *verſ.* 9. *Tob.* 1. *v.* 15. *Ierem.* 38. *v.* 9. *Matth.* 25. *verſ.* 37. *Act.* 12. *verſ.* 52. *Timoth.* 1. *verſic.* 16. *Hebr.* 13. *verſ.* 3. Captiuos non deſerit Deus, *Gen.* 39. *verſ.* 21. *Pſalm.* 105. *v.* 17. 18. 19. *Sap.* 10. *v.* 13. *Eſa.* 42. *v.* 7. *Act.* 5. *v.* 18. & 12. *v.* 17. & 16. *verſic.* 25.

¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Leo III. Romanus Pontifex*, Carolo Magno regnante, dum ſupplicationes agit à Gregorio inſtitutas, apud ædem Syluestri captus, & Paſchalis Primicerij ac Campuli presbyteri fraudibus fere ad mortem cæſus, in cœnobium S. Eraſmi relegatus eſt. *Volat. lib.* 22. *Anthrop.*

*Anaſtaſius III.* Benedicto III. depoſito, cum pontificatum inuaſiſſet: ab Imperatoris legatis deiectus, & in carcerem coniectus eſt. *Sigebertus in Chronicis.*

*Rogerij F. Gulielmus, Apuliæ & Calabriæ dux,* Innocentium II. Pontificem bello cepit. *Theat.*

*Agathocles, Lyſimachi Thraciæ regis F.* à patre contra Dromichæten Getarum regem miſſus, captus eſt. Lyſimachus filiam Dromichæti deſpondit: & ea parte Thraciæ ceſſit, quæ trans Iſtrum eſt. *Pauſanias.*

*Crœſus Lydorum rex,* qui templa oraculorum omnia quæ tum fuere multis & magnis muneribus ornauit, quique aurum & argentum in latere fudit, à Cyro Perſarum rege captus: quod reliquum ætatis ſuperfuit, in ſeruitute vixit. *Herodotus.*

*Peſcennius Niger* à ducibus Seueri Imp. per Æmilianum ſuperatus, apud Cyzicum ſauciatus, captus, & ad Seuerum deductus eſt. caput eius ſuffixum, Romam miſſum. *Spartianus.*

*Æmilianus Mauritianus Imp.* ab exercitu nominatus, à duce Galieni Theodoro captus, ad Galienum miſſus eſt. *Trebellius Pollio.*

*Vide, Aduerſitas, Afflictio, Fortuna, Miſeria, Item Fortitudo, & Conſtantia.*

# Caro.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

CARO, Σὰρξ, κὸς, ἡ, Eſt materialis pars influens per nutrimentum, affluens per conuenientem calorem, ideo quouis modo abſcindatur, ciro creſcit. *Albert. Magn. de ani. lib. 3. tract. 2. cap. 5.*

*Alias ſignificationes huius vocis quære in ſequentibus authorum locis.*

## ¶ BIBLICI LOCI.

Caro, Hebræorum more. I. pro toto homine, *Geneſ. 6. 3.* per ſinecdochen. II. pro omni & toto hominum genere, 12. *Pſalm. 78. 39. Eſa. 40. 6. Ioel. 2. 28. Matth. 24. 22. Luc. 3. 6. Ioan. 1. 14. & 17. 2. Act. 1. 17. Rom. 3. 20. 1. Cor. 1. 29. Gal. 2. 16.* qua appellatione imbecillitas humana ſignificatur, quam ob cauſam carnis nomen equis quoque tribuitur, *Eſa. 31. 3.* III. pro humana natura, *1. Timoth. 3. 16.* IV. pro humanitate ſeu humana Chriſti natura, *Io. 6. 51. Act. 2. 30. Roman. 1. 3. 1. Pet. 3. 18. & 4. 1.* ſicut Spiritus pro diuina, *Rom. 1. 3.* V. pro craſſa & impura hominis natura: hoc eſt non pro carnea illa corporis mole, ſed pro animi & corporis humani natura peccato & morti addicta, *Ioan. 1. 13. & 3. 6. Rom. 7. 5. Eph. 2. 3.* quæ paſſim Spiritui opponitur in Scriptura, præſertim autem. *Ioan. 3. 6.* Sic autem vſurpari carnis vocabulum, vt non corporis ſolum, ſed & animi humani naturam peccato & morti addictam comprehendat, liquet vel ex eo, quod carni huic Paulus tribuit φρόνημα, *Rom. 8. 7.* & νοῦν *Coloſſ. 2. 18.* Caro igitur pro carnali ponitur, Hebraica phraſi non ſecus ac Latinis ſcelus dicitur, pro ſcelerato: & deſignat miſeram totius hominis conditionem, *Pſalm. 56. 5. & 79. 39.* vt ſupra dictum eſt. VI. Pro parte hominis non regenerata, *Rom. 7. 18. & 8. 3. Galat. 5. Verſ. 17. 19. 24. Col 2. 11. 2. Corinth. 12. 7. 1. Ioan 2. 16.* VII. Pro vitioſitate, quæ in hominibus regnat, *1. Pet. 4. 6.* IIX. Pro ingenio vel naturæ inclinatione. *Epheſ. 2. 3.* IX. Pro corruptis hominibus, *Rom. 7. 14.* X. Pro imbecillitate naturæ humanæ, *2. Corinth. 10. 2. 1. Pet. 1. 24.* XI. Pro huius vitæ præſentis ſtatu, *Philip. 1. 24.* XII, Pro corpore mortali, *2. Corinth. 7. 1. Galat. 2. 20.* XIII. Pro vita præſenti, & omnibus iis, quæ ad vitam præſentem ſpectant. *1. Corinth. 7. 28.* XIV. Pro externo aſpectu, *Galat. 4. 13.* XV. Pro vita naturæ ordinaria, *Verſic. 29.* XVI. Pro vita corporali. *Galat. 2. 20. Hebr. 5. 7. 1. Pet. 1. 42.* XVII. Pro externis ceremoniis, 6. 12. & externis operibus ceremonialibus, quibus opponitur Spiritus, 33. XVIII. Pro omni eo quod eſt extra Chriſtum, *Philip. 3. 3.* Caro in bonam partem ſumpta. *2. Cor. 3. 3.*

Caro & ſanguis, in nouo Teſtamento aliquoties totam humanam naturam, συνεκδοχικῶς ſignificant eamque interdum ita vt eſt corrupta & infirma, *Matth. 16. verſ. 17. 1. Cor. 15. v. 50.* vel ſimpliciter qualis eſt in ſeſe, vt à ſpirituali videlicet & excellentiore natura diſtinguatur. *Galat. 1. verſ. 16. Epheſ. 6. Verſicul. 12.* Præterea nomine carnis, *Rom. 7. verſ. 5. Epheſ. 2. Verſ. 2.* membrorum, *Coloſſ. 3. Verſ. 5.* exterioris hominis, *Rom. 7. Verſ. 22.* & alibi ſæpe intelligit Paulus, quicquid eſt in homine, vel intus, vel foris à capite ad calcem, quatenus quidem homo non eſt gratia Dei regeneratus, id quod vel ex eo liquet, quod diſerte Apoſtolus inter corruptiſſimas partes mentem numerat, *Rom. 1. V. 28. 1. Timoth. 6. verſic. 5. 2. Timoth. 3. 8. Tit. 1. verſic. 15. Item Epheſ. 4. Verſ. 24.* vult renouationem ad ſpiritum vſque mentis pertingere. Vnde illud quoque liquet, quid vocabulum ſpiritus carni oppoſitum, ſeu interior ac nouus homo declarent. Cum carne & ſanguine, *Galat. 1. Verſ. 16.* pro; cum quoquam mortalium, *Vt Epheſ. 6. v. 12.* Huc pertinent illæ phraſes: Secundum carnem eſſe, *Roman. 8. verſ. 8.* de iis dicitur, qui cum non ſint Spiritu donati, ſeſe cupiditatibus carnis immergunt: Viuere autem in carne, *Philip. 1. Verſicul. 22.* vel ambulare in carne, *2. Corinth. 10. V. 3.* nihil aliud declarat, quam in hoc caduco corpore vitam degere tantiſper, dum cœleſti & æterna vita potiamur, vt *Gal. 2. v. 20. 1. Pet. 4. V. 1.* Carni ſerere, *Galat. 6. v. 8.* pro fluxis iſtis & caducis bonis accumulandis opes impendere. In carne eſſe, *Roman. 7. 5. & 8. 8.* ſignificat prioris coniugij conditionem, quæ V. 6. vetuſtas literæ. Carnem igitur appellat hominem ψυχικὸν, id eſt, qualis ex Adamo procreatur natura peccato omni ex parte penitus obnoxia, cui opponitur eſſe in ſpiritu 8. 9. Secundum carnem naſci, *Galat. 4. V. 23. 29.* eſt conſueto hominum more naſci damnatus carne. *2. Pet. 4. V. 6.* dicitur is, in cuius carne damnatum eſt, hoc eſt; abditum & extinctum eſt peccatum, quæ prior pars eſt ſanctificationis, vt diſerte loquitur Paulus *Rom. 8. V. 3.* adeo vt locus ille Petri non poſſit planius explicari, quam ex *1. Cor. 5. V. 5.* vbi dicit Paulus: Ad interitum carnis. Carnem ſuam crucifigere quomodo quiſque debeat, *Eccleſ. 10. 1. Rom. 6. 12. & 8. V. 12. 13. 14. Galat. 5. 16. Epheſ. 4. 22. & 5. 3. Tit. 2. 12. 1. Pet. 2. 1. & 4. V. 2. 6. Hebr. 2. 1.* Caro & ſanguis, pro naturali homine, *Matt. 16. 17. Galat. 1. 16. Epheſ. 6. 12.* pro corpore hoc animali ita vt nunc eſt, *1. Cor. 15. 50.*

Caro vna, vir & vxor, *Geneſ. 2. 24. Matth. 19. 5. Marc. 10. 8. 1. Corinth. 6. 16. Epheſ. 5. 31.* Hebraiſmus, hoc eſt, vnum corpus. Caro cum ſanguine non edenda, *Gen. 9. 4. Leuit. 19. 26*
ſtiis laniata non comedenda Iudæis, *Exod. 22. 31.* Carn
tenus habenda, *Roman. 13. 14.* Carnis gloriatio vana,
*Verſicul. 29.* Carnis infirmitas magna, *Matth. 26. ver*
*man. 8. Verſic. 7.* Carnis & ſpiritus lucta, *Roman. 7. Ve*
nis opera, *Galat. 5. v. 19. &c.* Prudentia carnis damna
6. & 12. 16,

Carnalis homo, *Rom. 7. Verſ. 14. 1. Corinth. 3. v. 1.* Ca
nica, *Iudæ, Verſ. 23.* Carnales pro iis, qui in carne ſunt,
Deo placere non poſſunt, *Roman. 8. Verſic. 5. 8.* pro iis qu
dem in Spiritu, ſed tamen adhuc νεόφυτοι, & quaſi te
ſunt, *2. Cor. 3.* quod explicat ibidem Apoſtolus per infan
bulum, *Verſic. 3.* exponit quid ſit, carnalem eſſe, nempe
iudicij imbecillitati eſſe obnoxium, quod quidem
in eos etiam cadit, qui alioqui ſunt ſpirituales, cum
parte cognoſcamus, *1. Cor. 13. Verſ. 12.* Carnalia bona pr
libus, *1. Cor. 9. 11.*

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Fratres, debitores ſumus, non carni vt ſecundum ca
mus, *Rom. 8.*

Canis curam ne feceritis in deſideriis. 13.

Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. *1. Cor*

Chariſſimi mundemus nos ab omni inquinamen
ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore
*rinth. 7.*

In carne ambulantes, ſecundum carnem militamu

Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, vos
ne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei hab
*Rom. 8.*

Cum ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnal
cundum hominem ambulatis? *1. Cor. 3.*

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aute
carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſus, vt non qua
tis illa faciatis. *Gal. 5.*

Chariſſimi obſecro vos tanquam aduenas, abſtine
nalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam, *1. Pet.*

Non permanebit ſpiritus meus in homine in æt
caro eſt. *Gen. 6.*

Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu,
cundum carnem, ambulant. Qui enim ſecundum ca
quæ carnis ſunt ſapiunt. *Rom. 8.*

Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſin auten
cta carnis mortificaueritis, viueris. *ibid.*

Dico in Chriſto: ſpiritu ambulate, & deſideria car
ficieris. *Gal. 5.*

Manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt fornicatio,
impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, venefici
tentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ,
micidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ
bis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum D
ſequentur. *ibid.*

Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim ſem
mo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua,
metet corruptionem. 6.

## ¶ SENTENTIAE PATRUM.

Carnis afflictio eſt, per quam laſciuæ mentis ſemi
tione diſcreta comprimuntur. *Aug. de defin.*

ſpiritus deficit, vbi caro requieſcit. Vt enim caro
anima duris nutritur. Illam blanda refouent, hanc a
*ſup. Ioan.*

Vis vt ſeruiat caro tua animæ tuæ: Deo ſeruiat ani
bes regi vt poſſis regere *In Ioan.*

Caro mala non eſt, ſi malo careat. *de Cont. c. 8.*

Corporis debilitas nimia, etiam vires animæ fran
quoque ingenium marceſcere facit: quicquid cum mo
perate fit ſalutare eſt, optimus in omni re modus,
que menſura. *Hieron. in epiſt.*

Dum carnalis vita corrigitur, & vſque ad abſtinen
rationis ſtudium à perficientib. peruenitur, quaſi iam
incenditur, vt inde omnipotentis Dei ſacrificium re
prius culpa diſplicebat. *Greg. in moral.*

Non geſtamus laqueum noſtrum nobiſcum,
inimicum, carnem noſtram loquor, de peccato natam,
nutritam, corruptam nimis ipſa origine: ſed multo am
conſuetudine vitiatam. Hinc eſt, quod tam acriter a
tum concupiſcit, quod aſſidue murmurat: & impatien
plinæ, quod illicite ſuggerit, quod nec rationi obtem
lo timore in hibetur. *ibid.*

Quia iniquus carnem ſuam Deo præpoſuit, iudica
tur, vt ex ea amplius in igne crucietur. Hic itaque eam
non vult, & quum ab ea abſtrahitur, illic eam relinque
& tamen in ea propter ſupplicia reſeruatur. *ibid.*

…conditi mirabiliter ſumus, vt ratio animam, & anima poſſi-deat corpus. …ſus vero animæ corporis poſſeſſione repellitur, ſi non prius anima à ratione poſſidetur. *ibid.*

Et frequenter maiores tribulationes ex carne ſuſcipiunt qui carnalibus voluptatibus delectantur. *ibid.*

Magna cura penſare debemus, vtrum noſter ſpiritus impetu carnis ducatur, tranſitoria æternis præponere: iſta mundana ad voluptatem non ad neceſſitatem quærere. *ibid.*

In hoc mundo cum noſtris tentationibus naſcitur, & caro noſtra aliquando adiutrix eſt in bono opere, aliquando autem ſeductrix in malo. Si igitur ei plus, quam debemus tribuimus, hoſtem nutrimus: & ſi neceſſitati eius quæ debemus, non reddimus ciuem perimimus. Satianda eſt itaq; caro, ſed ad hoc vſque, vt in bono nobis ſufficiat. Nam quiſquis ei tantum tribuit, vt ſuperbiat, ſatiari penitus ignorat. Ars itaque magna eſt ſatiari, ne vnuſquiſque per ſatietatem carnis, ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. *Hom. 5. ſecunda parte Ezech.*

Iram, metum, cupiditatem, & gaudium, velut quendam animi currum auriga regit, & in captiuitatem redigit omnem carnalem affectum, & carnis ſenſum nutu rationis, in obſequium virtutis. *Bern. ſup. Cant.*

Cur carnem tuam pretioſis rebus impinguas & adornas, quam poſt paucos dies vermes deuoraturi ſunt in ſepulchro: & animam tuam bonis operibus non adornas, quæ Deo & Angelis eius præſentanda eſt in iudicio? Cur ergo animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? dominam ancillari, ancillam dominari, magna abuſio eſt. *In ſer. & Hug. de clauſt. animæ.*

Primum impedimentum noſtrum, & occupatio grauis ipſa eſt neceſſitas miſeri huius corporis, quod dummodo ſomnum, modo cibum, modo veſtem, cæteraque ſimilia quærit, haud dubium, quin frequenter impediat nos ab exercitio ſpirituali. *Bern. de ſer. 25.*

Nihil aliud eſt caro cum qua tanta eſt ſocietas, niſi ſpuma caro facta, fragili decore veſtita: ſed erit quandoq; cadauer miſerum & fœtidum, & cibus vermium. Si diligenter conſideres quid per os & nares & cæteros corporis meatus egreditur, vilius ſterquilinium nunquam vidiſti. Si ſingulas eius miſerias enumerare velis, quam grauatam peccatis, irretita vitiis, pruriens concupiſcentiis, occupata paſſionibus, polluta illuſionibus, prona ſemper in malum, & ad omne vitium procliuis, plenam confuſione & ignominia inue… *Hug. de clauſtro animæ l. 1 c. 31.*

Attende homo, quid fuiſti ante ortum, & quid es ab ortu vſque ad occaſum, atque quid eris poſt hanc vitam. Profectò fuit, quando non eras: poſtea de vili materia factus, & in viliſſimo panno inuolutus menſtruali ſanguine in vtero materno fuiſti nutritus. Tunica tua fuit pellis ſecundina. Sic indutus & ornatus veniſti, nec memor es quam vilis ſit origo tua. Forma, fauor hominis, opeſque ſurripuere tibi, noſce, quid ſit homo. Nihil enim aliud eſt homo, quam ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, cibus vermium: poſt hominem vermis, poſt vermes fœtor & horror: ſic in non hominem vertitur omnis homo. Cum fex, cum limus, cum res viliſſima ſimus: Vnde ſuperbimus? ad terram terra redimus. *ibid.*

Quodammodo exire carne eſt in corpore commorantem, & naturam eſt in fragili carne aculeos non ſentire. *Caſſian. de inſtitut. monach. lib. 6.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Fateor nos gerere corporis noſtri tutelam. Non indulgendum illi, ſeruiendum nego. Multis ſeruiet, qui corpori ſeruit: qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert, honeſtum ei vile eſt, cui corpus ſuum nimis charum eſt, huius nimius amor nos timoribus inquietat, ſolicitudinibus onerat, & contumeliis obiicit. Agatur eius diligentiſsima cura: ita tamen vt quum exigit ratio, quum dignitas, quum fides, mittendum in ignem ſit. Sic nos gerere debemus, vt non tanquam propter corpus viuere debeamus, ſed tanquam non poſſumus ſine corpore, corpori tantum indulgeamus, quantum bonæ valetudini ſatis eſt. *Sen. 15. epiſt.*

Maiore corporis ſarcina animus eliditur, & minus agilis eſt. Circumſcribe corpus tuum, & animo locum laxa, multa ſequuntur incommoda deditos huic curæ, bibere & ſudare, vita cardiaci eſt. *ibid.*

Maior ſum & ad maiora genitus, quam vt mancipium ſim corporis mei. Contemptus corporis ſui, certa libertas eſt. *Epiſt. 66.*

Sapiens itaq; multum cum meliore ac diuina ſui parte verſatur, cum hac querula ac fragili, quantum neceſſe eſt. *idem 75.*

Multa nos incommoda exagitant quam male conueniat nobis hoc corpus, nunc de capite, nunc ventre, nunc de pectore aut de faucibus conquerimur. Aliquando nerui nos, aliquando pedes vexant, nunc detractio, nunc diſtillatio, aliquando ſupereſt ſanguis, aliquando deeſt, hinc atque illinc tentamur, hoc euenire ſolet in alieno habitantibus, hoc enim corpus non domus, ſed hoſpitium, & quidem breue hoſpitium, quod relinquendum, vbi te grauem eſſe hoſpiti videas. *In Epiſt.*

Corpus hoc animi pœna ac pondus eſt premendo illo vrgetur, in vinculis eſt. *Epiſt. 66.*

Vis adverſus hoc corpus liber eſſe, præpone tibi quandoque hoc contubernio carendum, & fortior erit ad neceſsitatem exeundi. *Epiſt. 71.*

Iam qui bona corporis præ ſe ferunt, quam exigua, quam fragili poſſeſsione vtuntur. Formæ vero nitor, vt rapidus eſt, & velox, & vernalium florum mutabilitate fugacior, quod (vt ait Ariſtoteles) Si lynceis oculis homines vterentur, vt eorum viſus obſtantia penetraret, nonne introſpectis viſceribus illud Alcibiadis ſuperficie pulcherrimum, corpus turpiſsimum videretur? ideo te pulchrum videri non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas, *Boet. 3. de conſolatio.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* quomodo inter cœlum & terram aer medius conſtitutus ſeparat creaturam vtramque? vt oſtendat quia inter cœleſtia & terrena nulla poteſt eſſe commixtio: Ita nec inter ſpiritualia & carnalia, nulla eſſe coniunctio poteſt. *In cap. 4. Hom. 7.*

Sicut qui graues oculos habet, ſi ponas eum in aliquo obſcuro tenebroſoque loco, melius videt: ſi autem ponas eum in ſole, nihil videt, quia oculus eius non ſuffert ſolis candorem: Sic homo mundialis, qui oculum, id eſt, mentem terrenis deſideriis ſordidam habet, & turbulentam, ſi ponas eum in rebus mundialibus ſapit, & aſtutus eſt: ſi autem trahas eum ad res ſpirituales, tenebreſcit, ac nihil ſapit, quia mens illius deſideriis corrupta terrenis, iuſtitiæ bonum non ſentit. *In c. 6. Matth.*

Quemadmodum diues peregre profectus, ſi in hoſpitio applicuerit pauperis alicuius, quamuis non poteſt in domo iubere quod vult, quia hoſpes eſt, tamen magnam ſibi fiduciam agendi aliquid vendicat, quia potens: Sic & anima peregrina in hoc regnum carnis ingreſſa, quamuis non omnia ſpiritualiter agere poteſt ſecundum ſe, quia extranea eſt in hoc mundo, tamen aliquid ſpirituale vendicat & in carne, quia nimium potens eſt. *In Matth. 22. Hom. 42.*

Sicut peregrinus pauper, nihil in hoſpitio diuitis poteſt, primo quia peregrinus & hoſpes eſt, deinde quia mendicus & pauper eſt: Sic & caro quum in illud ſeculum reſuſcitata migrauerit, nihil omnino poterit ſibi carnale defendere: primum, quia extranea in illo ſeculo ſpirituali: ſecundo, quia infirma eſt carnis natura. *In Matth. 22. Hom. 41.*

*Cypriani.* Carnis incommoda ſunt nobis communia cum humano genere. Sic cum flatu ſterili terra ieiuna eſt, neminem fames ſeparat: ſi cum incurſione hoſtili ciuitas aliqua poſſeſſa eſt, omnes ſimul captiuitas vaſtat. Et quando imbres nubila ſerena longa ſuſpendunt, omnibus ſiccitas vna eſt. Et cum nauem ſcopuloſa ſaxa confringunt nauigantibus ſine exceptione commune periculum eſt. Et oculorum dolor, & impetus febrium, & omnium valetudo membrorum cum cæteris bonis communis eſt. *Serm. 4. de immortal.*

Corpore ſic vtitur anima, ſicut faber malleo, vel incude, in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricantur quælibet quarumcunq; voluptatum ſimulachra. Non eſt caro dictatrix peccati, nec inuentrix malitiæ, nec cogitatus format nec diſponit agenda: ſed officina eſt ſpiritus, qui in ea, & per eam quæcunque affectauerit peragit & conſummat. *De operib. Chriſti.*

*Baſilii.* Perinde atque in acie hinc atque hinc inſtructa ad conflictum, qui alteri parti fert ſuppetias, facit vt alter vincatur: Ità qui carni ſeſe adiungit, expugnat ſpiritum: & qui ſtat à ſpiritu, carnem in ſeruitutem redigit *De ieiunio.*

*Theophylacti.* Quæret aliquis: Quomodo id inquit Apoſtolus, Non in me habitat, hoc eſt, in mea carne, bonum? dicam equidem: Cum conſtet, hominem ex duobus eſſe compoſitum, anima ſcilicet & corpore, horum ſane alterum cæteris dominatur & præſidet, alterum vero, id eſt, caro, vt ſerua obſequitur.

Non igitur inhabitat in carne quod bonum eſt, hoc eſt, non reſidet in corpotis poteſtate, ſed animæ: quodcunque itaque deſtinauerit anima faciendum, & corpus faciat neceſſe eſt, neque id ſecus ſe habet, quam ſi dixerit quiſpiam, non in cithara eſſe, ſed in citharœdo, vt pulcher aliquis & concinnus edatur ſonus: neque id, inquiens, citharam ille inſimulabit, ſed organo illum & citharæ præſtare monſtrabit, qui hanc arte oppulſet. *In cap. 7. ad Roman.*

*Abſolonis.* quidam vir nobilis, & eius ſeruus tibi in cuſtodiam dati ſunt, ea lege, vt ſeruum aqua & pane more ſerui, nobilem ſecundum dignitatem natalium ſuorum procurares ſplendide. Tu vero contrarium, nobilem fame & ſiti, & multis iniuriis confeciſti: ſeruum vero delicate nutriſti, omni genere deliciarum inſolentem feciſti, rebellem domino ſuo: cui inſurgens vulnerat inultus: occidit tandem. Quid reſpondebis ei, qui vtrunque tibi commiſit? Tu homo, crudelis homo fuiſti qui nobilem virum: ſpiritum, & animam, nullis deliciis virtutum, nulla pinguedine

deuotionis refeciſti, ſeruum contumacem nutriuiſti delicate, qui carnem gula, ebrietatibus, voluptatibusq; huius vitæ ineſcaſti. Caro inſurgit in ſpiritum: eum vitiis ſeruire coegit, vulnerat, occidit. *Ser. de annunciatione D. Mariæ.*

*D. Chryſoſtomi.* ſicut in modio ſi volueris reponere, neceſſe eſt vt cadat deorſum ad inferiora eius, & tenebrioſa. Sic homini carnali, & mundiali, & vacuo, ſi dixeris quod eſt Dei, non illud tenet in ſuperiore parte mentis ſuæ, aut cordis, nec portat illud in ore, ſed confeſtim cadet de mente eius, & condet deorſum in terrena & tenebroſa, vt nec illi proſit, nec aliis. *In cap. 5. Matth.*

Sicut quanto acutius viderimus, tanto magis diſcimus, quam longe à cœli regione diſtamus: Sic etiam quanto ſuperius ad virtutis aſcendimus excelſum, tanto amplius docemur, quam ſit inter nos & Deum grande diſcrimen. *Hom. 16. in Matth.*

Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, ſcortatio, adulterium, immundicies, laſciuia, veneficium, ſimulachrorum cultus, inimicitiæ, contentio, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, hæreſes, inuidiæ, cædes, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, quod qui talia faciunt, non erunt hæredes regni Dei. Hic iam mihi dicito tu, qui carnis accuſator es, & arbitraris hæc ob ſimultatem & diſcordiam eſſe dicta: Sit adulterium & ſcortatio carnis, iuxta veſtram opinionem: inimicitiæ, contentio, æmulationes, concertationes, hæreſes, veneficia, cuius erunt? Nam hæc tantummodo ſunt corruptæ voluntatis, nimirum, vt cætera: quomodo igitur erunt carnis? vides igitur, quod hæc non loquitur de carne, ſed de terreſtri cogitatione, quæ humi ſerpit, eoque terrorem ingerit, dicens: Qui talia faciunt, regni Dei non erunt hæredes. Quod ſi hæc eſſent naturæ malæ, non voluntatis prauæ, ſuperflue dixiſſet, Faciunt: faciunt, non patiuntur. Huius autem rei gratia etiam exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ ſunt naturæ, ſed ad ea quæ ſunt voluntatis: pertinent vel coronæ, vel ſupplicia. Quapropter etiam hæc minatur Paulus. *In c. 5. ad Galat.*

Veluti vermes quidam è terra in terram, & iterum ex ipſa in ipſam conuertuntur: ſic & nos penitus, nec medicum recipere volumus, nec auferre nos à cauſis hominum: ſed veluti quadam ſatietate & ebrietate demerſi ac percuſſi obſtupuimus imaginantes. *Hom. 24.*

*Baſilii.* quemadmodum incola qui alienæ inquilinus eſt domus, ad domini arbitrium eam colit atque exercet: Ita & nobis carnis diligentia traditur, vt congrue eam exercentes, fructum ex ea bonum præbenti reddamus. Si enim Deo digna fuerit, fiet eius tabernaculum. *In Pſalm. 14.*

*Cypriani.* habes nunc carnem tuam, quam ſuperes ſemper. Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo ſuper vnam febrem cupit adhibere peiorem: ne incipiat hemitritæo inſanabili laborare, cui nullus valeat medicus ſubuenire: Neque aliquis ſuper onus proprium tollit alienum, ne oneribus duobus vſq; ad inferos demergatur. *De ſingula. clericorum.*

*D. Bernardi.* Vt Adæ indignantur merito omnes, quod vxori ſuæ potius obedierit quam Deo: Ita & nobis ipſis diſpliceamus, quod carni noſtræ aut quibuslibet aliis creaturis magis quam Deo placere ſtudemus. *Serm. 1. de omnibus Sanct.*

Quis noſtrum exteriorem hanc veſtem qua tegitur, ſi repente obſcœnis vndique ſputis illitam, & fœdiſſimis quibusq; ſordibus inquinatam conſideret, non vehementer exhorreat, non velociter exuat, non indignanter abiiciat? Itaq; qui non veſtem, ſed ſemetipſum intus ſub veſte talem reperit eo amplius doleat, & animo conſternetur oportet, quo propius tolerat, quod exhorret. Quid eſt caro iſta, niſi corruptibilis quædam tunica qua veſtimur: *Lib. de dilig. Deum.*

*Venantii Honorii Clementiniani.* Sicut Spiritus qui de cœlis cœleſtia cogitat: Ita caro quæ de terra eſt, terrena curat. *In expoſitione orationis Dominicæ.*

*Vide Homo, Mundus.*

---

# Caſtitas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

CASTITAS, Græce ἁγνεία, ας, ἡ, & ἁγνὸς, ȣ, ὁ, caſtus dicitur. Eſt autem caſtitas virtus ſpecialis circa Venerea, ſi ſtricte ſumatur, ſicut abſtinentia circa cibos: large ſumpta, eſt eſſentialiter omnis virtus *ſecundum B. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 151. artic. 1.*

Caſtitas, Caſtimonia, virginitas. Hebr. *Tahorah*, purificatio, mundatio, à verbo *Tahor*, mundus fuit, purus, emundatus, expurgatus à ſordibus. Hinc Gr. κάϑαρσις, purgatio, mundatio.

Caſtitas virtus dicta eſt à caſtigatione concupiſcentiæ tanquam pueri *ſecund. B. Thom.*

Caſtum proprie dicimus pudicum, & immaculatum, quaſi caſtratum. Nam caſtrare proprie eſt pudenda amputare. Qui vero pudendis caret, neceſſario caſtus eſt. Metaphorice honeſto ponimus, vt cantum caſtum in quo nihil e[...] caſtam manum, à furtis & rapinis ſe continentem. *V[...] Caſta pudicitiam ſeruat domus.* Item caſtus pro p[...] ponitur. *Virg. Quique ſacerdotes caſti, dum vita ma[...]*

Caſtus & continens ſic differunt, quod caſtus d[...] perientiam rei venereæ: continens vero poſt eam [...] *2. 2. q. 160. art. 1.*

Caſtitas differt à pudicitia, quia pudicitia eſt præ[...] gna Venereorum, vt ſunt tactus, oſcula, & huiuſmo[...] ro circa Veneream commiſtionem. *ſec. B. Thom. 2. 2. q.* [...]

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Qui nequaquam acquieſcens nefario operi, dixit [...] licet Ioſeph dominæ ſuæ) quomodo poſſum hoc ma[...] peccare in dominum meum? *Gen. 39.*

Confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem a[...] poſt virum tuum alterum neſcieris, ideo eris bene[...] num. *Iud. 15.*

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem q[...] gine. *Iob. 31.*

Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & ne concupiſca[...] ſpecie. *Eccleſ. 25.*

Quoniam felix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ [...] rum in delicto, habebit fructum in reſpectione anima[...] rum. *Sap. 3.*

O quam pulchra eſt caſta generatio cum charitate: [...] eſt enim gloria illius, quoniam & apud Deum nota e[...] homines. *4.*

Sciui quoniam non poſſum eſſe continens, niſi De[...] ipſum erat ſapientia ſumma. *Sap. 2.*

Omnis autem ponderatio non eſt digna contine[...] *Eccleſ. 26.*

Non ſoluetur cingulum renum eius. *Eſa. 5.*

Ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti [...] *Dan. 10.*

Melius eſt mihi incidere abſque opere in manu[...] quam peccare in conſpectu Domini. *13.*

Non fornicaberis, & non eris cum viro, & ego [...] *Oſeæ. 3.*

Contemplare viam, conforta lumbos, robora vi[...] *Nahum. 2.*

Sunt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter re[...] rum. *Matth. 19.*

Sunt lumbi veſtri præcincti. *Luc. 12.*

Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſu[...]

Volo autem omnes homines eſſe, ſicut meipſum. *ibid.*

Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis, [...] ſerint, ſicut & ego. *ibid.*

Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene fac[...] iungit, melius facit. *ibid.*

Fructus ſpiritus eſt charitas, continentia caſtitas. *Gal.* [...]

Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auar[...] minetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, [...] loquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. *Epheſ.* [...]

State ſuccincti lumbos veſtros in veritate. *Epheſ. 6.*

Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis [...] nicatione, vt ſciat vnuſquiſq; vas ſuum poſſidere ſancti[...] honore. *1. Theſſ. 4.*

Viduas honora: quæ vere viduæ ſunt. *1. Tim. 5.*

Teipſum caſtum cuſtodi. *ibid.*

Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrii & perfecti [...] eam, quæ vobis offertur, gratiam, & in reuelatione [...] *1. Pet. 1.*

Vidi præcinctum ad mamillas zona aurea. *Apoc. 1.*

Exierunt ſeptem Angeli præcincti circa pectora [...] *ibid. 15.*

Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: [...] nim ſunt, hi ſequuntur agnum quocunque ierit. *14.*

## ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Caſtitas eſt virtus ſub iugo rationis impetum libidi[...] nans. *Aug. de defin.*

Caſtitas eſt per edomitas vitiorum furias munda & [...] tius corporis habitudo. *idem.*

Propoſito animi permanente, per quod & corpus [...] meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatem violentia [...] næ, quam ſeruat perſeuerantia continentiæ ſanctæ. *lib.* [...] *iugali.*

In coniugali vinculo ſi pudicitia conſeruatur, damna[...] metur. Sed in virginali ac viduali continentia, excellen[...] amplioris expetitur: qua expetita & electa, & voti debi[...] iam non ſolum nuptias capeſſere: ſed etiam ſi non [...] velle damnabile eſt. *de continen. vidual.*

Sicut bonum erat quod Martha faciebat occupata [...]

...rum ſinctorum, ſed melius quod Maria audiens verbum Dei: ...bonum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus: ſed bonum ...Annæ, & magis Mariæ virginis anteponimus: *de bono con-iugali.*

Pudicitia res eſt animæ, virginitas corporis, denique illa integra anima permanente, poteſt iſta de corpore ſibi violenter auferri, & ...iſta integra manet corpori, poteſt illa in animo laſciua volun-tate corrumpi. *cont. Iul. lib. 4.*

Non dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impu-dicos: quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. *de com-muni vita cleric.*

Audeo dicere ſuperbis continentibus, expedit cadere, vt in eo ...quo ſe extollunt, humilientur. Quid enim prodeſt, cui eſt ...continentia, ſi dominetur ſuperbia? *Ser. 57. ſuper Matth.*

Inter omnia certamina Chriſtianorum duriora ſunt prælia caſti-tatis, vbi quotidie continua pugna, & rarior victoria. Rara enim concor-dia formæ atque pudicitiæ. Rara auis in terris nigroque ſimillima ...*ſerm.*

Vbi neceſſitas imponitur caſtitati, auroritas datur libidini, itaque ...caſta eſt, quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede conduci-tur. ...

Pudicitia virtus animæ eſt, & comitem habet fortitudinem. *lib. de ...Dei.*

Pudicitia vi nec in carne, nec in animo violari poteſt. *Epi-...*

Quacunque virtute polleas, quibuſcunque operibus niteas, ſi ...caſtitatis careas, omnia per terram trahes. *Hieronym. in ...*

Quam de ipſa continentia mens elatione tangitur, plerumque ...potens Deus, ſuperbiam deſerens, hanc in immunditiam ope-rare permittit. Nulla enim eſt caſtitas carnis, quam non com-mendat humilitas mentis. *Greg. in mor.*

Qui de caſtimonia carnis ſuperbiunt, in immunditiam carnis ca-dere permittuntur. *ibid.*

Quidam in iuuentute luxurioſe viuentes, in ſenectute continen-tia delectantur, & tunc eligunt ſeruire caſtitati, quando libido ...eos habere contempſit. Nequaquam in ſenectute continen-tes ...andi ſunt: qui in iuuentute luxurioſe vixerunt, tales non ha-bent præmium, quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim ex-pectat gloria, in quibus fuerunt glorioſa certamina. *Iſid. l. 2. de ...bon. c. 31.*

...tina eſt ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobi-litas ignobilium, pulchritudo vilium, ſolamen mœrentium, aug-mentum omnis pulchritudinis, decus religionis, minoratio crimi-num, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amica. *Cypr. ...uſian. 2.*

...ctus vitiorum illecebris, difficilius quam incognitis caeemus: ...oris laboris eſt incognitam carnis cauere voluptatem, quam ...etiam cognitam. *Beda ſup. Eſd. l. 4.*

...ius miraculum eſt de carne propria fomitem eradicare luxu-riam, quam expellere immundos ſpiritus de corporibus alienis. *in ...uitab. patr.*

...ior eſt virtus ac ſublimior gratia internam libidinem carnis ...guere, quam nequitias dæmonum extrinſecus irruentes iugo ...ac virtutis altiſſimæ potentiæ ſubiugare. *ibid.*

Conſiderandum pueris eſt, vt caſti & pudici permaneant, & fre-quentius ad Eccleſias ſciant conuenire debere, quia frequentius ...mandi, quibus adhuc propter ætatem minus ſtabilem, pugna ...futura ſit grauior. Obſeruanda illis omnia cum timore, & ...omnes cauendum à fornicatione, quæ initium ad idololatriam ...et, & neceſſe eſt vt vtrunque nouerit, qui ſecutus eſt alterum. ...*ad Damaſ. Papam.*

Sed quoniam caſtus timor eſt Dei, & eſt caſtitas ſpecies continen-tiæ, de continentia & eius virtutibus nunc videtur tractandum. Eſt ...em continentia appetitus omnium rerum malarum refrænatio: ...rum addunt, dicens: definitionem iſtam communem eſſe in re-...bonis & malis. Nam qui ſe à bonis retinet, non bene continens, ...à malis recte. *idem.*

Dicam & ego nuptiatoribus meis, qui poſt caſtitatem & diutur-nam continentiam ſudant ad coitum, & pecudum more laſciuiunt, ...inſipientes eſtis, vt cum cœperitis ſpiritu, nunc carne conſumme-mini? Tanta paſſi eſtis ſine cauſa? Apoſtolus quod continentiæ, qui-...dam modos relaxat, & dimittit frena currentibus, propter infir-mitatem carnis hoc facit. Contra quam ſcribens denuo loquitur di-cens: Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſum carnem. *Idem ad Dam. Pap. ep. 5. c. 23.*

Hoc docuit dormitantibus libidini frena permittens & natura-...canus ardorem, qui in adoleſcentia plerunque ferueſcit, ſuis ...tatibus duplicans, immo extinguens coitu fœminarum, vt nihil ...quo diſtemus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ...equis, de quibus ſcriptum eſt: Equi inſanientes in fœminas facti ...mihi, vnuſquiſque in vxorem proximi ſui hinniebat. Hoc eſt quod per Dauid loquitur ſpiritus ſanctus:

Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. *Hier. contra Vigil. heret.*

Alia peccata extrinſeca ſunt, ſcilicet auaritia, & alia: ſola libido in-ſita eſt à Deo, ob liberorum procreationem: ſi fines ſuos egreſſa fue-rit, redundat in vitium, & quædam lege naturæ in coitum geſtit e-rumpere. Grandis igitur vittutis eſt & ſolicitæ diligentiæ ſuperare quod nata ſis, in carne non carnaliter viuere, tecum pugnare quo-tidie, & incluſum hoſtem Argi (vt fabulæ ferunt) centum oculis ob-ſeruari.

Quidquid ſeminarium voluptatis facit, venenum puta, parcus cibus & venter ſemper eſuriens triduanis ieiuniis præfertur. *idem ad Furiam epiſt. 24.*

Non eſt caſta, quæ metu cogitur: nec honeſta, quæ mercede con-ducitur, *Amb. lib. de Virgin.*

Vt munda mens in operatione ſeruetur, à laſciuia voluptatis de-primendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. *Greg. Mo-ralium 21. ſuper illud Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis.*

Nullus debet ad altaris miniſterium accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. *Gregorius Petro ſub-diacono Sicil. & hab. diſt. 31. Ante triennium §. Nullus.*

Oculi noſtri etſi iactantur in aliquam fœminam, in nullam figantur. Nec enim quando proceditis, fœminas videre prohibemi-ni. Sed appetere, & ab ipſis appeti velle, crimınoſum eſt. *Greg. in Regiſt.*

Sicut enim peccatum opus ſine voluntate non facit, ita & iuſtitia ex opere non conſummatur, niſi & voluntas affuerit. Multi enim corpore quidem caſtitati ſtudent, adulterium tamen voluntate committunt, cum Dominus dicat: Qui viderit mulierem ad concu-piſcendum eam, in corde ſuo iam mœchatus eſt eam: ergo voluntas ſine opere peccat frequenter, Illa eſt glorioſa continentia, non quam tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitati corporis, ſed quam com-plectitur voluntas ſancti propoſiti. *Ioan. Chryſ. ſup. Matth. & habe-tur 32. q. 5. Sicut enim.*

Caſtitas ſine comitibus ſuis, Ieiunio videlicet & Temperantia, ci-to labaſcit: quod ſi his quaſi adminiculis roborata fuerit, perfacile coronabitur, *Ioan. Chryſ ſup. Pſalm. hom. 50.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. lib. 3. Amor. vel de fine titulo.

*Si qua metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt,*
*Nec cuſtodiri, ni velit, vlla poteſt.*

Tibullus l. 2. Epiſt. 1.

*Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris,*
*Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.*
*Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.*

Sen. Herc. Fur.

MEG. *Grauent catenæ corpus, & longa fame*
*Mors protrahatur lenta, non vincet fidem*
*Vis vlla noſtram: maior Alcide tua.*

Plaut. Perſ.

PERSA. *Tua iſtæc poteſtas eſt, pater, veruntamen*
*Quanquam res noſtræ ſunt, pater, pauperculæ,*
*Modicæ, & modeſtæ, meliu' ſi tamen ita viuere.*
*Nam vbi ad paupertatem acceſſit infamia,*
*Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior.*

Sen. tragœdia 4.

*Feræ ipſæ quoque Veneris euitant nefas,*
*Generis leges inſcius ſeruat pudor.*

Virg. 3. Aeneid.

*Hac caſti maneant in relligione nepotes.*

Hor. 3. Carm. 24.

*Dos eſt magna, parentum*
*Virtus, & metuens alterius viri*
*Certo fœdere caſtitas.*

Iuuenal. Sat. 4.

*Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat,*
*Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.*

Ouid. l. 6. Faſt.

*Nullaque dicetur vittas temeraſſe ſacerdos.*
*Hoc duce, nec viua defodietur humo.*
*Sic inceſta perit: quia quam violauit, in illa*
*Conditur: & Tellus, Veſtaque numen idem eſt.*

## ¶ Philosophicae Sententiae.

Caſtitas amittitur, & rebus quatuor (dicebat quidam vir pius o-lim) ſcortatio excitatur, cibi & potionis expletione, ſermonis ſatieta-te, otio & luſu, inanique garrulitate, & veſtitus exornatione. *Anton. & Max. ſer. de Caſtitate & Temperant.*

Atque ſi conſiderare volumus, quæ ſit in natura hominis excel-lentia & dignitas, intelligimus, quam ſit turpe, diffluere luxuria, & delicate ac molliter viuere, quamque honeſtum, parce, continenter, ſeuere ac ſobrie. *Cic. lib. de Offic.*

Ad diuos adeunto caſte, pietatem adhibento, opes amouento: qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. *Idem lib. 2. de Legibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Caſte iubet lex adire ad Deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia, nec tollit caſtimoniam corporis, ſed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori præſtet, obſerueturque vt caſta corpora adhibeantur, multo eſſe in animis id ſeruandum magis. Nam inceſtum vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes, nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus vllis elui poteſt. *ibid.*

¶ Apophthegmata.

*Iſocrates* conſpiciens Sophoclem tragœdiarum ſcriptorem ſequi puerum quendam, forma illius captum: oportet, inquit, ô Sophocles, hominem non manus tantum apud ſe continere, verum & oculos. *Eraſ.* 8. *Apoph. ex Cic.*

*Antigonus* quum filius eius adoleſcens inſtitiſſet, vt hoſpitium nanciſceretur apud viduam treis habentem forma decente filias. Hoſpitiis deſignandis præfecto: Non expelles, inquit, filium meum ex loci anguſtia? Non prodidit adoleſcentis affectum, quem ſciebat captare quod amaret: ſed excuſauit ædium anguſtiam: in quibus vidua cum tribus filiabus ageret. *Plut in apopht.*

*Scipio* poſteaquam Carthaginem nouam, quæ erat Hiſpanorum, armis ceperat, milites quidam virginem eleganti forma captam adduxerunt eique tradiderunt. Hic ille, libenter acciperem, inquit, ſi priuatus eſſem, non imperator. Iuuenem inſignis puellæ forma non corrupit, quo minus meminiſſet quid decet Imperatorem. At multi ſunt hodie, qui hoc ipſum ſibi credunt tum licere, tum decora eſſe omnia quod ſint Imperatores. *Plut. in Rom. apopht.*

*Liuia* Cæſaris Auguſti vxor, cum nudos homines, qui ſibi facti erant obuiam, qui eam ob turpitudinem damnabantur, vidiſſet, dixit, eos matronis quidem honeſtis & continentibus nihil à ſtatuis differre. Cor enim hominis pudicum rerum impudicarum aſpectu nequaquam malis cogitationibus tangitur. *Dion in Tiberio.*

*Cum quidam* ſtolidus audiente Pythagora diceret, malle ſe cum mulieribus eſſe, quam cum Philoſophis conuerſari, Et ſues, inquit Pythagoras, libentius in cœno, quam in aqua verſantur. *Laert. Diog. de vita & moribus* Philoſ.

¶ Similitvdo.

*Diogenis*, quomodo quaſdam illecebras eſcarum aucupes proponunt, vt facilius aues capiant per oblectamentum gulæ: Sic eſt quædam caſtitas diaboli (id eſt) decipula humanæ animæ, vt per iſtiuſmodi caſtitatem & manſuetudinem, & iuſtitiam poſſit facilius capere, & falſis ſermonibus irretire, *Hom. 7. in Ezech.*

¶ Exempla Biblica.

Caſtitatis exempla: Abimelech, *Gen.* 26. 10. filij Iacob, *Geneſ.* 34. *v.* 7. 25. 26. 27. Ioſeph, 39. *v* 8. 9. 12. Iuda, qui etſi caſtus non eſſet, deteſtatus tamen eſt fornicationem Thamar, *Gen.* 38. 24. Moſes, *Num.* 31. *v.* 17. 18. Booz, *Ruth.* 3. *v.* 7. 8. Abimelech Sacerdos, 1. *Sam.* 21. 4. Iob, *Iob.* 31. 1. Sara Raguelis filia, *Tob.* 3. *v.* 16. 17. 18. Iudith, *Iudith.* 8. *v.* 4. 5. Suſanna, *Dan.* 13. 23. Ioſeph Mariæ Deiparæ vir, *Matth.* 1. 19. Deipara virgo Maria, *Luc.* 1. 34.

¶ Historica Exempla.

Aiunt *Melanionem* quendam odio mulierum in ſolitudinem demigraſſe: perque auia montium, cane, quo vno conuictore vtebatur, feras inſectari ſolitum: nec vnquam domum reuocari potuiſſe. Hinc prou. Melanione caſtior. *Eraſ.*

*Demoſthenes* excitatus ad Laidis Corinthię famam, cuius formam tunc Græcia mirabatur, acceſſit, vt & ipſe famoſo amore potiretur: qui vbi dimidium talentum vnius precium noctis audiuit, diſceſſit hoc dicto. *οὐκ ἀγοράζω τοσούτου μετανοῆσαι. pœnitere tanti non emo. Macrob. l. 2. c. 2.*

*Ictys Tarentinus athleta nobilis*, quum certo ſciret coporis vires eneruari libidine, toto vitæ tempore durauit expers Veneris, vt Palæſtricis ludis eſſet accommodatior. *Volater.*

*Asbylus Crotoniates athleta*, perpetua caſtitate præditus fuit, ob curſus ſtudium. *Plato de Repub.*

*Clitomachus athleta*, ſurgebat & abſcedebat, ſi quis ſermones iniecisset amatorios. P*lut. l. 7. Quæſt. con.* 7.

*D. Bernhardo* nocte quadam puella nuda iniecta eſt in lectum dormienti ad latus. Et quamuis impudica ipſum irritaret ſuis illecebris: tamen ſe continuit. Eodem modo cum iter faceret, & apud matronam quandam diuerteret, illa ter ad lectum eius venit. Sed ille ter clamitans: Latrones: ab ſe eam repulit, cumque poſtero die ſocij arguerunt, quod toties ea nocte latrones ſomniaſſet, eorumque ſomnum interturbaſſet, reſpondit: vere latro aderat. Nam hoſpita caſtitatem, irreparabilem theſaurum, mihi ablatura ter venit. *Autor vitæ l. 1. c. 3.*

*Euſebius Epiſcopus* & martyr, quam virginitatem ab ineunte ætate ſollicite cuſtodierat, Deo protegente nullius inſidiis amittere potuit. Mulier quædam forma illius capta, cum ad ipſum impudenter irrumpere vellet, cubiculum aditu aperto intrare non potuit: & culpæ conſcia, ac terrore ſimul perculſa: ante ianuam excito epiſcopo, crimen confitendo, veniam impetrauit, *Marullus l. 4. c. 7.*

*Columbam virginem* apud Senones paſſam, cum inter meretriculas vitiandam pertraxiſſent, vrſus ab iniuria tutatus eſt. *Marullus l. 4. c. 8.*

*Alexander* cum puella, excubia iam nocte, veniſſet [...] mitura, rogauit rex cur tam ſero veniſſet? Illa reſponde[...] ctaſſe, donec maritus cubitum iſſet: Alexander miniſtro[s] iurgauit, quod aditum dediſſent. Reducite, inquiens, [...] terij anſam mihi præbeatis. Egregium ſane caſtitatis [...] in iuuene, tum in rege. *Plut. in apopht.*

*Cyrus* abſtinebat à conſpectu Pantheæ: & Araſpo dic[...] rem eſſe inſigni forma digna regis oculis. Ob iſthuc ip[ſam] magis eſt illa abſtinendum. Etenim ſi nunc tuo obtemp[erans con]lio illam adiero, quum vacat, fortaſſis illa mihi perſua[...] ipſam frequenter eam, etiam cum non vacabit, eiq; aſſid[...] ctis ſeriis negotiis. Scite retorſit argumentum regiæ [...] mor. *Eraſ. l. 5. apopht.*

*Quum Philoxenus* claſſis præfectus Alexandro ſcrip[ſiſſet Taren]tinum quendam Theodorum eſſe apud ſe, pueros habe[ntem eximia] forma venales, ſi vellet emere: indigne tulit apud æqu[...] clamitans. Quid in me Philoxenus tam obſcænum anim[...] mihi tantum probri conciliaret. *Plut. in Alex.*

*Antiochus tertius* quum Dianæ ſacerdotem vidiſſe[t ...] dum eleganti forma, continuo ſoluit Epheſo: veritus, ne [...] aliquid ipſum facere compelleret, quod fas non eſſe[t ...] *apopht.* Immane quantum abſunt ab huius Ethnici [...] gione Chriſtiani milites; qui Deo dicatas virgines con[...] ludo ducunt.

¶ Hieroglyphica.

*Palumbes* caſtitatis hieroglyphicum eſt. *Palumbes* [...] mi coitus ſunt: ideoq; quod parcant lumbis, Albertus [...] pellatos. *Pier. Val. l. 22.*

Incorruptam virginitatem & caſtum animi propo[...] *apem* ſignificari id argumento eſt: quod ipſæ homines [...] dos acriter oderunt: vt Plutarchus in præceptis conn[ubialibus]. *Idem l. 26.*

Quod nonnulli aiunt *Salicem* caſtitatis indicium eſſe [...] ea nihil Aegyptij: non incongrue tamen confictum eſt [...] pter vinculi ſignificatum: quod eius materia ſit plurim[...] culis, atque ideo coercitionis indicium ſit; & caſtitas [...] *na*, modo *campeſtri*, modo alio atque alio vinculo co[...] cipitur. Siue ſumptum *ab ... merina ſalice* quæ lectis [...] impoſita, caſtitatem inducit. Siue ab eo, quod pleriqu[e ...] dunt, folia huius arboris contrita & pota intemperan[...] efficaciter frænare; ſæpius vero ſumpta, vſum in totum [...] *Pier. Val. l. 52.*

¶ Scriptores.

De caſtitate *Vincentius Beluacenſis* 1. 3. 95. *Sabellicus* [...] *animæ Tit.* 34. *Bernardinus Scardoneus, Manipul. Flor.* [...] *Magnus in Sophilogio* 2. 4. 24. De caſtitate Lucretiæ de[...] *luty Naris Florent.* Apollonij caſtitas, *Cælius l. 14. c. 6.* De [...] moio iuuene, ſed caſto. *idem Cælius l. 14. cap. 15.* De pudic[...] *Gell. l. 15. cap.* 12. Chiorum caſtitas eximia, *Cælius l. 13. c.* [...] eſt, vt qui caſtimoniam colunt leguminibus abſtineant [...] *problem. Rom.* 95. In laudem pudicitiæ & caſtitatis, *Ioan. La*[...] *tio. Vide etiam Plinium lib. 7. c. 35. Ariſt. lib. 7. Ethicorum.*

---

# Caſus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL[OGIA.]

Casvs, quando ſignificat calamitatem, ſeu in[fortunium] Græcè *περίστασις, εως, ἡ, & συμφορά ᾶς, ἡ,* dicitur. [...] caſus cauſa per accidens eorum, quæ fiunt propter [...] in minori parte. Et ſic capitur generaliter. Caſus [...] cialiter, eſt cauſa per accidens eorum, quæ non fiunt [...] propoſitum, ſecundum finem in minori parte *ſecundum* [...] *lib. 2. Phyſic.*

Caſus & fortuna ſic differunt, quia fortuna eſt cauſa [...] dens ſecundum propoſitum extra ſemper & frequenter [...] quæ propter hæc ſunt. Quare infans, inanimatum, [...] hil faciunt à fortuna, Caſus autem in plus ſe habet, [...] tuna.

Caſus ab Hebræis varie deſignatur. 1. *Mappeleth*, [...] *phal*, cecidit, lapſus eſt, corruit. 2. *Kert*, accidens, [...] *Accident, cas d'auanture.* à verbo Karah, euenit, accidit [...] fortunium, *auanture.*

¶ Sententiae Poeticae.

Terent. in Hecyra.

*Sæpe forte temere*

*Eueniant quæ non auſis ſperare.*

Ouid. de art.

*Caſus vbique valet ſemper tibi pendeat hamus:*
*Quo minime credis gurgite piſcis erit.*

Sen. in Troad.

*Æquore caſum tulit & procellas,*
*Mille qui ponto pariter carinas*
*Obrui videt.*

Ouid. de Art. lib. 2.

*Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri,*
*Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.*

Caſus & natura in bonis dominantur. *Seru. Sulp. libro 4. epiſt.*

Caſu fiunt, id eſt per putrefactionem, quorum materia à ſe ipſa moueri poteſt, at quorum non poteſt moueri à ſeipſa, impoſſibile ... aliter quam ex ipſis. *Ariſt. 7. Metaph. c. 10. tex. 40.*

Caſus dicitur illud, quod fit ex rebus, quæ ſunt propter aliquid, ... ex his fit aliud per accidens. *idem 1. Phyſic. ſup. 3. cap. 2.*

Caſus & fortuna cauſæ ſunt ſecundum accidens in iis quæ poſ... non ſimiliter nec frequenter, & horum quæcunque fiunt ..., quæ propter aliquid ſunt: differunt vero: quia caſu quæ ... ſimplicius fiunt, quam quæ fiunt à fortuna, quia quod fortu... caſu, & quod caſu eſt, non eſt à fortuna. *idem 2. Phyſ. ſup. 3. c. 2.* ... Caſus in animalibus accidit, ac inanimatis multis. *idem 2. ... ſup. 3. text. 60.*

Caſu fiunt quæ ſimpliciter propter aliquid fiunt, cum eius quod ... gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa à fortuna quæcunque cauſ... ... in habentibus electionem. *idem 2. Phyſ. ſup. 3. c.* ... Caſu omnia eſſe abſurdum eſt: & figmento ſimile, & non ... quæ ſunt natura id quod fit, vt accidit: neque id quod vbi... omnibus eſt fit à fortuna. *idem 2. de cælo ſup. 3. c. 2. text. 45.* ... ſingulos generali ſermone comprehendere facile non eſt. ... *3. c. 7.*

... aliquando ſolet & in iis, quæ à formis fiunt prædicari, ſed ... naturalibus. *Alex. Aphrod. in 2. de anim. 57.* Caſus eſt, quod ... fruſtra fit. *Alex. & Euſt. in 2. poſt.* Caſus non per ſimilitudi... tranſlationem, ſed peculiariter ad inanimata pertinet, & ad ... quæ ratione carent. *Thom. 2. phyſ. text. 60.* Caſus ab eo ... temere differt, ſicut finis à cauſa efficiente. *idem ibid. text.* ... fiunt, quæ ſine aliqua præelectione fiunt, vt concuſſà terra ... fontes. *Amm. in l. inter. q. 79.*

... & fortuna quod fit, non oportet intrinſecam, & apertam ... conſiſtentem ſequi, ſed externam & manifeſtam. *Simp. in 2. ... tex. 65.* Caſus conſideratur in iis, quæ fiunt à natura præ... intentionem. *Io. Gram. in poſt. c. 11.* Caſus eſſe non poteſt in re... quæ fiunt ab intelligentia, id eſt non artificialibus, & eligibili... ſed in ſolis naturalibus *idem ibidem.* Caſus eſt eorum quæ fiunt ... gratia: in his quæ natura, & raro eueniunt cauſa per acci... *idem in 2. phyſ.*

... quæ fiunt non habent ordinem, nec ſunt intenta à natura. *... in 12. metaph. tex. co. 13.*

Caſus conſideratio non eſt propria philoſophiæ naturalis, *idem in ... tex. 46.*

... non eſt in contingenti. *idem ibid. tex. 48.* Caſu quod no... eſt exiſtere, non eſt notum exiſtere per intentionem. *idem ibid. ... 79.* Caſu quod fit ſemper eſt oppoſitum ei quod natura *idem ... tex. 45.* Caſus non inuenitur niſi in poſſibilibus: *idem 2. de ... tex. 44.* Caſus non eſt in cœlo, cum non ſit illic materia. *idem ... tex. 45.*

Caſus eſt aliquid de mundo, ſed eſt permixtum ordini, & neceſſi... *Alb. Mag. in pri. de cælo tract. 1. c. 2.*

Caſu quæ ſunt habent cauſam intrinſecam, vt eorum quæ ſunt à ...: eorum autem quæ ſunt à fortuna, cauſa eſt extrinſeca, vt eo... quæ ſunt à propoſito. *D. Thom. in 2. phyſ. l. 10. text. 66.*

Caſus eſt natura agens præter intentionem, & non aſſimilantur ... agentibus quæ à caſu ſunt. *idem 1. Metaph. l. 3. tex. 13.*

¶ Apophthegmata.

..., quum in amicorum agris haberet exercitum, nihilomi... tamen & vallum iaceret, & foſſam foderet accurate, cuidam di... Quid metuimus? Reſpondit peſſimam eſſe ducis vocem, haud ... putaram. Significans in tranquilliſſimis rebus interdum ... periculum, quod nullus expectaſſet. Itaque aduerſus inopi... caſus ſuis copiis proſpexit, ne ſi quid accidiſſet, dicere cogere... putaram. *Plut.*

*... quodam* milite vulnus ſuum oſtendente, & me, inquit, ...theus, puduit, quod quum in Samo dux veſter eſſem, cata... telum prope me ceciderat. Significans, hoc vulnus non illi ... factum in prælio cominus pugnanti, ſed procul. At bono ... adeo cauendum, vt ne prope quidem iaculum poſſit accedere.

¶ Similitudines.

*Plutarchi.* Vt pictor ille ſpumam equi, quam arte nequibat ex... primere, impacta in os equi ſpongia variis imbuta coloribus, caſu expreſſit: Sic quædam caſus confecit, quæ prouidentia, curaque no... non poſſunt effici. *In Moral.*

*Chryſoſtomi,* ſicut nihil ... ſine radice naſci: Sic nihil pote... fi-ri ſine cauſa. *In c. 7. Matth. ... om. 19.*

*Eraſmi Roterodami* ... æra Corinthia caſus fecit, & pictoribus illis equi & canis ſpumam, quam ars aſſequi non potuit, caſu ... preſ-ſit: Ita multa fort... obtingunt, quæ nullo conſilio poteris efficere. *In Sim.*

---

# Cauſa.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CAVSA Græcè *αἰτία, ας, ἡ*, dicitur. Varie à Theologis, Medicis, Iuriſconſultis, Philologis hæc vox conſideratur. Et eſt aliquid, à quo aliquid dependet, vel dependebat, in eſſe, fieri vel conſeruari ſimpliciter, vel in eſſe tali, vel tanto commiſſiue, ſiue priuatiue, mediate, vel immediate, poſitiue, vel aliquid amatum, vel deſideratum, propter quod amatum vel deſiderium agens aliquid producit, *ſecundum. Ariſt. lib. 2. Phyſ.*

Cauſa eſt id, ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Vnde quatuor genera cauſarum ſcribit Ariſtot. Materialem, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficientem, à qua aliquid fit: & finalem, cuius gratia aliquid fit.

Cauſa dicitur a *καῦσις*, , ἡ, quod ardorem ſiue incendium ſignificat, quoniam cauſa accendimur ad aliquid agendum: vel a Chao, quia confuſa illa materia prima omnium rerum cauſa fuerit: vel à caſu, quoniam origines rerum caſu veniant.

Cauſa cauſarum, eſt ipſe rerum omnium opifex.

¶ DIVISIO.

Cauſa à ratione ita differt, quod cauſa eſt ipſe impulſus ad aliquid agendum. Ratio vero eſt ordo gerendorum ex cauſa venientium.

Cauſa eſt quadruplex, ſcilicet materialis, formalis, efficiens, & finalis.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. lib. 1. Met.

*Quippe vbi temperiem ſumſere humor quo calorque,*
*Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.*
*Cumque ſit ignis aquæ pugnax vapor humidus omnes*
*Res creat: & diſcors concordia fœtibus apta eſt.*

Virg. in Ætna.

*Sed fruſtra certis diſponere ſingula cauſis*
*Tentamus.*

Boetius Metro 2. l. 5.

*Puro clarum lumine Phœbum.*
*Melliflui canit oris Homerus:*
*Qui tamen intima viſcera terræ*
*Non valet aut pelagi, radiorum*
*Infirma perrumpere luce.*

Verg. 2. Georgicōn.

*Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*

Verg. in Aetna,

*Nam quæ mortali ſpes eſt, quæ amentia maior*
*In Iouis errantem regno perquirere velle?*

Ouid. l. 3. Faſto.

*Emiſi laqueis quid agant, quæ carmina dicant,*
*Quæque trahant ſuperis ſedibus arte Iouem?*
*Scire nefas homini eſt, nobis conceſſa canentur.*

Verg. in Aetna.

*Sed prior hæc hominum cura eſt cognoſcere terram,*
*Et quæ nunc miranda tulit natura notare:*
*Hæc nobis magna affinis cæleſtibus aſtris.*

Ibidem.

*Tantum opus ante pedes tranſire & perdere ſegnes*
*Torquemur miſeri in paruis.*

Ibidem.

*Leues cruciant animos & corpora cauſas.*

Propert. 4. 6.

*Frangit & attollit vires in milite cauſa:*
*Quid niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.*

Ouid. 1. Remed.

*Diſcite ſanari, per quem didiciſtis amare:*
*Vna manus vobis vulnus opemque feret.*
*Terra ſalutiferas herbas eademque nocentes*
*Nutrit: & vrticæ proxima ſæpe roſa eſt.*
*Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti*
*Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.*

Idem 4. Pont. 4.

*Nulla dies adeo eſt Auſtralibus humida nimbis,*
*Non intermiſſis vt fluat imber aquis:*
*Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo*
*Miſta fere duris vtilis herba rubis.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Cauſæ omnes principia ſunt. *Ariſt. lib. 5. Metaphyſ. c. 10. 1. text. 1.*

Cauſæ aliæ ſunt in eſſendo & cognoſcendo ſimul: aliæ in cognoſcendo tantum. *Thom. de Vi. in poſt.*

Cauſa tria ſignificat: primo rem illam cuius eſt cauſa: ſecundo modum, quo rem illam cauſat: tertio rationem ad cauſatum. *idem ibidem.*

Cauſa diuinior eſt ea quæ magis comprehenſibilis eſt, & magis ſe extendit. *Simpl. 2. in Metaph.*

Cauſæ infinitæ non poſſunt reduci ad principium æternum. *Auerr. de gen. anim. 2. c. 3.*

Cauſa eſt medium per quod ſcimus, quod vere ſcimus. *Albert. Mag. in Metaph.*

Cauſa quanto ſuperior eſt: tanto vniuerſalior eſt. *Alex. de Alex. in prim. Metaph.*

Cauſa illa putanda eſt prima, vnde motus principium. *Ariſtot. Meteor. 1. c. 3. T. 1.*

# Celeritas.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates* qui fructus præcoces magno emerent, eos aiebat deſperare, quod ad tempus maturitatis eſſent peruenturæ. Alioqui ſtultum eſt, & pluris & deterius emere, quum paulo poſt liceat & minoris, & melioris. Ita nuſquam non reuocabat hominum cupiditates rationis expertes, ad ſobrium iudicium. *Eraſmus lib. 3. apoph.*

*Apelles* pictori imperito de celeritate glorianti, & oſtenſa tabula dicenti, Hanc modo pinxi. Etiam ſi tacuiſſes, inquit Apelles, res ipſa loquitur, quod eam ex tempore ſubito pinxeris. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Agatharchus* ſeſe iactabat de pingendi celeritate, quum Zeuxis diutius immoraretur operi. At Zeuxis reſpondit, ea quæ cito fiunt, cito perire: contra, quæ paulatim exacta cura abſoluerentur, ætatem ferre. Iuxta Valerium ita reſpondit: Diu pingo, quia pingo ęternitati. Cito nata, cito pereunt: diu elaborata, ferunt ætatem. Beta cito naſcitur, buxus paulatim. *Eraſm. libro 6. apoph.*

*Auguſtus* Cæſar dicere ſolebat, nihil minus in perfectum ducem conuenire, quam feſtinationem ac temeritatem, crebroque illud iactabat. σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γὰρ ἐσ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηγός. Suetonius. *Vide præterea prouerbium apud Eraſm. Feſtina lente.*

*Iulius Cæſar*, ea facinora quæ periculo obnoxia ſunt: & magna, gerenda eſſe dicebat: at de his non conſultandum, eo quod ad hæc perficienda plurimum habeat momenti celeritas, *Plut. in apoph.*

*Idem*, quum Pharnacem primo congreſſu viciſſet, amicis ſcripſit, Veni, vidi, vici: ſummam rei bene geſtæ celeritatem indicans. *Plut. in apoph.*

*Reliqua vide in tit. Velocitas.*

# Cerebrum.

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

CEREBRUM partium omnium corporis frigidiſſimum eſt. *lib. 2. de partib. c. 8.* Hebr. *Muach*, Medulla in oſſibus, à verbo *Moach*, Medulla plenus fuit, ſcatuit Medulla: quod proprium eſt cerebri. Græc. ἐγκέφαλος. Medulla Capitis. Hic habet ſenſus arcem, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. *Cicero 1. Tuſcul.*

Omnium maxime humorum corporis, ſanguine caret cerebrum: quippe quod nihil ſanguinis habeat, ſqualoreque obſitum ſit, atque horridum. *ibidem.*

Aduerſus cordis ſedem & calorem cerebrum natura molita eſt. *ibidem.*

Nec ſenſus vllius cauſam cerebrum obtinet, quod quidem expers omnino ſenſus non aliter, quam quoduis excrementum eſt. *lib. 2. de par. c 10. & lib. 10. de hiſt. c. 10.*

Frigidum eſt cerebrum natura ſua: iſque ſanguis qui in ipſo continetur, in minutis venis ineſt: tenuis ille quidem & purus, ſed frigoris incommodis opportunus. *lib. de Senſu c. 5.*

Cerebrum humidiſſimum & maximum omnium animalium homines habent: cuius rei cauſa eſt, quod calorem etiam cordis puriſſimum obtinent. *l. 2. de Gener. animal. c. 4. & l. 2. de part. c. 14.*

Cerebrum omnibus priuatum ſanguine eſt, nec venam intra ſe vllam continet. *lib. 1. de hiſt. c. 16.*

Cerebrum capitis priorem obtinet ſitum, non modo in homine, verum in cæteris animalibus, quibus ea pars data eſt. *ibid.*

Cerebrum inter humani corporis partes principem loc[...] nere nemini dubium eſſe debet, vt ſitus oſtendit, quod [...] tiſſima corporis parte Deus opifex collocauit, quaſi in [...] arce, vt minus eſſet iniuriis obnoxium. *Reald. Columb. de re [...] lib. 8. c. 1.*

Cerebri vſus mirificus eſt, quod ſcilicet tum ſenſus, [...] principium exiſtit: abſque vſu enim cerebri homo eſſet [...] cuiuſdam motus ſenſuſque expers. Præterea ſedes eſt anim[...] præditæ. A cerebro viſus, auditus, guſtus, odoratus & loc[...] ciſcuntur. His enim actionibus quantum cerebrum vtil[...] rat, vel idiotæ ipſi norunt, *idem ibidem.*

# Ceremonia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[...]

CEREMONIAE ſunt opera exteriora ad cultum Dei p[...] tia. *B. Thom. 1. Secunda. q. 99. art. 3.*

Ceremoniæ dicuntur apud Latinos generaliter om[...] ſacrificiorum: à Cerere oppido dictæ, vt placet *Valerio Ma[...]* à charitate.

¶ LOCI BIBLICI.

CEREMONIAE: citra Dei timorem obſeruatæ reiiciun[...] *Verſ. 8. 9. & 51. 18. Eſaiæ 1. 11. & 66. 3. Amos 5. verſ. 21. 28. Mich[...] cul. 6. 7.* Ceremoniæ ſeu ritus certi in orando obſeruati [...] 22. 54. & 17. 21. & 18. 42. 2. *Paralip. 5. Verſicul. 12. 13. Matth. [...]* 39. *Marc. 14. 35. Luc. 22. 41. 1, Corinthior. 11. 4. 5. 6, 1. Tim. 2. 8.* C[...] niæ vmbris ſimiles. *Coloſſ. 2. 17. Hebr. 1. 1. & 8. 5. & 10. 1.* Vmb[...] intellige dici legales ceremonias, non vt res vacuas & inanes [...] eſt corporum vmbra (erant enim vera & pro ratione ac mod[...] mentorum efficacia σημεῖα, id eſt, ſigna, ac etiam σφραγῖδες [...] ſigilla in recto ipſorum vſu ſpirituali per fidem in Chriſtu[...] rum) ſed cum ipſo Chriſto exhibito comparatas, qui dicitu[...] vmbrarum corpus, *Coloſſ. 2. Verſic. 12.* quod illum, velut [...] pus, à quo efformatur, ſacramentaliter adumbrarent. Cere[...] legales vocantur Mortis chirographum, *Coloſ. 2. v. 14.* eo q[...] tanquam chirographo quodam ipſi noſtra manu reatum [...] aduerſum nos obſignamus. Ritus enim ceremoniales, qu[...] rant non Euangelij Sacramenta, ſed legis nos arguentis, [...] quid aliud erant, quam publica miſeræ hominum condi[...] feſſio, & ſolennis quædam obligatio? Circumciſio quidem [...] pata natiuam pollutionem: Ablutiones peccatorum ſord[...] mæ denique, capitalem reatum publice teſtabantur. Lex c[...] lis vocatur ab Apoſtolo pædagogus, *Gal. 3. 24.* non quaten[...] nitur ea Chriſto, vt Chirographum mortis, ſed quatenus C[...] expectatum adumbrabat. Ceremoniæ per Chriſtum abolitæ [...] *V. 1. 2. Epheſ. 2. 15. Coloſſ. 2. 14. Heb. 8. 13.*

¶ SIMILITVDINES.

*Nazianzeni*, Quamobrem pædagogorum medicorum [...] re, ex patria religione, dum aliud abrogat, aliud vero conc[...] nihil priſtini ritus, quod voluptati ſit, ipſis permittit: non al[...] medici ægrotantibus facere ſolent, huc ſpectantes, vt medic[...] qui acerba, dulcore aliquo ad artis præſcriptum temperat[...] ribus animis recipiatur. *Lib. 5. de Theolog.*

*Thriueri*, vt condimentum non eſt neceſſarium, ſed [...] cibi comparatum, nec citra hunc confert quicquam, [...] magis: Ita neque ceremoniæ pleræque quicquam per ſe [...] cunt, ſed ab ipſis legitimis vim ſuam & alacritatem acc[...] *apoph. fol. 44.*

*Vt in gratiam* faſtidientium comparata condimenta: Si[...] uocandos ſegnes quædam ceremoniæ. *In apoph.*

*Non ſunt abolenda* tantum quæ in ſe continent mala ſ[...] & quę ſpeciem mali exhibent. Ita & alibi ritus quidam [...] licet negligenter obeuntur, tamen homines ſua vmbra ad [...] ac meliora inuitant. *In apoph. 66.*

*Vulgus inania* tormenta vocat, quæ ſonum quidem [...] nullam vim exigunt: tales mihi videntur qui multis [...] niis ſe oſtentant, ſed diuitias & honores captant, aut qu[...] copia verborum tonant, ſed copia verorum laborant. [...] *phtheg. 90.*

# Charitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL[...]

CHARITAS Græcè ἀγάπη, ης, ἡ, & ἀγαπητύς, [...] ſeu dilectus dicitur. Et eſt rectiſſima animi affectio [...]

…Deus propter ſe, & proximus propter Deum. *Secund. Aug.* … *diſt.22.*

…eſt actio rectitudinis oculos ſemper habens in Deum. … *Aug. de doctr. Chriſt.*

… eſt mutuus amor hominis ad Deum vel amicitia quæ… hominis ad Deum: & econtra: fundata ſuper communicatio… beatitudinis. Cuius obiectum eſt Deus propter ſe dilectus, & … propter Deum. *Secundum B. Thom. ſecunda Secundæ, q. … art. 1.*

… dicitur à χάρις, τος, ἡ, quod eſt gratia. Differt autem ita … quod amor genus eſt, charitas ſpecies. Amor ad omnia … charitas tantum ad homines, & quidem pro dignitate & … perſonarum. Maior enim charitas debetur parentibus, … liberis, & deinceps reliquis.

… præterea eſt, quod vili contrarium eſt. Vnde charitas pro … accipitur. Quidam tamen ſic caritatem à penuria ſeparant, vt caritas ſit annonæ: penuria autem cæterarum rerum, vt vini, mellis, olei, pomorum & huiusmodi. Et eo modo, quo caritas venit à careo, id eſt, non habeo, ſine aſpiratione ſcribitur: econtra charitas, quę à χάρις deducitur, cum aſpiratione ſcribenda videtur.

Charitatis præcepta duo ſunt, ſcilicet amor Dei, & amor proximi. 8. q. 1. *In ſcripturis ante finem.*

Charitas perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt. *De pæn. d. 1. c. 2. Charitas. gl. in Cle. ad noſtrum. de hær.*

Charitas bene ordinata incipit à ſeipſa *cano. qui vult ordinate. de pæn. diſt. 3.*

Charitas finis eſt præcepti. *Aug. lib. 7. Confeſſ.*

Charitas optimum amoris genus. *Chryſoſt. ſerm. de char.*

Charitas via Dei ad homines eſt, & via hominis ad Deum. *Aug. de Spirit. & lit.*

Charitas eſt radix, fructus ſunt opera. *idem ſup. Pſal. 41.*

Charitas latum mandatum eſt. *idem ſup. Pſal. 118.*

## ¶ Divisio.

- *Materia*
  - *Circa quam, id eſt, Obiectum*
    - *Formale, Bonitas diuina.*
    - *Materiale, Omne diligibile propter Deum particeps beatitudinis, actu vel potentia.*
  - *In qua, id eſt ſubiectum eſt Voluntas quæ habitu charitatis perficitur.*
- *Cauſa efficiens*
  - *Diſpoſitiua.*
    - *Actus humani procedentes ex corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, vt ait Apoſt. 1. ad Timotheum 1.*
    - *Spes & timor malorum.*
    - *Memoria beneficiorum & præmiorum.*
  - *Perfectiua.* *Ipſe Deus.*
- *Actus*
  - *Interior*
    - *Principalis eſt dilectio, qua continetur beneuolentia.*
      - *Dei propter ſe.*
      - *Proximi propter Deum.*
      - *Oppoſitum*: *Odium Dei.* *Odium proximi.*
    - *Secundarius & conſequens dilectionem eſt*
      - *Gaudium*
        - *De bono diuino,*
        - *De bono proximo*
        - *Oppoſitum*: *Acedia.* *Inuidia.*
      - *Pax & concordia.*
        - *In corde.*
        - *In ore.*
        - *In opere.*
        - *Oppoſitum*: *Diſcordia.* *Contentio.* *Schiſma.* *Bellum.* *Rixa.* *Seditio.*
      - *Miſericordia. Oppoſ. Inhumanitas, vel obduratio contra miſericordiam.*
  - *Exterior*
    - *Beneficentia.*
    - *Eleemoſyna.*
    - *Correctio fraterna.*
    - *Oppoſitum*: *Generaliter omnis iniuſta proximi læſio.* *Specialiter ſcandalum.* *Horum omiſſio.*
- *Correſpondentia*
  - *In donis eſt ſapientia. Oppoſitum Stultitia.*
  - *In beatitudinibus beatitudo ſeptima: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

*Ex B. Thoma ſecunda Secundæ.*

## ♭ Sententiae Biblicae.

…erſa delicta operit charitas. *Prou. 10.*

…deſpicit proximum, peccat. 14. *diſt.*

…dinauit in me charitatem. *Cant. 2.*

…is eſt, vt mors, dilectio: dura ſicut infernus æmulatio. 8.

…æ multæ non poterunt extinguere charitatem: nec flumina …illam *ibidem.*

…empore tribulationis permane fidelis, vt in hæreditate illius … *Eccleſ. 22.*

…auertas faciem tuam à proximo tuo, *Eccleſ. 41.*

…his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. …

…uoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. …

…ene magiſter cum veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & … alius præter eum, vt diligatur Deus ex toto corde. *Marc.*

…ligere proximum tanquam ſe, maius eſt omnibus holocauſto… & ſacrificiis. *ibidem.*

…orem charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat … pro amicis ſuis. *Ioh. 15.*

…ui manet in me (per charitatem) & ego in eo, hic fert fructum … quia ſine me nihil poteſtis facere. *ibidem.*

…aritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſan… qui datus eſt nobis. *Rom. 5.*

…aritate fraternitatis inuicem diligentes. *Rom. 12.*

…eceſſitatibus ſanctorum communicantes, per charitatem ſerui…entem. *ibidem.*

…haritas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perpe… non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non …ur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate: congau… autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia …net. 1. *Cor. 13.*

…i linguis hominum loquar & Angelorum: charitatem autem … habeam, factus ſum velut æs ſonans. Et ſi habuero omnem … ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, … ſum: & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, nihil mihi prodeſt. *ibidem.*

Etſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. *ibidem.*

Charitas nunquam excidit. *ibidem.*

Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. *ibidem.*

Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia. 14.

Omnia opera veſtra in charitate fiant. 16.

Fructus ſpiritus eſt charitas. *Galat. 5.*

Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. 6.

Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiusmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *ibidem.*

Suſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. 1. *Theſſ. 5.*

In charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & ſublimitas, & profundum, &c. *Epheſ. 3.*

In charitate creſcamus, in illo per omnia. 4.

Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. 5.

Oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet. *Phil. 1.*

Super omnia autem charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. *Coloſſ. 3.*

Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. *Tim. 1.*

Conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum. *Hebr. 10.*

Charitas fraternitatis, maneat in vobis. 13.

Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. 1. *Petri 4.*

Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Ioh. 4.*

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit: & nos debemus pro fratribus animam ponere *ibidem.*

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. *ibidem.*

Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit

timorem

POLYANTHEA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

timorem, quoniam timor pœnam habet. *ibidem.*

Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. 5.

Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mandata eius. 1. *Iohan.* 5.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, vt locuples fias. *Apoc.* 3.

## ¶ Loci Biblici.

Charitas erga proximum præcipitur. *Exod.* 23.4. *Leuit.* 19. 18. *Deut.* 22. 1. *Prou.* 15. 17. & 24. 11. & 31. 8. *Eſai.* 1. 17. & 58. 6. *Matth.* 5. 42. & 19. 19. & 22. 39. *Marc.* 12. 31. *Luc.* 11. 24. *Ioan* 13. 34. & 15. *v.* 12. 17. *Rom.* 12. *v.* 9. 10. & 13. 8. 1. *Cor.* 13. 1. & 14. 1. & 16. 14. & 2. *Corinth.* 2. 8. & 6. 6. *Gal.* 5. *v.* 6. 13. 14. 22. & 5. 2. *Epheſ.* 3. 17. & 4. *v.* 2. 15. 32. & 5. 2. *Phil.* 1. 9. & 2. 2. *Col.* 2. 2. & 3. *v.* 13. 14. 1. *Theſ.* 3. *v.* 12. & 4. 9. & 5. 8. 1. *Tim.* 1. 5. & 2. 15. & 4. 12. & 6. 11. 2. *Tim.* 1. 13. & 2. 22. & 3. 10. *Tit* 2. 2. *Hebr.* 10. 24. & 13. 1. *Iac.* 1. *Verſ.* 27. 1. *Pet.* 1. 22. & 2. 17. & 3. 8. & 4. 8. & 5. 14. 2. *Pet.* 1. 7. 1. *Ioan.* 2. 10. & 3. *verſ.* 11. 14. 16. 18. 23. & 4. *ver.* 7. 11. 21. 2. *Ioan. ver.* 5. *Iudæ* 21. Etiam inimici diligendi, *Exod.* 23. 4. 1. *Sam.* 24. *v.* 5. 7. & 26. 5. & 30. 11. 2. *Sam.* 19. 19. 2. *Reg.* 6. 21. *Iob* 31. 29. *Prou.* 25. 21. *Matth.* 5. 44. *Luc.* 6. *v.* 27. 35. & 23. 34. *Act.* 7. 60. *Rom.* 12. 20. Charitas vera quæ, *Rom.* 12. 9. 1. *Tim* 1. 5. 1. *Pet.* 1. 22. 1. *Ioan.* 3. 18. & 5. *ver.* 1. 2. Charitas in mundo rara. *Matth.* 24. 12. Charitas ædificat, 1. *Cor.* 8. 1. donum Dei eſt, *Eph.* 1. *verſ.* 15. 19. & 6. 23. *Phil* 1. 9. *Coloſſ.* 1. *verſicul.* 3. 4. 1. *Theſſ.* 1. *verſicul.* 2. 3. & 3. 12. 2. *Theſſ.* 1. *Tim.* 1. 7. 1. *Ioan* 4. 7. Charitas fide & ſpe maior, 1. *Cor.* 13. 13. Charitas ſuſpicax non eſt. 1. *Cor.* 13. 7. peccata tegit, *Prou.* 10. 12. 1. *Pet.* 4. 8. Charitas perfecta timorem pellit, 1. *Ioan* 4. 18. Teſtimonium eſt electionis, *Rom.* 8. 14. 2. *Pet.* 1. 10. *Hebr.* 6. 11. Vinculum perfectionis. *Coloſ.* 3. 14. hoc eſt vinculum, quo omnia hominnm inter ſe officia continentur, & cohærent. Charitas fidelium qualis, 1. *Cor.* 13. 4. Charitas in ſenibus, *Tit* 2. 2. Charitas dicitur Deus, 1. *Io* 4. 8. hoc eſt, ſummopere, atque adeo infinite nos in Chriſto amare, ſed illud multo ἐμφατικώτερον eſt. Charitas Chriſti, *Epheſ.* 3. 19. id eſt, quam exhibuit nobis Deus in Chriſto, *Ioan.* 3. 16. *Rom.* 5. 6. vel qua Chriſtus ipſe Filius Dei nos complexus eſt, *Ioan.* 15. 13. nos Charitas Chriſti, 2. *Cor.* 5. 14. hoc eſt, amor ille, quo Chriſtus proſecutus eſt: vel quo nos viciſſim redamamus illum. Charitas Dei paſſiue, *Roman.* 5. 5. qua diligimur, eſt fundamentum noſtræ electionis, *Epheſ.* 3. 18. ad quod vbique nos reuocat Apoſtolus, *vt Epheſ.* 1. 4. & alibi paſſim. Charitas Dei actiue, 1. *Ioan.* 2. *Verſicul.* 5. 15. qua Deum diligimus. Charitas Spiritus *Rom* 15. 30. dicitur mutua illa coniunctio, qua Spiritus ſanctus animos deuinxit: quæ *Philip.* 2. 1. dicitur communio Spiritus: vnde Chriſtiana illa συμπάθεια, charitatis Chriſtianæ effectrix, cum vno Spiritu omnia membra reguntur.

Charitatis fructus, 1. *Pet.* 4. 8. 1. *Ioan.* 2. 10. & 3. 14. & 4. 12. gradus, *Rom.* 12. *Verſicul.* 9. 10. *Galat.* 6. 1. *Epheſ.* 1. 15. & 6. 18. *Col.* 1. 4. *Philem. verſicul.* 5. *Hebr.* 6. 10. 1. *Petr.* 1. 22. & 2. 17. 1. *Iohan.* 5. 1. lorica, 1. *Theſſ.* 5. 8.

## ¶ Sententiae Patrvm.

In charitate pauper eſt diues, ſine charitate omnis diues eſt pauper. Hæc in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis eſt, in bonis operibus hilaris eſt, in temporalibus ditiſſima: in hoſpitalitate latiſſima, inter bonos fratres lætiſſima, inter falſos ſapientiſſima: in Abel per Sacrificium læta: in Noe per diluuium ſecura: in Abrahæ peregrinatione fideliſsima: in Moyſe inter iniurias leniſsima: in Dauid tribulationibus mitiſsima. In tribus pueris blandos ignes fortiter tolerat; caſta in Suſanna ſuper virum, in Anna poſt virum, In Maria præter virum. Libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum: humana in Chriſtianis ad confitendum: diuina in Chriſto ad ignoſcendum. Quid dicam de charitate? ſi linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Ipſa enim eſt anima literarum, prophetiæ virtus, ſacramentorum ſalus, ſapientiæ ſtabilimentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium. *Aug. de laude charitatis.*

Radix omnium bonorum eſt Charitas, & radix omnium malorum eſt cupiditas: & ſimul ambæ eſſe non poſſunt, quia niſi vna radicitus euulſa fuerit, alia plantari non poteſt. Sine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit euellere. *Hom.* 7. *ſup. Ioan.*

Habere omnia ſacramenta, & malus eſſe, poteſt: habere autem charitatem & malus eſſe non poteſt, *De laude char.*

Non numeroſitas operum, non diuturnitas temporum, ſed maior charitas meliorque voluntas auget meritum. Nam quod patet & quod latet in diuinis codicibus, tenet, qui charitatem ſeruat in moribus. *ibidem.*

Sola charitas eſt, quæ vincit omnia, & ſine qua nihil valent omnia, & quæ vbicunque fuerit, trahit ad ſe omnia. Scientia ſi ſola ſit, inflat, quia vero charitas ædificat: ſcientiam non permittit inflari. *De Doctrina Chriſtiana.*

Charitas eſt actio rectitudinis, oculos ſemper habens ad Deum, glutinum animarum, ſocietas fidelium, otio non facta, non fugax, non audax, non præceps. *idem.*

Si non vultis in iſta eremo ſiti mori, bibite cha
eſt, quem voluit Deus ponere, ne deficiamus, &
eum bibamus, quum ad patriam venerimus. *Super*
*cap.* 7.

Paſcit eſurientes charitas, paſcit & ſuperbia.
Deus laudetur: ſuperbia, vt ipſa laudetur. Veſti
ritas, veſtit & ſuperbia. Ieiunat charitas, ieiunat
*ibidem.*

Charitas alios parturit, quum aliquis infirmatur, alios
ficare: alios contimeſcit offendere: ad alios ſe inclinat
git: aliis blanda, aliis ſerua, nulli inimica, omnibus ma
*rudibus.*

Semper habet vnde det, cui plenum eſt pectus
*Pſalm.* 36.

Vide quantum bonum eſt charitas: ſi ita ma
mus, vt noſtras velimus ab omnibus reliquias vener
nionem vulgi ſectantes intrepidi ſanguinem fuderim
ſtantiam noſtram vſque ad mendicitatem propriam
huic operi non tam præmium: quam pœna debetur
magis tormenta ſunt, quam corona victoriæ. *Hier.*
*Galat.*

Non memini me legiſſe mala morte mortuum, qui
ra charitatis exercuit, habet enim multos interceſſore
bile eſt multorum preces non exaudiri. *idem.*

Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, quum ad i
rum ſe miſericorditer attrahit, & quæ benigne deſcend
valenter incurrit ad ſumma. *Gregor. in paſtorali.*

Charitatis & pietatis miracula amare: quæ tanto
quanto & occultiora, de quibus apud Deum eo maior
quo apud homines minor eſt gloria. *ibidem.*

Charitas, quæ diuiſa venire conſueuit, cor iuſti
compellit, quod tamen tanto arctius in Deo collig
per ſancta deſideria ſpargit. *ibidem.*

Charitas ad cuncta virtutum facta dilatatur,
præceptis incipit, ſed ſe ad innumera extendit. Huius
tium eſt dilectio Dei & proximi: quia per amorem De
mi gignitur, & per amorem proximi, amor Dei nu
Deum amare negligit, profecto proximum diligere
10. *moralium.*

Fortis vt mors dilectio: quia ſicut mors corpus
amore rerum temporalium æternæ vitę charitas
perfecte abſorbuerit, ad terrena fortis deſidera
reddit, neque ſanctus quiſquam mori pro Domino
corpore, ſi prius à terrenis deſideriis mortuus non
*Homil.* 11.

Vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt
tutes ex vna charitate generantur: nec habet aliqu
tis ramus boni operis, ſi non manet in radice chari
*mil.*

Charitatis cum ſit proprium nutrire concord
compoſita: coniungere diſſociata, dirigere praua,
cæteras perfectionis ſuæ munimine ſolidare, qui
dice ſe inſerit, nec à veritate deficit, nec à fructu
*mil.*

Cibus indigeſtus corpus corrumpit: inflatum &
reddit: ſi digeſtus fuerit, nutrit: ſic ſcientia ſtomacho
geſta, ſi non fuerit igni charitatis decocta, malos hu
Nonquid non mali mores mali humores ſunt? *ſuper*
*inflat.*

Mens, quam ſemel affecerit charitas, ſui
nit, metuit, quod neſcit, dolet quod non opo
pluſquam voluerit: compatitur nolens, miſeretur
*piſtol.*

Obſtinatio non permittit, nos alterius cor ingredi
patitur credere nos ab aliis amari: huic duplici mo
ritas medetur, illa ſcilicet quæ non ſua quærit: & o
mnia credit. *in quodam ſerm.*

Charitas eſt mors criminum, virtus pugnantium,
rum, concordia mentium, ſocietas electorum, qua
pit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium bo
*Caßio. ſuper Pſal.*

Charitas robur eſt fidei: fides fortitudo eſt charitatis
rum nomen eſt, ac verus eſt fructus ambarum, qua
manet vtriuſque connexio. Vbi enim non ſimul fu
ſunt: quia inuicem ſibi & iuuamen, & lumen ſunt,
rium credulitatis impleat remuneratio viſionis, &
ter videatur, & ametur, quod nunc & ſine fide non
dilectione non creditur. *Leo de ieiunio.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Iacob. Bill. Antholog. Sacra.

Charitatem certiſsimam notam eſſe, qua veri Chri-
ſtiani à fictis internoſcuntur.

*...um ſpectas indutum pallia regem.*
*...regem agnoſcas, non tamen inde liquet.*
*...t eximio cinctum diademate cernens,*
*...habes certum iam, diadema, decus.*
*...Chriſticolas ieiunia longa, laborque,*
*...mihi cum lachrymis vota preceſque notant.*
*Chriſticolam eſt aliud ſignum quod prodat aperte:*
*Chriſticolas veros exprimit vnus amor.*

De charitate.

*Legis amor ſancta caput eſt, pia pectora certo*
*Iudicio a prauis ſeparat vnus amor.*
*Clauicula vitem ſtringunt, vt ſurgat in altum,*
*...mens alta petat, nos quoque ſtringit amor.*
*Legibus eſt ſancti quiuis ſubiectus amoris:*
*Nullus ab his liber legibus eſſe poteſt.*
*Terra ſoluiſti cum debita, liber abire*
*Iam potes: exigitur ſemper at vnus amor.*

Oratio ad Deum pro obtinenda charitate.

*...a Agape, gelida non cedens robore morti,*
*Sanctam in me quæſo conſice ſancta necem.*
*Liuorem, ingluuiemque & amorem interſice mundi,*
*Mollia cum ſtudio fac iugulenter opum.*
*O Deus, ô qui perpetuis amor ignibus ardes.*
*...caleant flammis pectora noſtra tuis.*
*...ea mens ferro quæ nunc eſt durior omni,*
*...in rectum fiat ab igne tuo.*

Charitatis perfectionem in hoc ſitam eſſe, vt iudicij diem deſideremus.

*Dum vir abeſt, vxor quænam ſit adultera, quænam*
*Sit proba, perſpicuis noſcitur inducijs.*
*Caſta etenim plena eſt lachrymis abſente marito,*
*Illius at longas optat iniqua moras.*
*...pia mens ſuperi reditum ſitit vſque mariti:*
*Ac deſiderio nocte dieque gemit.*
*...quatum thalami ſanctiſſima iura reſoluit,*
*Eius mens reditum perfidioſa timet.*

Apud prophanos Authores de charitate & humilitate nil reperiri.

*...telum varios cœlique volubilis orbes.*
*Et vaga cum fixis ſidera noſſe cupis?*
*...e etiam exiſtant venti nubeſque niueſque,*
*Fluminaque, & terræ prodeat vnde tremor.*
*Quid virtus quoque ſit, quæ partes illius: & quæ*
*Ars verbis laqueos decipulaſque paret.*
*...& Ariſtoteles docet & Plato, non tamen vt ſit*
*Aut humile, aut ardens pectus amore Dei.*

## ¶ Similitudines.

...*ſtomi.* Sicut in regali prætexta, illi flores & colores precioſi ... hanc conficiunt chlamydem: Itidem & hic illæ ſunt precio... quæ charitatem contineant. *Homil.51. de diuerſis.*

...*monachi.* Quemadmodum ignis recordatio corpus non ... Sic fides ſine charitate non operatur in anima cognitionis ...tionem. *lib.1. de charitate.*

...madmodum ſolis lumen ſanum oculum ad ſeipſum trahit: ... cognitio ſanam mentem per charitatem naturaliter ad ſei... trahit. *lib.1. de charitate.*

...*guſtini.* Hac locutione dictum eſt, Scientia inflat, quid eſt: ... inflat: ſcientia damnata eſt, ſed quoniam adiunxit. Charitas ...ficat: quomodo ibi adiunxit, Spiritus viuificat: dedit intelli... ſine ſpiritu occidit, ſpiritus viuificat, & impleri literam fa... ſcientia ſine charitate inflat, charitas cum ſcientia ædificat. *In ... de Paſcha.*

...*Ambroſij.* Charitas eſt fortis vt mors: quia ſicut mors eſt finis ...ta & charitas: quoniam qui diligit Deum, peccare de... *lib. de Iſaac & anima.*

...*ntij Iuſtiniani patriarchæ.* Sicut qui videre vult, neceſſa... vt illuſtretur lumine: Ita qui ſaluari deſiderat, eum opor... charitatem. Nam charitas eſt bonorum principium, quia ... & quia mouet hominem eo, *lib. de ligno vitæ capite ſecun... charitate.*

...madmodum oleum ſupernatat alijs liquoribus: Sic charitas ... virtutibus. *lib. de ligno vitæ c.3.*

... igni comparatur charitas. Quia ſicut ignis imperioſe fer... quaſi ignem efficit. Ita charitas ignitam reddit animam quam ... *lib. de ligno vitæ c.3.*

...madmodum in rebus temporalibus ille creditur locupletior, ... plura poſſidet: Sic in ſpiritualibus, qui plus charitatis habet, ille ... comprobatur. *De charitate c.4. in Ligno vitæ.*

Charitas impenetrabilis eſt lorica, reſpuit gladium, iacula excu... periculum inſultat, mortem irridet: poſtremo vincit omnia. *ibid.*

...ſicut pater erga filios ſemper eſt ſollicitus, vt proficiant, ac bonis abundent, ac mala deuitent: Sic & beata charitas ſemper ad bona prouocat, quos replet, & ad Deum trahit. *ibid. c.6.*

Volentes domos aut palatia conſtruere, primo ſtudent in imo ſupra petram, vel ſuper ſtabile ſolum fundamenta locare, & poſtmodum reliquas ædificiorum partes ſuis locis & temporibus ordinare: quatenus firmato fundamento cætera ædificanda ſeruentur. Quale etenim fuerit cuiuſque rei fundamentum, talis erit eiuſdem perſeuerantia, & ſtatus. Hoc in materiasibus, hoc in ſecularibus, humaniſque negocijs contingit, minus in ſpiritualibus iudicandum eſt. Proinde quicunque in congregationibus militantium Chriſto cupiunt abſque ſui detrimento, & proximorum ſcandalo fratrum & domeſticorum habere conſortia: prius verę charitatis conentur in ſeipſum fundamenta iactare, atque demum poterunt ſeruatis congruis modis & temporibus vtiliter conſeruari. *De diſciplina & perfectione Monaſtica c.22.*

*Idiotæ viri ſanctiſſimi.* quemadmodum naturalis fulgor ardet, ſplendetque in facie intuentium: Sic amor verus ardet in mente per deſiderium, ac ſplendet in facie per exemplum. *De contemplatione amoris diuini §.1.*

Fons veri amoris velut lachrymæ, quæ ab oculis cadunt in pectus: quia ab intellectu amor oritur, ac cadit in cor per fidem. *ibidem §.2.*

Amorem animæ theſaurus nullus ſuperat: neſcit enim homo precium eius: quia omne aurum in comparatione amoris, arena eſt exigua: Sine amore diues pauper eſt: ac cum illo, pauper diues eſt. *ibidem §. 13.*

*Thriuerſ.* Vt calcem aqua accendis, extinguis oleo: Sic hominis iracundi animum nulla vi franges, ſed charitate placabis. *In apoph.112.*

Oleum nunquam penitus excidit, ſemper enim aliquid manet, & poſſunt aliæ virtutes, caſtitas & humilitas penitus tollit, ſed charitas quauis alia virtute magis conſtans eſt, certe nunquam tota expirat. *ibidem 114.*

*Chryſoſtomi.* Mater amans quoties lactentem habet puerum, non poteſt illi largiter præbere lactis fontem: attamen quanquam lacte caret, mammam tamen dat. Ille vero acceptam trahit, fugitque, ore vexatam papillam caſtaciens, pluſquam erat elicit alimenti: mater verò dolet quidem dum ipſius diſtenduntur vbera nec tamen repellit puerum: mater enim eſt: & omnia præoptat perpeti potius quam vt partum ſuum contriſtet, Itaque ſi matres erga fœtus tanta charitate afficiuntur: multo magis oportet nos erga veſtram charitatem ſimiliter affectos eſſe. Nam ſpiritus nixus calidiores vehementioreſque ſunt, quam naturæ. *Serm. 2. in Eſaiam.*

## ¶ Exempla Biblica.

Dharitatis & dilectionis mutuæ exempla: Abraham, *Geneſ.*14.24. & 18. *v.* 2. 24. & 22.2. Iſaac, Rebecca, 25.28. Iacob. 26. 18. Iſrael. 37.3. & 44.20. Ioſeph & fratres eius 45.15. Moſes. *Exod.32.32. nũ.* 14.19. Iſrael, *Iud.* 21. *v.*2.3. Debora & Barac. 5.9. Eel. 1. *Sam.*15. Saul. 16.21. Ionathas, 18.1. & 19.1 & 20.17. Iſrael & Iuda. 18.16. Michol, *ver.*20. Dauid, 2. *Sam.* 1. *v.* 24. & 25. & 18.33. Roboam, 2. *Para.* 11. *ver.*21. Ioſeph vir Mariæ, *Matth.*1. 19. qui pro ſocru Petri orant, *Luc.*4.38. Samaritanus, *Lucæ* 10. *v.*34.35. Stephanus. *Act.*7:60. Fideles Epheſii, *Act.* 29. 37. *Epheſ.* 1. 15. Paulus, *Rom.*9. *verſic.*3. 1. *Corinth.*4. *verſicul.*14. 21. & 3. *verſic.*1.2.2. *Corinth.*11. 29. & 12. 15. *Galat.* 4.16. 1. *Theſſ.* 2.8. *Philip.* 1. 24. & 1.1. *Timot.*1.2. *Tit.*1.3. *Philem.* *v.*1.19. Galatæ, *Gal.*4. *verſi. ul.* 14. 15. Miniſtri Euangelij, *Philip.*1.5. Coloſſenſes, *Coloſ.*1. *verſic.*3. *v.*4. Theſſalonicenſes, 1. *Theſſ.*1.3. & 4.10. 2. *Theſſ.*1.3. Philemon, *Phil. verſic.*5.19. Hebræi, *Heb.*6.10. Ioannes Euangeliſta, 1. *Ioan.*3. *v.*18. & 4. *verſic.*7.11. Paſtores Thyatirenſes, *Apoc.*2. *ver.*19.

## ¶ Hieroglyphicum.

Quod mutuis ſeſe oſculis *columbæ* ſuauientur, anſam dedit vt charitatem, amoris quippe pii virtutem, hieroglyphice per *columbam* nonnulli interpretentur. Et Apoſtolum citat Origines, qui de charitate locutus, *columbam* protulerit. *Pier. l.22.*

*Vide, Amor Dei, Amor proximi, Dilectio.*

# Charitas Dei erga ſuos.

*De charitate erga Deum & proximum ſuperiori ſectione actum eſt. Hac autem, de Dei Patris, Filij, Spiritus Sancti erga ſuos immenſa charitate aliquid ſubiiciendum neceſſario videtur.*

## ¶ Definitio et Etymol.

Charitas, Amor, Dilectio, qua Deus ſuos amplectitur, charoſque habet in ſuo dilecto, nempe filio æterno, frequenter in ſacris Scripturis occurrit *Ahal, Ahobah, Oheb*, Amor, dilectio, à verbo *Ahab*, Amauit, dilexit. Cognitionem habet cum

*Ahab*

*Ahab*, voluit, & cum *Iahab* & *Caab*, appetiuit. Hinc Græci pro ה ſubſtituunt γ, & dicunt ἀγαπάω, amo: ἀγάπη charitas, dilectio, quæ vox paſſim in nouo Teſtamento legitur, vbi etiam de φιλανθρωπία Dei mentio fit, *Tit*.3.4. Et viſcerum miſericordiæ ſeu charitatis Diuinæ meminit Iſai.c.63:ver.15.& Zach.Luc.1.78.

Charitas in Deo nullam denotat paſſionem vel affectionem, ſicut in hominibus, qui in affectibus multum impuritatis admixtum ſentiunt & demonſtrant: ſed tres res omnino perfectas in Deo ſignificat. 1. Aeternam beneuolentiam erga aliquem. 2. Beneficentiam actualem, i. ipſa charitatis effecta, ſiue temporaria ſint, ſiue æterna & ad meliorem illam beatiſſimamque pertinentia. 3. εὐδοκίαν ſeu complacentiam & oblectationem in aliqua re: quoniam qui amat aliquid, eo etiam oblectatur, illudque gratum & charum habet.

Priores duas charitatis ſignificationes verbi φιλεῖν confirmat definitio, quam Ariſtoteles, Cicero & alij tradunt. Eſt (inquiunt) alicui velle, quod putes illi eſſe bonum: & pro virili bonum iſtud, illi præſtare: idque non tua, ſed illius duntaxat cauſa. Hæc omnia Deo perfectiſſime conueniunt.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. *Rom*.5.

Commendat ſuam charitatem erga nos Deus, quod quum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. *Roman*.3.8.

Charitas Dei ſit cum omuibus vobis: 2. *Corinth*.13.13.

Deus propter multam charitatem ſuam qua dilexit, nos vna viuificabit nos per Chriſtum. *Eph*.2.4.6.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. 1. *Ioh*.3.1.

Ceus eſt charitas. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quod filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. 1. *Io*.4.8.9.

In hoc eſt charitas, non quod nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum, vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris. 1. *Io*.4.10.

Charitas Dei expleta eſt in nobis. 1 *Io*.4.12.

Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Io*.4.16.

Charitas Filij Dei erga ſuos.

Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem, *Cantic*.2.4.

Mediam lectuli partem rex charitate conſtrauit ptopter filias Ieruſalem. *Cantic*-3.10.

Aquæ multæ non poterunt extinguere eius charitatem, nec flumina obruent illam. *Cant*.8.7.

Recordatus ſum tui & charitatis ſponſaliorum tuorum. *Ier*.22.

In charitate perpetua dilexi te. *Ierem*.31,3.

Traham eos vinculis charitatis. *Oſe*.11.4.

Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? *Rom*.8.35.

Charitas Chriſti conſtringit nos. 2. *Cor*.5.14.

Cognoſcere charitatem Chriſti omni cognitione ſuperiorem. *Eph* 3.19.

Charitas Spiritus ſancti.

Precor vos per charitatem Spiritus, vt adiuuetis me. *Rom*.15.30.

¶ EXEMPLA SACRA.

Adamus & Eua, *Geneſ*.3. erecti poſt lapſum.

Ex filiis eorundem quotquot vitæ æternæ per & propter filium Dei θεάνθρωπον fiunt participes. Concluſit Deus omnes ſub peccato, vt omnium miſereretur. *Rom*.51.32.

Dauid 2. *Sam*.12 13. *Pſal*.51.19.

Manaſſes rex. 2. *Chron*.33.13.19.

Mulier peccatrix. *Luc*.7.48.

Latro in cruce. *Luc*.23.43.

Saulus Eccleſiæ perſecutor, poſtea factus ouis, paſtor, doctor & Apoſtolus Gentium. *Act*.9. *Rom*.1. *Gal*.1.2. *&c*.

Adde typos, parabolas, ſeu hieroglyphica dulciſſima filij prodigi, ouiculæ & drachmæ perditæ charitatem ſuam in his depingit Chriſtus, Similitudines item non omittendę videntur, quę idem tradunt, puta paſtoris, nutricis aquilæ pullutiem ſuam portantis, gallinæ, Leonis, &c.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nos ſi quis roget quodnam ſit quod colamus atque adoremus, promptum eſt reſpondere, quod ſit charitas. Etenim, vt à Spiritu ſancto pronuntiatum eſt, Deus noſter Charitas eſt, eoque nomine, magis, quam quouis alio, delectatur. *Nazianzen.orat*.14.

Quotqnot crediderunt in eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Quid enim hac poteſtate altius, quid hac altitudine ſublimius dici poteſt; in qua creatus quiſque efficitur filius Creatoris? *Greg. Mag. in Ezech.homil*.6.

Nullus ſupernæ adoptionis gratiam, niſi per vnigeniti cognitionem accepit. *idem in Iob.c*.31.

Nihil apud Deum tanto in pretio eſt, quam charitas: ob quam & homo factus eſt, & ad mortem vſq; obediens. *Iſid.Peluſiota,l*.1.*ep*.10.

Charitas eſt diuina in Chriſto ad ignoſcendum. *Auguſt.de laude charitatis*.

Magnitudo Charitatis diuinæ nuſquam non ſeſe e[...] *ſoſtom.in 3.cap.epiſt.ad Epheſ.hom*.7. Hoc curemus dile[...]tem Dei cognoſcamus: nempe quæ ſit illius latitudo, [...] profunditas & ſublimitas. Magnum hoc eſt. Nihil qu[...] proderit: nihil ita compunget. &c. *ibid*.

Chriſti Charitas magna eſt profecto, atque inenarra[...] ipſum pro inimicis, pro his qui eum oderant, pro auerſ[...] neq; pro amicis, neq; pro filiis, neque pro fratribus fa[...] hoc fecit pro ſeruis Dominus, pro hominibus Deus, pro [...] immortalis, pro temporalibus ſempiternus, pro inimic[...] filius. Nam ſi illi antea conuerſationis merito ac virtut[...] minus mirabilis charitas illa videri potuiſſet. Et certe [...] humana dilectio accedere poteſt. *Idem in epiſt.1.ad Tim*.

O bona mater Charitas, quæ ſiue foueat infirmos, [...] prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſis diuerſa exhibe[...] lios diligit vniuerſos? Quum te arguit, mitis eſt; qu[...] ſimplex eſt: pie ſolet ſeruire, ſine dolore muliere, [...] iraſci, humiliter indignari. Charitas, hominum mater [...] rum, non ſolum quæ in terris, ſed etiam quæ in cælo [...] uit. Ipſa eſt quæ Deum homini placauit, & homine De[...] uit. *Bern.in Epiſt*.

Charitas Dei quædam vitalis eſt pluuia virtutum, [...] ta voluptas germinat, & operatio ſancta fructificat [...] aduerſis, temperata in proſperis, humilitate potens, aff[...] ſima, inimicis beneuola, bonis ſuis ſuperans malos. *C*[...]

Neſcio ſi quid maius in laudem tuam dicere poſſum, [...] quam vt Deum de cœlo traheres, & hominem de terra [...] leuares. Magna virtus tua, vt per te vſque ad inferos [...] Deus, & vſque ad ſummos cœlos eleuaretur homo.

*Vide Dilectio*.

# Choreæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL[...]

CHORVS, χορὸς proprie eſt multitudo canentum [...] Nam multorum vocibus aut concentu conſtat, [...] Macrobius tradunt. Secundum Platonem lib. 2. de [...] χαρᾶ, id eſt, Lætitia, deducitur. Feſtus à corona deriuat. A [...] tibiis ſeu fiſtulis dicti ſunt, qui modulantur ad choros, [...] choro fiſtulas aut tibias inflant, Choraulæ. χορὸς namque [...] & tripudium ſignificat, αὐλὸς vero fiſtulam ſeu tibiam. [...] ρεία, à χορεύω Salto, Hebr. *Mecholah*, à verbo *Chalal*, fiſtul[...] cecinit, quod in Choreis fiſtulæ ſeu tibiæ adhiberentur. [...] ſtulatores ſeu tibicines, *Pſalm*.87.*Vlt.v*. Chorus, Chore[...] 20.& 32.19. Pro tibia (inſtrumento muſicc) ſumitur, *Pſ*[...] 150.4. Pro turma, *Nehem*.12.31.37. *Cant*.6.12.

Chorearum ſeu ſaltationum genera duo in ſacris ſcr[...] currunt, I. Aliæ enim honeſtæ fuerunt. *Exempla* extant [...] 1. *Samuel*.18.7.& 2. *Samuel*.6.14.16. *Pſalm*.68.26. *Iudic*.[...] lia vero turpes. *Exempla* leguntur, *Gen*.34.1.2.&c, *Exod*.[...] *vlt.cap.Eſai*.3.c. *Matth*.14.6. *Marc*.6.22.

Choreæ ſeu ſaltationes Iudaicæ temporibus Moſis & D[...] uiſæ fuerunt, pro ratione ſexus. Aliæ enim fuerunt vi[...] mulierum Choreæ. Nam Dauid ſolus ſaltat coram a[...] non cum matronis aut puellis. Moſis ſoror Maria inter [...] cum mulieribus ſaltat ad tympana. Deique laudes cele[...] canticis ſacris Iſraelitarum virorum Moſis canticum pe[...] reſpondet, cum ſingulari pietatis affectu. Mulieres D[...] canunt, vt reportatam de immani hoſte populi ſancti vi[...] neſtis geſtibus & ſacris vocibus ac inſtrumentis celebre[...] Choreæ cum profanarum gentium inſaniis commune [...]

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Fœminæ laſciuæ, Dei timoris oblitæ, ignis æterni [...] pendentes, abiecto ſeruitutis Chriſti iugo, capita hone[...] laminibus impudicæ retegentes, Deum & eius Angelos [...] ad marium adſpectum impudentes diffuſæ comas, [...] xum oſtentantes, pedibus geſtientes, oculo petulco, [...] ſaltationem inſanientes, iuuentutis intemperantiam [...] cantes, aerem meretriciis cantibus, terram vero pedibus [...] tando contaminauerunt, inſtar theatri cuiuſdam adoleſc[...] teruas ſibi circumſiſtentes. Vinum profecto harum [...] rum nobis fecit. *Baſil. Magnus. Serm. de ebrietate &* [...] alia lectu digna, de ſaltationum & ſaltantium furoribus [...]

Baſilio Magno. Si quis adiungat Chryſoſtomi homil[...] ſim de nuptiis Iſaaci & Iacobi: homil. 49. in Matth. hom[...] Epiſt. ad Coloſſ. Ambroſium item lib. 3. de virginibus Au[...] contra lit. Petiliani, c. 6. & in Pſ. 32. Præterea concilij Laod[...] tum adu. Choreas ſaltationes in celebratione nuptiarum [...] narum, anno Chriſti 364. editum ab aliis conciliis poſtea [...] tum, luculenta aduerſus noſtri ſeculi deplorandas corru[...] bebit teſtimonia & indicia.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

Ingreſſa eſt Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius, Quam cum vidiſſet Sichem filius Emor, adamauit eam, & rapuit, & dormiuitq; cum illa, vi opprimens virginem. *Gen.*33.

Qui polluerit ſabbatum meum (quod faciunt tales tunc maxime ducentes choreas) morte morietur. *Exod.*23.

Vt vidit Moſes choreas, iratus eſt valde, proiecit tabulas & confregit eas.32.

Rapuerunt ex his, quæ ducebant choreas vxores ſingulas. *Iud.* 21.

Ab omni via mala prohibui pedes meos. *Pſalm.*119.

Obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti. *Iob.*13.

Auerte pedem tuum à malo; vias enim, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus; peruerſæ vero ſunt quæ à ſiniſtris ſunt, *Prou.*4.

Pedes eius deſcendunt in mortem, ſæpe & ad inferos greſſus illius penetrant, per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus illius & inueſtigabiles. *ibid.*5.

Feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, & vidi in omnibus vanitatem. *Eccl.*2.

Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. *Eccl.*9.

Sabbatum & alias ſolennitates non feram: iniqui ſunt cœtus veſtri. *Eſaiæ* 1.

Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. *ibid.*3.

Sanctuaria mea ſpreuiſtis (Eccleſias & cœmiteria, ibi ducendo choreas) & ſabbata mea polluiſtis. *Ezech.*22.

Pro eo quod plauſiſti manu, & percuſſiſti pede & gauiſa es ex toto affectu; idcirco extendam manum meam ſuper te, & interficiam te.25.

Cane carmen lugubre ſuper multitudinem Ægypti.32.

Propter ſaltatricem occiſus eſt Ioannes. *Matth.*14.

### ¶ Philosophicae Sententiae Franciſci Petrarch.

*De Choreis DIALOG. XXIV.*

Gaud.

Choreis gaudeo. R. Mirabar niſi fidium cantus & tibiæ choreas mouerent, & præſcripto de more vanitatem vanitas ſequeretur, ſed maior, multoque deformior. Ex cantu enim dulcedo aliqua & ſæpe vtilis, ac ſancta percipitur, ex choreis nihil vnquam niſi ridiculum, ac inane ſpectaculum, honeſtis inuiſum oculis, viro indignum. G. Choreis cupide interſum. R. Corpus animum tegit & detegit, manum iactatio, pes mobilis, oculus vagus, ac petulans aliquid arguunt in animo eſſe, qui non cernitur. Itaque cauendum valde eſt modeſtiæ cultoribus, ne quid effœminatum actus loquantur. Occulti enim affectus, & pectorum latebræ ſæpe certis iudiciis pateſcunt, motus, ſeſſio, accubitus, geſtus, riſus, inceſſus, ſermo, ſigna ſunt animi. G. Dulcedinem quandam choreis capto. R. O dulcedo ridicula, finge enim te choream dubius cernere, neque ita ſtultas mulierculas, & viros mulierculis viliores in ſilentio circumferri, redire, ineptire, quid quæſo inſanum abſurdius, aut delirantius vidiſti? Nunc motus inconditæ ſonus, aut tibiæ, hoc eſt, amentia vna aliam tegit. G. Choreis delector. R. Non tam ibi delectatio præſens, quam ſperatæ delectationis auſpicium, Veneris præludium illud quidem ſono ſtulte ac miſellas circumducere, atque vrgere, & ſtringere, ac ſpecie ſaltantis atterere, liberæ ibi manus, liberi oculi, liberæ volant voces, pedum ſtrepitus, & multorum cantus diſſoni, & tubarum clangor, concurſatio & puluis, & quæ ſæpe ludis additur hoſtis pudicitiæ, amica ſcelerum nox ipſa. Hæc ſunt quæ timorem ac pudorem pellunt, hi ſunt libidinum ſtimuli, hæc laxamenta licentiæ, Et hæc ne me falli facilem putes, illa delectatio quam ſimpliciter, & verecunde chorearum appellatione profitemini, & ludi tegmine obnubitis. Etſi enim ſolos inter viros, ſeu ſolas inter fœminas hæc nonnunquam fiant, illic tamen ſeparatim exercentur. Quæ congreſſi iterum acturi ſint ſimul diſcunt, ceu diſcipuli, magiſtro abſente quid eo reuerſo loqui debeant meditantur. Tolle radicitus hanc ſpeciem ingenioſam atque improbam, tolle ſaltatricem, ſuſtuleris & choream. Crede mihi cum Dauid rege nemo ante Dominum ſaltabit, ne quem forte ſua vxor irrideat, cum nullus irrideatur ante dominam ſaltans, ſiue etiam pandurizans. G. Delectabiles ſunt choreæ. R. Sententiam meam tenes. Si delectent propter aliud delectant, per ſe enim tota quidem inſulſa res eſt, & plus tædii allatura quam gaudii. Nam quid omnino eſt aliud in gyrum volui, quam excitare vertiginem ſineq; termino viam ire? Inter locales ſeptem motus, quos Plato dinumerat, Hos ſtante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum, circuitum ſolus ſeptimus infinitus eſt. Atq; hunc ideo, quæ perpetua ſunt, hoc eſt, cœlum ſeruat & ſydera, hunc in terris perpetuus hominum agit furor in cunctis fere actibus, atque conſiliis. Nec nullus Orpheus Ixioniam rotam ſiſtit, ſed viſibilibus in choreis vbi animorum volubilitas corpora ſecum voluit. Et idcirco cum de omnibus dici poſſit, de his perproprie dicitur quod ſcriptum eſt. In circuitu impii ambulant. Hic ludus multorum dedecorum cauſa fuit. Sæpe ibi matrona diu ſeruatum decus perdidit. Sæpe infelix virguncula ipſo nuptiali die didicit, quod melius ignoraſſet. G. Honeſto tripudio libenter exerceor. R. Vellem aliud genus exercitii delegiſſes. Sed quo pergas, & quid velis video, interdictum tolli, veniam dari, normamque præſcribi. Quando igitur ſic affectus es, ſeu is morbus, ſeu conſuetudo eſt, qua mala nihil peius, bona nihil eſt melius, ea tibi in his omnibus lex erit vt quibus carere penitus non potes, moleſtiſſime vtaris ac rariſſime. Ne quid vlla in te molle vel fœmineum agas, ſed vbique non ſuis etiam in finibus virilis rigor emineat, ſitque tripudium, vel quiſquis erit is ludus fatigati animi relaxatio, & exercitium corporis, non voluptas eneruatrix mentium. Exemplo libentius abſtinuiſſem, ſummorum virorum imitatio non omnibus tuta eſt. Non omne pennatum animal aquilam ſequi poteſt. Imitatorum alii contrarium faciunt, alii vero aliud, nonnulli idem aliter. Pauci ad plenum quod imitantur, effingunt. Cato hic vltimus Reipublicæ curis preſſum animum vino leuare ſolitus fertur. Fecit idem apud Græcos Solon. Hos aliquis ſequi volens vnum ſemper officium aget, bibet: quodque illis modicum, ac rarum, huic immenſum, & continuum: quod illis remedium, huic erit ebrietas. Facile idem in rebus aliis poſſet oſtendi, ſed hoc vnum intelligis quid eſt, quod nunc tecum vereat. Ex quo tamen damnatæ rei patrocinium vt ſuſciperem coegiſti, ſummi viri exemplum quod vel non ſequaris vel non mutes, accipe his ipſis quibus apud Senecam eſt verbis in eo libro, in quo tranquillitatem animi ſtilo inquirit, Scipio, inquit, triumphale illud, & militare corpus mouet ad numeros, non molliter ſe infringens: vt nunc mos eſt etiam in inceſſu ipſo vltra muliebrem molliciē fluentibus, ſed vt antiqui illi viri ſolebant inter luſum, ac feſta tempora virilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum etiam ſi ab hoſtibus ſuis ſpectarentur. Quibus in verbis quid de ſua iam tunc ætate ſentiret, perſpicis. Felix quia non vidit tuam. Quamuis autem ille, & tripudii & vini remiſſionem probet, veniendumque nonnunquam vſque ad ebrietatem dicat, quod à tam rigido ingenio dictum miror, ſi fideli conſilio vti vis, vino parce vtere, tripudio abſtine. Alia ſunt honeſtiora remiſſionum genera quibus tædienti feſſoque animo medeare, in omnibus tamen optimum fuerit, quod hic vltimum dixit attendere, & quæcunque ages ita agere, tanquam te hoſtes tui videant atque obſeruent. Multo quidem eſt ſatius ſic viuere, vt abſtinentiam & grauitatem tuam inimici ſtupeant, quam vt laſciuiam amici excuſent. Clarior fama eſt, cui nec verum crimen obiicere quiſpiam poteſt, nec falſum audet, quam cui obiicitur, ſed purgatur. Accuſatorem perfecta virtus exterret, mediocris irritat. Quod ad ſobrietatem attinet, malim te Cæſari ſimilem, quem vini parciſſimum ne inimici quidem negauerint (vt Tranquillus ait) quam Catoni, non Cenſorium illum ſenem loquor, de cuius ebrietate iam diximus, ſed hunc vltimum, cui obiectam ebrietatem Seneca ſic refellit, vt dicet facilius effecturum quiſquis obiecit crimen honeſtum, quam turpem Catonem. Quo ad id vero de quo agitur, nullo modo tripudies malim, quam vt Scipio. Quod ſi te illuc vrget animus quo nolim, his te ſaltem ducibus vti velim, vt ſi penitus tibi inſedit illud lyricum. *Nunc eſt bibendum, pede libero pulſanda tellus.* Sic vinum bibas vt Cato, ſic terram pede pulſes vt Scipio.

*Vide, Saltatio.*

# Chriſtus.

### ¶ Definitio et Etymol.

Christus Græca dictio eſt: nam χριστὸς, οῦ, ὁ: vnctus dicitur adiectiue, & χρίω, vngo, χρίσις, ιος, ἡ, vnctio. Quod nomen filio Mariæ Ieſu optime conuenit, tum quia in humanitate eſt vnctus oleo gratiæ præ aliis, tum quia hoc nomen exprimit vnitatem perſonæ in duabus naturis, exprimit enim dignitatem regiam & ſacerdotalem. Ipſe enim eſt Rex & Sacerdos ſummus in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, Pſalm. 110. 4.

Heb. *Maſſchach*, i. vnxit oleo. Hinc *Maſſchiach*, nobis Meſſias, χριστὸς, Chriſtus. Sub lege olim vngebantur Sacerdotes & reges, Chriſti noſtri ſeruatoris prophetia etiam in Sacerdotio eius comprehenditur.

### ¶ Biblici Loci.

Chriſti diuinitas & humanitas in vna Chriſti perſona conſtituenda vniuntur & coaleſcunt, *Eſaiæ* 7.14. & 9.6. *Matth.*1.23. *Ioan.* 1.14. *Roman.* 9.5. *Philip.* 2. *verſicu.* 6. 7. 1. *Timoth.*3.16. non confun-

duntur, Ioan.1.18.& 2. 19. Rom.1.verſ.3.4.5. Col.1.19.& 2.9.1. Tim. 3. Verſ.16.Heb.9.14.ad vnionem earum demonſtrandam vni in perſona, alterius proprietas, per idiomatum communicationem tribuitur, Io.3.13.Act.20.28.1.Cor.2.8.Ioh.1.1.& 13.16. Chriſti perſona vna eſt à Patre diſtincta. Io.8.V.16.18.1.Cor.8.9.1.Tim.2.Verſ.6.Chriſtus & Meſſias idem, Ioan.1.42.

Chriſti perſonæ attributa, officia ſignificant, Io.4.V.25. Hoc titulo, tria Filii Dei officia ſignificantur: Primo Regnum cui inauguratur à Deo, Pſalm.2.v.6.& 45.V.7.8.Hebr.1.9. & ob id appellatur Rex, Ier.23.V.5.Ezech.21.v.26.27.Zach.9.9.Matth.21.5.& 15.34. Luc.1.32.Ioan.18.36.1.Cor.15.25. Rex æternus, 1.Paral.17.verſicul.12. 14. Pſalm.45.8.& 89.Verſ.5.35.36.37.38. Eſa.9.7.Dan.2.44.Luc.1. 33 Hebr.1.Verſ.8.Rex Iſrael & Iudæorum, Matth 2.2 & 27.37. Mar. 15.2.26. Lucæ 23.3.Ioan.1.50.& 19.14. Rex iuſtitiæ, Hebr.7.2. Magnus, Apoc.12.verſ.5. Pacificus, Eſa.9.7.& 11.6.& 65.25. Ezech.34. 25.& 37.26. Hebræor.7.2. Rex Regum, Apoc.1.5.& 17.14.& 19. 16. Secundo, Filius Dei Chriſtus dicitur, quia propheta & Doctor vngitur, Eſaiæ 61.1. Lucæ 4. Verſicul.18. Actor.10.39. eius prophetia deſcribitur, Deut.18.15.Matth.21.verſicul.11.46. Luc.7.16. & 24.19. Ioan.4.19.& 6.14.& 7.40.& 9.17. Actor.3.22.& 7.verſicul.37. eo pertinet, quod Eccleſiæ ſuæ Doctorem agit. Pſalm.2. verſic.6.7.& 22.23.& 40.11. Eſaiæ.55.4.Matth.11.Verſicul 29.& 17.5.& 22.16.& 23.Verſicul.8.10. Marc.13.14. Lucæ 6.40.& 9.35. & 10.verſic.22.& 17.13.& 21.15.& 12.11.& 24.32. Ioan.1.verſicul. 18.38.39.& 3.2.& 4.25.& 11.28.& 13.13.& 17.6.& 20.verſicul.16. & paſtor dicitur, Eſaiæ 40.11. Ezech.24.23. Mich.5.2. Zach.13. 7.Matth.26.31.Ioan.10.Verſic.11.14.Hebr.13.20.1.Pet.2.Verſic.25.& Euangelii præco, Eſaiæ 60.1.& 61.1.Matth.11.5. Luc.4.verſicu.18. Epheſ.2.17.Hebr.2.3. pacis annunciator, Zachar.9.10. Epheſ.2.17. & Dei Fideliſſimus teſtis, Ioan.3.32. Apoc.1.5.& 3.14. Tertio, Filius Dei Chriſtus dicitur: quia ſacerdos ordinatur, Pſalm.110.4. Zachar.6.13.Hebræor.2.17.& 3.1.& 4.14.& 5.verſicul.1.5.6.& 6.20. & 7.verſic.17.21.26.& 8.1.& 9.verſic.24.Verſicul.26.& 10.verſic. 11.14.21. Chriſtus vnicum pro nobis ſacrificium ſeipſum offert, Pſalm.40 v.7.8.Matth.20.28.Roman.4.25.Galat.2.20.Epheſ.5.v. 2.1.Timoth.2.verſicul 6.Tit.2.verſicul.14.Hebræor.1.3.& 7.27. & 9.Verſi.14 26.28.& 10.Verſ.3.5.6.7.10.12.14. ob id Agnus dicitur.

Chriſtus Deus. Quinque ſunt præcipui fontes demonſtrationum, quibus vera & æterna Chriſti Deitas aduerſus blaſphemos & impuros hæreticos aſſerenda eſt.

Primo à manifeſtis Scripturæ teſtimoniis, in quibus Chriſtus Deus & Iehoua dicitur: non titularis autem Deus (vt hæretici blaſpheme nugantur) ſed vere & natura Deus, Deus ergo eſt Chriſtus: Primo, quia aperte Deus dicitur, Geneſ.32.28. Pſalm. 45.7. Hebræor.1.8. Eſaiæ 7.verſic.14.& 9.vorſic.6.& 25.9 & 45. verſic.11.12.& 35.Verſicul.4.5. Matth.1.23.& 11.Verſicul.4.5.& 15.30. Eſaiæ 40.3. Matth.3.3. Marc.1.3. Lucæ 3.4. Ioan.1.Verſic.23. Eſa.45.verſic.15 21.22.23.24. Rom.14.11. Matth.1.verſ.21.23. Act. 4.12.Ierem.33.verſic.15.16. Oſe.1.7. Zachar.2.Verſic.8.9. Mal.3. verſic.1.5. Lucæ 1.verſicul.16.17. Actor.20.28.Rom.9.5.1.Corinth. 2.verſic.8.Galat.1.12.Philip.2.6.Col.1.verſic.15.19.& 2.Verſ.9.1.Tim. 3.16.Tit.1.Verſic.3.4.& 2.verſic.13.2.Pet.1.3.1.Ioan.5.20. Apoc.21. verſic.7.22. quia Iehoua eſt & dicitur, Eſaiæ 45.verſic.24.25. Oſeæ 1.7. Zachar.2.verſicul.8.9.Malach.3.1. & alibi ſæpe, vt ex diligenti horum veteris & noui Teſtamenti locorum, qui mutuo ſeſe explicant, inter ſe collatione, & συζυγία, liquido patet. Exodi 3. 2.& 13.4.& 14.24.& 20.2. Actor.7.verſſicul 30.32.1. Corinth.10. Verſic.4 9.&c. Deuter.30.20.Actor.17.28. Ioan.14.6.1. Ioan.5.20. Ioſue 1.1.& 24.19.Deut.6.16.1.Corinth.1.verſicul.9. Pſalm.24.10.1. Corinth.2.8. Pſalm.89.21.Actor.4.25. Matth.22.43. Marc.12.Verſicul.35 36.37.Luc.20.44. Actor.2.34.Pſalm.102.Verſicul.1.25.27. 28. Hebræor.1.verſic.10.Verſi.11.Pſalm.130.Verſ.7.8.Tit.2.14.Eſaiæ 6.Verſic.1.9.10.Ioan.12.Verſicul.39.40.41. Eſaiæ 8.Verſicul.13.24. Matth.21.42. Lucæ 2.verſicul.34.Rom.9.33.1.Petr.1.Verſic.7.Eſaiæ 29.Verſic.10. Ioan.8.39. Eſaiæ 4.verſicul.3.10. Matth.3.verſic.3. Marci 1.3. Lucæ 3.4. Ioan.1.2.3. Eſaiæ 41.verſic.4.& 44.Verſicul 6. & 48.12. Apoc.1.verſicul.5.7.8.11.17.& 21.6.& 22.13. Eſaiæ 43.11. Ioan.4.42. Eſaiæ 44.6. Apoc.1.8.Verſ.7.& 22.verſ.13 Eſaiæ 45.21. Matth.1.21.Ioan.4.Verſic.42. Actor.4.12.Tit.1.Verſic.3.1.Ioan.4. 14.2.Pet.1.1.Eſaiæ 45.Verſicul.1.23. Rom.13.verſicul 11. Philip.2.10. Eſaiæ 45 verſic.12.18.Ioan.1.2. Coloſſ.1.15.Hebræo.1.verſicul 2.10. Eſaiæ 54.5.Matth.10.15. Marc.9.19. Lucæ 5.34. Ioan.3.29.2. Corint. 11.2.Epheſ.5.24. Apocal 19.7.& 21.2.Ierem.9.verſicul 23.24. Galat.6.verſ.14.Ierem.23.6.1.Corinth.1.30.Ezech.16.Verſicul.60.62. Hebræor.9.verſic 15.16. Apud Oſeam, Oſeæ 1.7. dicitur Iehouam ſeruaturum domum Iehudam in Iehoua Deo ſuo: Atqui nemo niſi in Chriſto, & per Chriſtum ſeruatur, Matth.1.21.Ioan.4.42. Actor.4.12.Tit.1.verſic.3.1.Ioan.4.Verſic.14 2.Pet.1.1.Oſeæ 2.19. Ioan.3.29.2 Corinth.11.2.Epheſ.5.32. Apocal 19.7.& 21 verſicul 2.9. Vide & Pſalm.45.verſic.11.12. Ezech.16.8. Matth.9.15. Oſeæ 6. verſic.1.2 Epheſ.2 6.Coloſſ.3.1.Oſeæ 13.verſic.4.14 Ioan.5.21.1.Cor. 15.verſic.55.56.57.1.Timoth.2 verſic.6.2.Timoth.1.10. Hebr.2.14. Oſeæ 14.verſic.2 3.Ioan.1.29.Ioel.2.verſic 27 28. Ioan 15.26. Act.2. 33. Abdiæ Verſic 21 Pſalm 2.6.Apocal.2.verſicul.27.Lucæ 1.verſic. 32.33. Micheæ 2.verſicul.12. Ioan.10.16.& 11.Verſic.51.52. Mich.2.

Verſic.13. Ioan.2.verſic.11.& 3.v.36.& 6.Verſic.29 ... 40.verſicul.47.& 9.Verſicul.35.& 14.verſ.1.6.& 17 ... 16.Verſic.31.& 23.verſic.19.& 24.verſi.24. Galat.2.Verſ ... 1.verſic.15. Col.1.Verſi.4.& 2.Verſ.5.1.Timoth.3.verſ ... 3.verſic.15. Quia omnipotens, Ioan.3.verſic.31.& 10 ... 14.verſic.14. Philip.3.Verſic.21. Hebræor.1.verſi.3.Apo ... & 3.Verſ.7.& 4.verſ.8.& 17.14.& 19.verſic.15.16. Qui ... remittendi authoritatem habet, Matth.9.Verſic.6.Mar ... 5.Verſic.7.Verſicul 9. Lucæ.5.Verſic.20.& 7.verſicul ... peccata remittere eſt ſolius Dei, Eſaiæ 43.verſic.25.Ma ... 7. Lucæ.5.verſ.21. Remittunt & miniſtri peccata, ſed ... ſtes, & Dei inſtrumenta, & hanc authoritatem à Chriſto ... habent, Matth.16 Verſicul.19.Ioan.20.verſicul.23. Qui ... cus eodem tempore occupat, Matth.18.verſicul.20.& ... 20. Ioan.1.Verſic.18.& 3.verſic.13.& 14.Verſic.23. ... Dei eſt, 1.Reg.8.Verſic.27.2.Paralip.2.verſi.5.& 6 ... 11.verſ 8.Pſalm.139.verſ.7.8.9.10.Eſaiæ 6.3.& 66.1.Ierem ... 24. Amos 9.verſ.2 Sap.1.verſ.7.Matth.5.verſ.35 ... 48.& 17.verſ 24. Quia poteſtate eadem qua Pater pol... Verſ.17.19.& 16.15.

Quia poteſtatem miracula edendi confert, Matth ... Marc.6.verſ.7.& 16.Verſicul.17. Lucæ 10.verſic.19. ... Actor.3.Verſicul.6.12.16.& 14.verſicul 3. Quia reſurre... tor eſt, Ioan.5.verſ.21.25.& 6.verſic.39.40.44.54.& ... 25.1. Corinth.15.verſic.21. Quia Rex Regum, & Domi... nantium, Apoc.19.verſic.16. Quod Paulus Patri tribu... verſ.15. Eiuſdem ergo potentiæ Chriſtus cum patre. ... tor eſt, & dicitur. Matth.1.verſic.21. Actor.4.verſic.12 ... verſicul.14.Tit.1.verſicul.3.4.& 2.verſ.13. Atqui hoc ... vero Iehouæ competit, Eſaiæ 44.verſic.11.& 45.verſ ... autem hæc appellatio Miniſtris etiam verbi tribuitur, ... ſicul 21.1.Timoth.4.verſic.16.Iacob.5.verſ.20.co fit, ... adminiſtri ſaluti per Euangelicam doctrinam, 1.Corint... verſicul 11. Quia Euangelium, quod teſtimonium Dei ... Corinth.2.verſ.1. dicitur Chriſti teſtimonium, 1.Corint... 6. Quia ſperare dicuntur gentes in eo, Eſaiæ 11.Verſ.10 ... terprete, Rom.15.Verſ.12. & beati dicuntur, qui ſperan... Pſalm.2.V.12. Atqui maledictus, qui ſpem ſuam locat ... Iere.17.V.5.7. beatus contra, qui fidit Deo, Pſalm.84.ver... ſuſcitauit ſeipſum, Roman.1.verſ.4. Ioan.10.18. Quia ... Sanctum mittit, Zach 12.10. Ioan.16.v.7.& 20.5.22. ... 7. Lucæ 1.verſicul.33.Mich.5.verſicul.3.Matth.2.6. ... 5. Mich.7.Verſ.18. Ioan.1.verſicul.29.Eſaiæ 53.verſic ... Verſic.24. Agg.2.verſic.7.Hebr.13.verſ.25.26. Zach.2.Verſ ... troducuntur ſub nomine Iehoua, mittens & miſſus, ... que Iehoua dicitur. Non ſunt autem duo Iehouæ, ſed ... 6.V.4. Plures ergo ſunt in Deo perſonæ.

Secundo à relatis: quia μονογενὴς id eſt, vnigenitus ... eſt, Ioan.1.18.& 3.Verſ.14.16.18.1.Iohan.4.9. Idem ... Symbolo Apoſtolico. Vide & Rom.1.verſ.3.4. quia ... Ioan.14.verſ.7.8.9.2.Cor.4.v.4.Coloſſ.1.15.Hebr.1. ... aut ſimilitudo, non eſt diuerſarum inter ſe rerum, ... parium.

Tertio ab Epithetis ſoli diuinæ naturæ congruentibus ... æqualis Deo Patri, Philip.2.verſic.6. Quia æternus, ... Verſic.12. Mich.5.verſic.2.Ioan.1.verſic.1 & 8.58 Coloſſ ... 18.1.Ioan.verſicul.1.& 2.13. Apocal.1.verſicul.8.17.& ... verſicul 13. Quia author electionis eſt, Ioan.13.Verſic ... mnia, ipſaque cordis arcana nouit, Matth.9.verſ.4.& ... 15.25.& 16.8.& 17.Verſicul 17.& 22.18.Marc.2.verſ.8.& ... 13. Luc.5.22.6.8 & 9.47.& 11.verſicul 17.39.& 22.10. ... 2.verſic.24.25.& 5.42.& 6.verſic.15.61.64.& 11.verſ ... 13.verſic.11.19.& 14.verſicul 29.& 16.verſicul 4.19.30.& ... Apocal.2.verſic.9.13.19.23 & 3.verſicul 1.15. quod ſolius ... Reg.8.Verſicul.39.2.Paralip.6.verſic.20. Quia creden... eum, vt in Deum, Ioan.14.verſic.1. Quia donat æter... Ioan.5.verſic.24.& 6.40. Quia eductor populi Iſrael... gypto, quem tentauerunt in deſerto, 1.Corinth.10.Verſ ... (Vide Exodi 23.verſic.20.21.22.) Atqui eductio popul... æterno Deo tribuitur. Exodi 20.Verſicul 1.2. & alibi paſſ... exaudit inuocantes ſe, Iohannis 14.verſicul 14. Quia ... Dei eſt, Philip.2.6. Atqui ſicut in forma hominis eſſe, ... verſic.5.Verſic.6.7. eſt eſſe verum hominem. Ita in forma ... eſt Deum verum eſſe. Quia gloria illa, eius æterna, ... Quia gloria illa, quam Eſaias vidit, Eſaiæ 6.1. fuit Chriſti ... Ioan.12.verſicul 14. Quia gratiæ & pacis largitor, id ... ex precibus Pauli, in quibus Filium cum patre coniungit, ... 1.7.1. Corinth.1.verſicul 3.& 16.24.2.Corinth.1.2.& ... 3. Epheſ.1.2. Philip.1.2. Coloſſ.12.1.Theſſalon.1.2.1.Timoth ... 2.2. Timoth.1.2. Tit.1.4. Quia illuminat, Ioan.1.9. ... ſolius Dei proprium, Exodi 4.11. Quia iudicat viuos & m... Ioan 5.verſic.22.27. quod & in Symbolo Apoſtolico ... mur. Quia eſt obiectum fidei, Eſa 8.14. Luc.2.verſ ... 9.verſ 33.1.Pet.2.8. Eſaiæ 28.16 Pſalm.2.12. Matth.2 ... 19.verſic.16.22. Quia virtus eius diuinos effectus habet, ...

…verſicul. 8. 19. 2. *Corinth.* 12. 9. *Hebr.* 1. *verſic.* 3. Quia vita fuiſſe in Chriſto dicitur, *Ioan.* 1. 4. Atqui in ſolo Deo viuunt, mouentur, & ſubſiſtunt omnia, *Actor.* 17. *verſic.* 28 *Roman.* 11. 36. 1. *Corinth.* 8. 6. Quia vnus eſſentia cum patre, *Ioan.* 1. 18. & 5. 18. & 8. 38. & 14. 10. … *Philip.* 2. 6.

Quarto ab effectu vniuerſali, videlicet ἀπὸ πάσης κτίσεως καὶ …, creatione & conſeruatione rerum omnium: quia creator, *Ioan.* 1. *verſi.* 3. & 5. *verſi.* 17. *Coloſſ.* 1. *verſic.* 16. *Hebr.* 1. *verſ.* 3. 10. *Apoc.* 3. 14.

Quinto, à cultu, quem omnes fideles inde vſque ab orbe condito Filio Dei Chriſto, vt vera & natura Deo exhibuerunt: Quia adorandus, *Pſalm.* 97. 7. *Hebræ.* 1. 6. *Luc.* 24. *verſicul.* 52. *Ioan.* 23. *Philip.* 2. 11. *Apocal.* 4. *verſic.* 8 9. 10. 11. Atqui Deus ſolus adorandus, *Deut.* 6. 13. & 10. 20. *Matth.* 4. 10. *Luc.* 4. 8. *Actorum.* 14. *verſic.* 15. *Apocal.* 14. 7. Quia baptizandum in nomine Chriſti, *Matth.* 28. 19. Quia idem cultus & honor debetur Filio, qui & Patri. *Ioan.* 5. … *verſi.* 22. 23. Atqui clamat Deus, *Eſaiæ* 42. 8. ſe gloriam ſuam alteri non daturum. Ergo Filius cum Patre idem in eſſentia Deus. Quia curuabitur ipſi omne genu, *Rom.* 14. 11. *Philip.* 2. *verſic.* 10. Atqui id eſt ſolius veri Iehouæ, *Eſa.* 45. 23. Quia inuocandus, *Eſaiæ* 11. 10. *Rom.* 15. 12. *Matth.* 18. 20. *Luc.* 24. 54. *Actor.* 7. 59. & *verſicul.* 15. 14. & 22. 16. *Rom.* 1. *verſ.* 7. 1. *Corinth.* 1. *verſic.* 2. 2. *Corinth.* 1. 2. *Galat.* 1. *verſ.* 3. *Epheſ.* 1. 2. *Philip.* 1. 2. *Coloſſ.* 1. 2. 1. *Theſſ.* 1. 1. 2. *Theſſ.* 2. 16. 1. *Timoth.* 1. *verſ.* 2. 2. *Timoth.* 1. 2. *Tit.* 1. 4. *Philem. verſ.* 3. 25. 1. *Pet.* 5. 14. *Apoc.* 22. *verſ.* 20. 21. Quia iuratur in eius nomine, *Eſa.* 45. *verſ.* 23. *Rom.* 14. *verſ.* 11.

§ Patrvm Orthodoxorvm Sententiae.

Eſuriuit Chriſtus, qui omnes paſcit, ſitiuit, per quem creatur omnis potus: & qui ſpiritualiter panis eſt eſurientium fons ſitientium: ab itinere terreſtri fatigatus eſt, qui ſeipſum nobis viam fecit in cœlum, obmutuit & obſurduit coram conuitiantibus, per quem mutus locutus eſt, & ſurdus audiuit. Vinctus eſt qui infirmitatum vinculis nos ſoluit: flagellatus eſt, qui omnia flagella dolorum de omnium corporibus expulit. Crucifixus eſt, qui cruciatus noſtros finiuit. Mortuus eſt, qui mortuos ſuſcitauit, & reſurrexit nunquam moriturus, ne ab ipſo quiſquam ſic diſceret, mortem contemneret: quaſi nunquam futurus. *Auguſt. de catechiz. rud.*

Iacebat Chriſtus, quantum ad carnem mortuus in ſepulchro, mortuos ſuſcitans in inferno, vitam tribuens vniuerſis in cœlo, nec mundum dimittens ad cœlum aſcendit, nec cœlum deſerens venit ad nos, ſed vno atque eodem tempore totum totus implebat, *in Matth. c.* 5. & *cont. Fœlic.*

Ego ſum via, veritas, & vita, tanquam diceret, qua vis ire? ego ſum via: quo vis ire? ego ſum veritas: vbi vis permanere? ego ſum vita, *ibidem.*

Ideo permittitur inimicus iuxta viam ponere laqueos: ne ſecutoribus ſalutationis via deſeratur, & in inſidias incidatur. Via Chriſtus humilis, Chriſtus veritas & vita. Chriſtus excelſus & Deus, ſi ambulas per humili, peruenies ad excelſum. *ibidem.*

Ambulare vis? ego ſum via: falli non vis? ego ſum veritas: mori non vis; ego ſum vita. *Sup. Ioan.*

Tota vita Chriſti in terris per hominem quem geſſit, diſciplina morum fuit. Omnia enim bona mundi Chriſtus contempſit, quæ contemnenda docuit: & omnia mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcepit vt nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in iſtis infœlicitas timeretur *de ver. relig.*

Abſtulit Chriſtus veritatem, vt rector: manſuetudinem, vt liberator: iuſtitiam, vt cognitor. *Sup. Ioan.*

Erat Chriſtus vno atque eodem tempore totus in inferno, totus in cœlo, illic patiens iniuriam carnis, hic non relinquens glorificationis, erat apud inferos reſurrectio mortuorum, erat apud ſuperos vita viuentium *Cont. Fœlic.*

Aut cum Chriſto, aut cum diabolo nos eſſe oportet: nec eſt locus medius. *de Gra. Chr.*

Chriſtus omnibus omnia factus eſt, pauper pauperibus, diues diuitibus, flens flentibus, eſurientibus eſuriens, ſitiens ſitientibus, abundans abundantibus: in carcere cum paupere eſt, cum Maria … cum Apoſtolis epulatur, cum Samaritana ſitit, in deſerto eſurit, … cibus primi hominis quem præuaricatione guſtauerat, ieiunio Domini ſolueretur. *Amb. ſuper Luc. lib.* 4.

Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre, niſi te illi auferas. *ibidem.*

Omnia habemus in Chriſto, & omnia in nobis Chriſtus. Si à vulnere curari deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt: ſi indiges auxilio, virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cœlum deſideras, via eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt. *Ambr. in quodam ſerm.*

Hoc intelligendum eſt, quod tantæ paupertatis fuerit Chriſtus, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inueniret manſionem. *Hiero. ſuper Matth. l.* 1.

Chriſtus Sanctificatio eſt, ſine qua nemo videbit filium Dei, … faciem Dei, Chriſtus redemptio, id eſt, redemptor & precium. Chriſtus omnia, vt qui omnia propter Chriſtum demiſerit, vnum inueniat pro omnibus & poſſit libere clamare, Pars mea Dominus *idem ad Pau.*

Redemptor noſter homo naſcendo, vitulus moriendo, leo reſurgendo, & ad cœlos aſcendendo aquila factus eſt, *Greg. Homil.* 4.

Iuſtus quiſque per rationem homo, per Sacrificium mortificationis ſuæ vitulus, per fortitudinem ſecuritatis ſuæ leo, per contemplationem vere efficitur aquila, *ibid.*

Mors Chriſti à morte: vita ab errore, à peccato gratia liberauit. Et quidem non per iuſtitiam ſuam peregit victoriam, quia iuſtum exſoluendo quæ non rapuit, vita per ſapientiam documentum diſciplinæ adimpleuit, gratis ex illa poteſtate peccata remiſit, quia omnia quæcunque voluit, fecit. *Bern. de noua militia.*

Non conſolatur Chriſti infantia garrulos: non conſolantur Chriſti lachrymæ cachinnantes: non conſolantur panni eius ambulantes in ſtolis: non conſolantur ſtabulum & præſepe amantes primas cathedras in ſynagogis, *In epiſt.*

Aliud ſequi Ieſum, aliud tenere, aliud manducare. Sequi ſalubre conſilium, tenere & amplecti, gaudium ſolenne; manducare, vita beata, *In ſerm.*

Gemina dulcedo ſuauitatis exuberat in pectore Domini Ieſu: longanimitas in expectando, & facilitas in donando. Nomen Ieſu quam charum, quam vtile, & ſalubre; ſi vtile non eſſet, mihi non offunderetur, ſi ſalubre non eſſet, me non lucraretur. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, *Sup. Cant.*

Putaſne filium Dei reputet Ieſum quiſquis ille eſt homo, qui ipſius nec terretur comminationibus, neque attrahitur promiſſionibus, nec præceptis obtemperat, nec conſiliis aquieſcit? *Bern. in ſerm.*

Nomen Ieſu lucet prædicatum, paſcit recogitatum, lenit & vngit inuocatum, qui ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat bonos mores atque honeſtos, caſtas fouet affectiones, *Sup. Cant.*

Nihil ita ſicut hoc nomen Ieſu iræ impetum cohibet, ſuperbiæ rumorem ſedat, liuoris vulnus ſanat, luxuriæ fluxum reſtringit, libidinis flammam extinguit, ſitim auaritiæ temperat, ac totius dedecoris pruriginem fugat, *ibidem.*

Dignus plane eſt morte, qui tibi Chriſto recuſat viuere, & qui tibi non ſapit deſipit, & qui curat eſſe, niſi propter te, pro nihilo eſt, & nihil eſt. Propter teipſum Deus feciſti omnia, & qui eſſe vult ſibi & non tibi, nil eſſe incipit inter omnia, *ibid.*

Ne mundi gloria ſeu carnis voluptatibus abducaris, dulceſcat tibi pro his ſapientia Chriſtus: ne ſeducaris ſpiritu mendacii & erroris, luceſcat tibi veritas Chriſtus: ne aduerſitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Chriſtus, *ibid.*

Quis non poſt illum libenter atque alacriter currat, qui & ab errore liberat, & errata diſſimulat; qui deinde merita viuendo tradit & præmia moriendo conquirit? *ibid.*

Habemus Chriſtum Ieſum ex patre naſcentem, in patre cubantem, cum patre ſedentem, ſub patre pendentem, à patre ambulantem, pro patre ſtantem, ſine patre morientem, *ibed.*

Sub Chriſti ſcapulis quatuor nobis beneficia conferuntur, ſub his enim abſcondimur: ſub his ab incurſu accipitrum & miluorum protegimur: ſub his vmbraculum ſalubre nos refrigerat, & nimium ſolis feruorem repellit: ſub his quoque alimur & fouemur, *In quodam ſerm.*

Prudentia vera in Chriſti doctrina, iuſtitia in Chriſti miſericordia, temperantia in Chriſti vita, fortitudo in eiuſdem paſſione reperiuntur, *Sup. Cant. ſerm.*

Chriſtus factus eſt nobis ſapientia in prædicatione: iuſtitia, in peccatorũ abſolutione: ſanctificatio in conuerſatione: redemptio in paſſione, *Serm.* 22.

Incaſſum laborat in acquiſitione virtutum, qui eas alibi quam in Chriſto quærit, *ibid.*

Chriſtus humanitatem ab Eccleſia ſubtraxit, vt daret locum fidei, *Serm.* 57.

Nomen Chriſti exprimit vnitatem perſonæ in duabus naturis, exprimit etiam dignitatem regiam, & ſacerdotalem, & gratiæ plenitudinem propter vnctionis prærogatiuam. *Damaſ. in Matth.* 16.

Paſſio tua, Domine Ieſu, vltimum eſt refugium, ſimulare remedium. Deficiente ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, ſanctitatis ſuccumbentibus meritis illa ſuccurrit. Cum enim defecerit virtus mea, non conturbor, non diffido, ſcio quid faciam. Calicem ſalutaris accipiam. Scio quod merita mea nihil ſunt. Ego vero fideliter, quando ex me nihil deeſt, vſurpo ex viſceribus Domini, quoniam miſericordia affluunt: nec deſunt foramina, nec quæ foderunt manus meas & pedes, latuſque lancea forauerunt. Per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleum de ſaxo, & guſtare quam ſuauis eſt Dominus, *Bern. in Cant.*

Non quia forma eius decore lactei coloris eluxit, aut flaui crine lampauit, aut inſigni ſtatura præeminuit, ſed veraciter humano genere pulchrior fuit, quia peccatum non habuit, quamuis pater Auguſtinus ſpeciem decoris eius dicat fuiſſe laudabilem, *Caſſiod. ſuper Pſalm.* 45.

Sicut ligat diabolus, qui peccata connectit, ita ſoluit Chriſtus qui delicta dimittit. *Sup. Pſalm.146.*

Refugium formidat fortitudo. Quid ſibi vult Euangeliſta? Deuoti militis eſt, regis ſui tacere fugam, narrare conſtantiam, aperire fortia, tacere infirma, & ſequi alta. Quod fugit autem Chriſtus non fugit timoris ſed myſterii cauſa. Bellicoſus enim ſi in bello fugit, artis eſt, non timoris; inſequentem non timet, ſed producit, vt palam vincat: *Pet. Rauen.*

Quid iugo Chriſti ſuauius? Quid onere leuius, probabilem fieri, ſcelere abſtinere; bonum velle, amare omnes, odiſſe malum, æterna conſequi, præſentibus non capi, nolle inferre alteri, quod ſibi perpeti ſit moleſtum. *Hil. in Matth.*

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Claud. de laude Chriſti.

*Proles vera Dei, cunctiſq; antiquior annis.*
*Nunc genitus, qui ſemper eras luciſq; repertor.*
*Ante tua matriſq; parens: quem miſit ab aſtris*
*Æquæuus genitor, verbiq; in ſemina fuſum*
*Virgineos habitare ſinus, & corporis arcti*
*Iuſſit inire vias paruaq; in ſede morari:*
*Quem ſedes non vlla capit, qui lumine primo*
*Vidiſti, quidquid mundo naſcente crearas*
*Ipſe opifex opus ipſe ſui dignatus iniquas*
*Ætatis ſentire vires, & corporis huius*
*Diſſimiles perferre modos, hominemq; ſubire,*
*Vt poſſis monſtrare Deum, ne lubricus error*
*Et decepta diu varij ſolertia mundi,*
*Pectora tam multis ſinerent mortalia ſæclis*
*Autorem neſcire ſuum.*

Claud. de Chriſto Seruator.

*Chriſte potens rerum redeuntis conditor æui,*
*Vox ſummi ſenſuſq; Dei, quem fudit ab alta*
*Mente pater, tantiq; dedit conſortia regni:*
*Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,*
*Paſſus corporea mundum veſtire figura,*
*Affariq; palam populos, hominemq; fateri.*

Ibidem.

*Quin & ſupplicii nomen, nexuſq; ſubiſti,*
*Vt nos ſubriperes letho, mortemq; fugares*
*Morte tua.*

Claud. de Miraculis Chriſti.

*Angelus alloquitur Mariam quo præſcia verbo*
*Concipiat, ſalua virginitate, Deum.*
*Dant tibi Chaldæi prænuntia munera reges,*
*Myrrham homo rex aurum, ſuſcipe thura Deus.*
*Permutat lymphas in vina liquentia Chriſtus.*
*Quo primum facto ſe probat eſſe Deum.*
*Quinque explent panes, piſces duo millia quinque,*
*Et Deus ex paruo plus ſupereſſe iubet.*
*Editus ex vtero cæcus noua lumina ſenſit,*
*Et ſtupet ignotum ſe meruiſſe diem.*
*Lazarus è tumulo, Chriſto inclamante, reſurgit,*
*Et duræ mortis lex reſoluta perit.*
*Nutantem quatit vnda Petrum, cui Chriſtus in alto*
*Et dextra greſſus firmat, & ore fidem.*
*Exſanguis Chriſti contingit fœmina veſtem:*
*Stat cruor in venis: fit medicina fides.*
*Iuſſus poſt multos graditur paralyticus annos,*
*Mirandum, lecti portitor ipſe ſui.*

Antholog. Sacra.

Orans cum ſudore ſanguineo Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificabat, de toto corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, emanaturas martyrum paſſiones, *Auguſt.*

*Ferre parans Chriſtus pœnam mortemque propinquam,*
*Inuictamque ſuis ingenerare fidem.*
*Cum prece ſanguineas fundebat corpore guttas,*
*Et pretium mundi ſudor erat Domini,*
*Nec crucis aſperitas poterat terrere volentem,*
*Quæ regnaturæ gloria carnis erat.*
*Sed cruor ille pares ſanctis ſpondebat honores*
*Orturis toto corpore martyribus.*
*Nam cum ſacra ſeges terrarum impleuerit orbem;*
*Omnis ab hoc vno ſemine meſſis erit.*

Ibidem.

*Quiſque conſilio æterno contraria ſentis.*
*Et verbum in noſtra carne manere negas.*
*Diuinæ pietatis opus diſſoluere quæris.*
*Speque ſua mundum diſpoliare cupis.*
*Nam quis ventura quenquam ſaluabit ab ira?*
*Quiſue hominis primi crimine liber erit?*
*Si Deitas verbi non noſtræ eſt inſita carni,*
*Aut Chriſtus falſi corporis vmbra fuit:*
*Quis genitus puer eſt intactæ virginis aluo?*
*Quæ natura annis creuit, & aucta cibis?*
*In qua prole, patrem mundi ſe credit Abraham*
*Quæue eius ſtirps eſt omnia ſanctificans?*
*Quod regale genus, ſimul eſt & pontificale,*
*Quiſue idem Dauid filius & Dominus?*
*Peccati ſeruis, & mortis compede vinctis,*
*Vnam eſt dignatus ferre redemptor opem.*
*Quid noſtri generis carnem cum morte receptam*
*Noſtra, hoſti, vt nobis vinceret, oppoſuit,*
*Et carne exuta dominantem perculit hoſtem,*
*Vt caperet palmam præda vetuſta nouam.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Gregorij Epiſcopi Niſſeni.* Deſcendit non nudum
caro factum: non Dei forma, ſed forma ſerui. Is
xit, ſe non poſſe ex ſe aliquid facere. Non poſſe enim
tatis. Sicut enim luci tenebræ, & mors vitæ: ita po
traria imbecillitas opponitur. Atqui Chriſtus eſt Dei
eſt ergo omnino imbecilla & impotens potentia. S
la eſt potentia, quid eſt potens? Quando ergo verbum
at quod non poteſt facere, clarum eſt quod non vnige
ti potentiam tribuit, ſed noſtræ imbecillitatis impo
ſtimonio comprobat. Eſt enim caro infirma, ſicut
Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Serm.
*Meminit Theod. Dialog.*

*Iuſtini martyris.* E diuerſis materiis domum
nemo tamen dixerit, domum idem eſſe quod materia
conſtructa eſt: nec enim domus eſt ſimpliciter lap
& reliqua. Nam ſi hoc eſſe, ante ædificationem
materias domum vocare licuiſſet: nunc poſtquam
coaptatæ ſunt domum abſoluunt: atque etiam ha
ſecius materiæ permanent ſui ſimiles. Cæterum do
dicimus, quam abſoluebat huiuſmodi compoſitio
Id quod & in homine accidit. Nam etſi conſtet ex
pore, non tamen idem eſt cum eis, ſed diuerſum:
itet ex copula corporis cum anima, & exiſtat tertium
aliud. Atque hoc liquet ex eorum ſeiunctione, po
ſui ſimile permanet: quandoquidem vel mortuum
nes retinet. Anima quoque æque rationalis poſt
manet vt antea. Cæterum homo perit, qui conſtab
ctione vtriuſque. At Chriſtus non ex Deitate human
ſtus factus eſt: cum non ſit diuerſus ab his duobus,
que & Homo, & Deus. Deum intelligimus ex mira
nem ex natura noſtræ ſimili: alioquin anima pleru
pus occupatur paſſione, & prior patitur, cum ipſo
non afficitur: & ſæpe ante ſectionem eius anxia
alteratur, atque poſt ſectionem nihilominus dolor
quod quidem de Deitate Chriſti orthodoxus nemo
mentis ſit, auſit dicere & cogitare. Itaque hominis
tim recipiendum, partim fugiendum eſt. *De recta*
*de ſancta & coeſſentiali Trinitate.*

Sicut poſt vnitionem primigenii luminis cum ſ
nemo hæc poteſt ab inuicem diuellere: neque alter
orſim vocabit, alterum vero lumen, ſed vnus ſol h
tur: Sic de illa vere luce & ſanctiſſimo corpore p
nullus dixerit: alterum ſeorſim filium verbum Dei
ro filium, hominem: ſed vtraque vnum & eundem
ſicut vnum lumen & vnum ſolem, tum compreh
tum corpus quod id continet. Rurſus ſicut vnum
ſol, naturæ vero duæ, altera luminis, altera corp
Sic & hic, vnus filius & Dominus & Chriſtus & vnige
turæ vero duæ, altera noſtra, altera nobis ſuperi
ſicut huic lumini lumen ineſt actu, quod nemo
ſit à corpore, conceptaculo ſuo, ratione tamen
nat naturam, cuius eſt hæc vis propria, ſicut in
vniuerſam vim nemo ſeparauerit ab vnica filietate,
men eius proprietatem ratione quiuis diſcreuerit.
plo diuinæ vnitionis adducto nos ad magis pian
nem confugimus, ſi non omnino ipſam veritatem
certe quandam eius ſimilitudinem, quæ pie ſtru
ficiant. *De recta confeſſione, ſiue de ſancta & coeſſ*
*nitate.*

*Chryſoſtomi* Et erit requies eius honor, licet diuerſ
rebus humanis contingere ſolet. Nam cum hi qui hic
gloria, rebuſque florentibus agunt, moriuntur,
eis ſimul alia omnia: id quod non ſolum in diuite,
pe atque odeo id & in regibus ipſis quis videt. Nam
irritantur, ſtatuæ obſcurantur, memoria extinguitur
rum in obliuionem venit, à cognatis deſpiciuntur
mouerint arma, concitarint ſeditiones populorum &
uocarint proſcriptos, occiderint dominos, ſimul tamen
runt hæc omnia, quamuis glorioſa prius fuerint. A
ce euenit. Ante crucem in luctu res erant. Iudas p
negauit, reliqui profugerunt, Ieſu ſolos inter in
henſus eſt, multi qui crediderant, retrorſum abierunt.
vbi occiſus eſt mortuus, vt diſcas, quod non ſit pu

…res eius non intercíderunt, ſed multo clariores illuſtrioreſ-que ſublimiores ſunt redditæ. *Contra Gentiles, quod Chriſtus ſit*

…nullus eſt locus, vbi non appareat ſol, aut non ſentiatur ca-lor: Sic nullus erit locus vbi non cognoſcatur Chriſtus, aut non …tur diuinitas eius. *In* 10. *Matth. Homil.*25.

…naſij. ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: Ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. *Apud Maximum.*

…res quæpiam extrinſecus adinuenta eſt, ſilij ſubſtantia: ne-que ex nihilo inducta eſt, ſed ex patris ſubſtantia nata eſt, quemad-modum à luce ſplendor, quemadmodum ab aqua vapor. Neque … ſplendor, neque vapor eſt ipſa aqua, aut ipſe ſol, neque res a-… defluxus ex patris ſubſtantia, ita vt patris ſubſtantia non … ſeparationem. Nam quemadmodum ſol idem manens … radiis ab ipſo effuſis: ita nec ſubſtantia patris muta-… perpeſſa eſt, quum habeat ſuam ipſius imaginem filium. *In … contra Euſebium.*

… Quemadmodum ſole arborem ſuperillucente, ſi ſe-… arborem, inciſus & impaſſibilis perſeuerat ſol: Mul-… impaſſibilis verbi diuinitas, ſecundum hypoſtaſin carni … carne patiente impaſſibilis perſeuerabit. *Lib.* 3. 26. *Or-…*

… Saluator noſter ſplendor eſt gloriæ: ſplendor autem … naſcitur, & deinceps deſinit naſci. Quotieſcunque ortum … lumen, ex quo ſplendor oritur ſplendor gloriæ. Saluator no-… ſapientia eſt Dei. Sapientia vero ſplendor eſt lucis æternæ. Sic … Saluator ſemper naſcitur. Et ideo dicit: Ante omnes colles … generauit (vt quidam male legunt) generauit. Si ſemper ex … naſcitur Dominus, etiam tu in ſimilitudinem eius tantum … adoptionis ſpiritum habens, ſemper generaris à Deo per ſingulos … ſenſus, per ſingula opera, & efficeris filius Dei, in Chriſto Ieſu. *… in Hieremiam.*

… *epiſcopi.* Ego in forma Dei eſſe, perinde exiſtimo, ac eſſe … ſubſtantia. Sicut enim formam ſerui accepiſſe, in humani-… ſubſtantia Dominum fuiſſe ſignificat: ita cum dicit, in forma … diuinæ ſubſtantiæ proprietatem conſtituit. *Aduerſus …*

… *martyris.* quemadmodum Deus totus eſt vbique, & to-… quoque, & totus in ſeipſo, & huius fidem habemus: Sic … ſimplicitas tota eſt filius, & tota eſt habens filium, & tota con-… & tota eſt habens conſilium. *In Reſponſionibus Ad Ortho-… reſponſione ad Quæſtionem* 144. *fol.*337.

*… Hippolyti, epiſcopi & martyris.* Arca ex lignis quæ putreſce-… non poterant, erat ipſe Seruator. Eius enim tabernaculum nulli … obnoxium, & ab interitu alienum ideo prædicaba-… quod nullam peccati putredinem produxiſſet. Qui enim … confitetur, & dicit: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatri-… à facie inſipientiæ meæ. Dominus autem erat à peccato …, vt qui ex lignis putrefactioni minime obnoxiis, quod ad … ſtatem attinet, nempe ex virginis & ſpiritus Dei verbi, … puriſſimo, intra & extra eſſet contectus. *In oratione … in illud: Dominus paſcit me. Meminit Theodoretus …*

… *Apollinaris.* Si ignis cum ferro commixtio, quæ ferrum …, vt etiam ea faciat quæ ſunt ignis, eius naturam … nec Dei cum corpore vnio, eſt mutatio corporis: … corpore diuinas præbente operationes iis qui poſſunt …, eis rurſus coniungit. Si homo habet animam & …, eaque manent in vnione: Multo magis Chriſtus ha-… diuinitatem cum corpore, habet vtraque permanentia, & … confuſa. *Lib. Compendiario. Meminit Theodoretus dialogo* 2.

*… Olympiodori.* Sicut qui ſolem hunc ſenſibilem vident, per ipſius … viſibilia intuentur, atque ita ſenſus ipſos variis officiis in-…, qui vero ſolem non vident, in tenebris deſident ocioſi, … non videant quæ ſolis lumine illuſtrantur: Ita pari ra-… qui intelligibilem contuentur ſolem, lumen in mente ſua …, per quod plane vident atque cognoſcunt, quæ ad e-… ſolis voluntatem ſibi agenda ſunt, quæue etiam omitten-… *In Eccleſiaſt. c.* 11.

*… Chryſoſtomi.* Quemadmodum ſi in vno tempore lux cum lucife-…, gratiam luciferi celat: Ita ſi viuo Ioanne prædicare … Chriſtus, ſine dubio vilem feciſſet Ioannem, & inuenta … prædicatio eius ſuperflua, quantum ad iſtius doctrinam. *… Matth. Homil.* 6.

… Quemadmodum ſi magiſter militum videat dominantem ty-…: & det conſilium regi, dicens: Exi obuiam illi, quia tota … prouincia: nam fortior eſt tua fama, quam mea virtus, & ec-… magiſtro militum ducitur, & tamen non eſt minor eo qui … Ita Ieſus ductus eſt à ſpiritu in deſertum, &c. *In c.* 4. *Matth.*

… Quemadmodum qui artem natandi docent: principio multa … diligentia diſcipulos geſtant, poſt vnum autem & alterum, & ter-… diem ſubtracta illis dextera præcipiunt, vt ſeipſos iuuent, & … nunquam illos parumper mergi ſinunt, ita vt & multum ſal-… ſorbeant: Ita & cum diſcipulis ſuis Chriſtus faciebat. Nam initio nihil eos pati ſinebat, vel paruum vel magnuum, ſed vbi-que aderat muniens & circumuallans eos, facienſque vt omnia vbertim eis affluerent: cum vero tempus eſſet, vt virilitatem ſuam ipſi declararent, ſubtraxit aliquandiu beneficium, præci-piens eis, vt etiam per ſeipſos multa perficerent. *Homilia in Pri-ſcillam & Aquilam.*

Sicut cautus venator, beſtiam comprehendere volens, quum viderit præcipitem locum, ex vna parte illius, ex altera parte eri-git retia, vt ex quacunque parte exilierit, aut in retia incidat, aut in præcipitium cadat: Sic & Dominus Iudæis ſimplici interro-gatione laqueum poſuit; videlicet vnde eſſet baptiſma Ioannis, ex Deo, an ex hominibus: vt ſi quidem de cœlo dicerent, in laqueum reprehenſionis inciderent: Quare ergo non creditis ei? Si autem de terra dicerent, quaſi in præcipitium, ſic in periculum mortis incur-rerent apud populum, vt lapidarentur. *In Matth.* 21. *Hom.*39.

Quoniam pacto, qui regem aliquando precioſiſſimo cultu or-natum, pretioſiſque vndique fulgentibus lapidibus conſpicati, aliis ſpeciem illam, ac maieſtatem enarrare volunt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, albas mulas, auratos curribus enar-rant. Cum verbo & his, & aliis collectis cultum illum omnem ma-ieſtatemque verbis comprehendiſſe ſibi non videantur, continuo addunt. Quid multis opus eſt? vno verbo dicam, Quaſi rex. Cum ex hoc verbo (Quaſi) non regi ſimilem, ſed ipſum regem velint ſi-gnificare: Ita hoc in loco Euangeliſta, Quaſi inquit: ad gloriæ ma-ieſtatem, & incomparabilem excellentiam ſignificandam. *Homil.* 11. *in Iohannem.*

*Bernhardi.* Lex Chriſti onus eſt alleuians aut iugum liberans ſi-milis pennis auium, quæ corpulentiorem reddunt ſubſtantiam agiliorem: proceſſit inde natura, vnde ſarcina alleuiatur: & quan-tum creſcit in maſſa, tantum decreſcit de pondere. Item & quadri-gæ comparatur, quæ admota iumento ſarcina, quæ ab ipſo moueri non poterat, auget quidem, ſed portabiliorem facit: onus oneri ad-ditur, & minus onerat. *Epiſt.* 17.

---

# Chriſti aduentus.

## ETYMOLOG. ET DIVISIO.

CHRISTI ADVENTVS, Græce χριστοπαρουσία, & προσέρχομαι aduento dicitur.

Chriſti aduentus triplex: in carne, per incarnationem, de qua infra *in Chriſti incarnatione*, in mente, per gratiam, & ad iudi-cium, de quo infra, *in Iudicium finale. Ex B. Thom. ſuper Iſaiæ prolo.*

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ve-niat, qui mittendus eſt. Et ipſe erit expectatio gentium: ligans ad vi-neam pullum ſuum, & ad vitem filium aſinæ ſuæ. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuarum pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. *Geneſ.*49.

Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; & dare ani-mam ſuam in redemptionem pro multis, *Matthæus in Euangelio cap.* 20.

Sicut fulgor exit ab oriente, & apparet vſque in occidentem. Ita erit aduentus filij hominis. *Matth.*24.

Sed ſicut erant dies Noe: Ita erit aduentus filij hominis. *Matt.*24.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Chriſti aduentus duplex: Prior in carnem, *Eſa.*11. 10. *Ioan.* 1.24. *Roman.* 1. 3. & 9. 5. & 15.12. *Gal.*3.16. *Ephe.* 4.10. *Hebr.*1.5. & 10. 5. 1. *Petr.*1.20. 2. *Pet.* 1.16. 1. *Ioan.*1.2. & 4. 2. 2. *Ioan. verſicul.*7. Prior ipſius aduentus, abiectus, & crucis ignominia humilis, *Eſa.* 53.2.3.7. & 62. 11. *Zach.* 9. 9. *Matth.* 2.13. & 8. 20. & 20. 28. *Marc.* 3. 2. *Luc.*9.58. & 22. 27. *Ioan.*6.51. & 7.10. & 10.11. & 13.3. *Act.*8.32. *Ro.*5.5. *Phil.*2. *verſ.* 7.8. *Hebræor.*2.9. Poſterior aduentus Chri ad iudicium, magnificus & glorioſus, *Matth.*16.27. & 24. 30. & 25.31. & 26.64. *Marc.*13.26. & 14.62. *Luc.*9.26. & 12. *verſ.*36. 40. & 17.24. & 21.27. & 22.69. *Act.* 1. 11. & 3.21. & 10.42. & 17.31. *Rom.*2.16. & 14.10. 1. *Cor.*1. *v.*7.8. & 11.26. 2. *Cor.*5.10. *Gal.*4.4. *Phil.*2.20. & 3.20. *Coloſſ.*3.4. 1. *Theſſ.*1.10. & 2.19. & 4.16. & 5. 23. 2. *Theſſ.* 1. *v.* 7.8.10. & 2. 1. 1. *Tim.* 6.14. 2. *Tim* 4. *verſ.* 1.8. *Tit.* 2. 13. *Heb.*9. 28. & 10. *v.*25.37. *Iac.* 5. *verſ.*7.8.9. 1. *Petr.* 1. 7. & 4. *verſ.* 5.7. & 5. 4. 2. *Pet.* 3. *v.* 4. 10. 12. 1. *Iohan.* 2. 28. & 3 2. *Iuda verſ.* 24. *Apoc.* 1.7. & 2.25. & 16.15. & 22. *verſicul.* 7. 12. 20.

## ¶ PATRUM SENTENTIÆ.

Nulla cauſa veniendo Chriſti Domino, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Venit ergo de cœlo magnus medicus, quia per totum vbique iacebat ægrotus. Genus ergo humanum totum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo totum erat. Ideo venit vnus ſine peccato, qui ſaluos faceret omnes ſiue peccato. Non enim eum de cœlo ad terram merita noſtra, ſed peccata traxerunt. *Auguſt. ſuper Ioan. & in gl. 1. Tim. c. 1.*

Pater & filius & ſpiritus veniunt ad nos, dum venimus ad eos: Veniunt ſubueniendo, veniunt illuminando, veniunt obediendo, veniunt metuendo, veniunt implendo, veniunt capiendo. *Aug. ſup. Ioan.*

Signum aduentus dominici eſt, in toto orbe Euangelium prædicari, vt nullus ſit excuſabilis: quod aut iam completum eſt, aut breuiter credo complendum. Non enim puto aliquam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret. *Hieronym. ſuper Matth.*

Hoc tempus non ſine cauſa Domini aduentus vocatur. Ideo enim ſancti patres celebrare ceperunt aduentus, vt ſe vnuſquiſque præparet fidelis & emendet, vt digne Dei ſui natiuitatem valeat celebrare. Ille iuſtus venit ad nos peccatores vt ex peccatoribus faceret iuſtos. Pius venit ad impios, vt pios: humilis venit ad ſuperbos, vt ex ſuperbis faceret humiles *Ambro. ſuper Lucam.*

Dignum eſt, fratres, vt tota deuotione, Domini celebremus aduentum: delectati tanta conſolatione, ſtupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione. Nec ſolum cogitemus aduentum, quo venit quærere & ſaluum facere quod perierat: ſed & illum nihilominus quo veniet, aſſumet nos ſeipſum. Vt circa hos duos aduentus iugi meditatione verſemur, ruminantes in cordidus noſtris, quantum in priore præſtiterit, quantum promiſerit in ſecundo, *Bern. in ſerm. 4. de Adu.*

Venio vt errantes corrigam, infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide confirmem, & bene agentium fructibus perfectis, quaſi ſuauiſſimis dapibus paſcar, & certantes ab hoſtium defendam inſidiis, & victores hoſtium, perpetuæ viſionis meæ corona remunetem *Beda ſup. Cant. lib. 4. ſuper illud: Veni in hortum meum.*

¶ Similitudo.

*Chryſoſtomi.* Sol appropinquans ad proceſſum, antequam Dionis appareat, mittit radios ſuos, & facit albeſcere orientem, vt procedens aurora diei aduentum demonſtret: Sic Dominus natus in mundo, antequam appareat, ſpiritus ſui fulgore tranſmiſſo illuminauit Ioannem, vt præcedens ille, aduentum Saluatoris annunciet: ne forte ſubito veniens & dicens ſe eſſe filium Dei, propter ipſam magnam atque terribilem indicationem rei ipſius, magis ſe incredibilem oſtenderet. *In c. 3. Matth.*

*Epiphanii.* Sicut rex profecturus in regionem, præmittit ante ſe in equis præparatores, prænuncios. Et quanto magis aduentus regis appropinquat, tanto plures præcones aduentum anticipantes, & in vrbibus aduentum denunciantes. Vbi vero venerit iam rex in vrbem, quæ amplius eſt vtilitas præconum? Quid opus eſt equitibus, aut aliis denunciantibus regis aduentum, quando ipſe rex intus eſt? Sic etiam lex & Prophetæ vſque ad Ioannem: vbi vero Ioannes prædicauit vocem in deſerto, & oſtendit, Hic eſt agnus Dei; qui tollit peccatum mundi: non amplius prophetis opus eſt, quo veniant & prædicent nobis Chriſti ex virgine aduentum. Opus autem fuit his, qui nunciauerunt aduentum, ad aduentus ipſius confirmationem, quoniam præannunciatus fuit, *Lib. 2. Tom. 2.*

Quemadmodum ſi quis pædagogum haberet, velut etiam Apoſtolus dicit, quod pædagogus noſter eſt lex ad Domini aduentum, vbi peruenerit ad ætatem, & acceperit præceptorem, non omnino reiicit pædagogum, velut inimicum: Sic & nos deducti ſumus in lege & prophetis, vſque ad aduentum præceptoris. Reperto autem præceptore, non reprobamus pædagogum, ſed etiam ipſi gratiam confitemur, quod pueritiam noſtram deduxit, & ad perfectiores diſciplinas nos dimiſit. *Lib. 2. Tom. 2.*

*Vide ſupra, Aduentus Domini.*

---

# Chriſti Incarnatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CHRISTI Incarnatio, Græce *χριστοῦ σάρκωσις & σαρκόω* incarno dicitur. Chriſti incarnatio eſt principium omnium meritorum humanorum, *Ex B. Thom. 3. Sententiarum, diſt. 4. q. 3. art. 1.*

¶ Sententiae Biblicae.

Exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Dominus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. *Ioan. 3.*

Ego ſum Lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. *Ioan.* 8.

Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. *Ad Rom. cap. 10.*

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, *Ioan.* Luc. c. 1. v. 32. 33. 68. Matth. 1. 1. 16, 20. & 2. 2. Rom. & 3. 23.

¶ Sententiae Patrum.

Tota vita Chriſti in terris per hominem, quem geſſit, morum fuit. *Aug. lib. de vera relig.*

Omnia bona terrena contempſit homo Chriſtus, mnenda monſtraret, & omnia terrena mala ſuſtinuit, da præcipiebat: vt nec in illis quæreretur felicitas, nec meretur infelicitas. In ciuitate vili eſt natus, cuius ſtis, Pauper eſt Chriſtus factus, cuius ſunt omnia, ne uitiis quiſque extolleretur. Noluit rex ab hominibus militatis viam oſtendebat miſeris. Eſuriuit, qui omnes uit, qui eſt fons ſitientium; fatigatus eſt ex itinere, qui nobis in cœlum; obmutuit & obſurduit, per quem eſt, & ſurdus audiuit, vinctus eſt, qui infirmitatum mortuus eſt, qui mortuos ſuſcitauit. Amore itaque eius tiamur, vt clamat Paulus ad Philippenſes. *Aug. lib. de ... dibus.*

Iacebat Chriſtus quantum ad carnem, mortuus mortuos ſuſcitans in inferno, vitam tribuens vniuerſ non mundum dimittens ad cœlum aſcendit, nec cœlum venit ad nos: ſed vno atque eodem tempore totum *Aug. ſuper Matth. c. 55. & contra Felicianum.*

Ego ſum via, veritas, & vita: tanquam diceret, qu ſum via, quo vis ire? Ego ſum veritas, vbi vis permane vita, &c. Ideo permittitur inimicus iuxta viam ponere ſecuræ exultationis via deſeratur, & in inſidias Chriſtus humilis: Chriſtus veritas & vita: Chriſtus us. Si ambulas in humili, peruenies ad excelſum. *Aug. Matth. c. 55.*

Non liberaretur humanum genus, niſi ſermo Dei eſſe humanus: Nam & ille homo dicitur eſſe huma exhibet hominem, & maxime hoſpitio ſuſcipit ho ergo humanus dicitur, qui in domo ſua ſuſcipit quam humanus eſt, qui in ſeipſo ſuſcipit hominem mo non periiſſet, filius hominis non veniſſet. *Aug. Apoſtoli.*

O Iudæe, citharam reſpice, vt muſicum melos reddat. Tria pariter adeſſe videntur, ars, manus, chorda vnus ſonus auditur: ars dictat, manus tangit, chorda pariter operantur, ſed ſola chorda reſonat, nec ars, nec num reddunt, ſed cum chorda pariter operantur. Sic Spiritus ſanctus ſuſceperunt carnem; & tamen cum operantur: ſonum ſola chorda excutit? carnem ſolus cepit; operatio in tribus conſtat. Sed quo modo pertinet chordam ſoni redditio; ſic pertinet ad ſolum Chriſtum manæ ſuſceptio. Dicat mihi Iudæus incredulus; arida virga fronduit & floruit, & nuces protulit; & ego Quo modo virgo concepit & peperit. Sed profecto Iudæ gæ poterit explicare conceptum, nec ego virginis partum *de incarnatione Domini, contra Iudæos.*

Formam viri aſſumendo, & de fœmina naſcendo xum hoc modo honorandum indicauit. *Aug. cont. Fau.*

Si ratio quæritur, non erit mirabile: ſi exemplum erit ſingulare. Demus, Deum aliquid poſſe, quod nos ueſtigare non poſſe, in talibus rebus tota ratio, & facti *Aug. ep. 2. ad Voluſianum.*

Deus pater vnicum filium ſuum in vtero virginis naturæ coniungens, Deum ante ſecula ſibi coæternum hominem in fine ſæculorum: & quem ſine tempore uandis hominibus cum tempore oſtendit. *Greg. lib. ralium.*

Mediator Dei & hominum, vt culpas noſtræ extingueret, venit mortalitatis noſtræ flagella toler patri æqualis eſt per Diuinitatem, propter nos venit per carnem. Quæ nimirum flagella non ſuſciperet, hominis damnati redimendo ſumpſiſſet. Et niſi primus linqueret, ſecundus ad paſſionum probra minime ſtus in carne natus de Virgine, contagio culpæ eſt? & tamen vltione culpæ depreſſus eſt: admiſſa buit, & tamen pœnam carnalium ſine culpa ſuſcepit *Moralium.*

Scio quod caro verbum factum eſt, & quomodo neſcio: miraris, quia ego neſcio, omnis creatura *Chryſoſtom. hom. 5.*

Tria opera tres miſturas fecit omnipotens illa ſumptione noſtræ carnis: ita mirabiliter ſingularia, ter mirabilia, vt talia nec facta ſint, nec facienda per terram. Coniuncta quippe ſunt adinuicem Deus mater & virgo, fides & cor humanum. Verbum caro in vnam conuenere perſonam? & hæc tria num tria ſunt: nec in confuſione ſubſtantiæ, ſed ſonæ. Hoc eſt prima & ſuperexcellens miſtura. Secunda go & mater, vtique & admirabilis, & ſingularis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...derem, quod virgo eſſet quæ peperit, & mater eſſet quæ virgo manſit. Tertia, eſt fides & cor humanum, & hæc quidem inferior, ſed non minus forſitan fortis. Mirum enim quomodo cor humanum his duobus fidem accommodauit: quomodo credi potuit, quod Deus homo eſſet, quod virgo manſerit, quæ peperiſſet. Sicut ferrum & teſta iungi non poſſunt, ſic hæc duo nequeunt commiſceri, ſi non miſceat glutinum ſpiritus ſcilicet Dei. Et hæc quidem mira excellens, ſecunda excellentior, ſed tertia excellentiſſima. *Bern. ſerm. 3. in vigilia Natiuit.*

Quanti te fecit Deus ex his, quæ pro te factus eſt, agnoſce, vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quanto enim minorem ſe fecit in humilitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quanto pro me vilior, tanto mihi charior. Aduerte homo, quia limus es: & non ſis ſuperbus: & quia Deo iunctus es, non ſis ingratus. *Bern. ſerm. 1. de Epiphania.*

Nulla cauſa veniendi fuit, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ. *Hugo lib. de Sacramentis.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi*, ſicut in nocte rerum facies non apparet, ſed & gemma quaſi lapis videtur, & lapis quaſi gemma exiſtimatur: Sic & ante aduentum Chriſti humanorum cordium non apparebat differentia, ſed & mali quaſi boni ſuſtentabantur, & boni quaſi mali contemnebantur. *In Matth. 25. hom. 54.*

Quis dives à paupere diuitias quærit? Magis autem pauper à diuite diuitias quærit. Omne bonum de cœlo deſcendit in terram, non de terra aſcendit iu cœlum. *In cap. Matth.*

Chriſtus ſuo deſcenſu naturam ſuam nihilo inferiorem reddit, noſtram, cum ignominia ante in tenebris eſſemus, erexit ad ſupernam gloriam: non aliter quam cum rex inopem mendicumque ... & beneuolentia quadam alloquitur, nihil ſe indignum facit, illum vero omnibus admirandum reddit. *Hom. 16. in Ioan.*

Quemadmodum optimus architectus domum ſitu & vetuſtate ... ita communi hominum natura accepta, eius perditas ... partes disiuncta & abſciſſa copulauit, & quæ prorſus ... erexit. *Hom. 11. in Ioan.*

... eramus ſicut qui ſunt extra regales aulas, in vinculis col... & qui habent apud regem pro culpis aliquibus offenſam, ... quippe à regali aula foris excluſi ſunt: qui vero voluerit veniam impetrare, non primum ipſos in aulam regis introducit, ſed ipſe foras egreditur, ibique commiſcet cum eis ſermocinationem & negotium, vſque dum eos correctos & dignos efficiat, qui regi repræſentari mereantur. Sic & Chriſtus effecit. Egreſſus quippe ad nos, id eſt, carnem ſumens, & collocutus nobiſcum ... nobis regis innotuit, & ſic nos à peccatis emundans, & ad Deum conuertens, in aulam regalem, velut mediator optimus ... Ideo incarnationis ſuæ aduentum vocat exitum, Paulus ... *Hom. 3. ad Hebr.*

*Damaſceni.* In ignito gladio ſicut naturæ ſaluantur ignis & ferri, & ſignificationes & perfectiones eorum: ferrum habet virtutem ſecandi, ignis vrendi. Inciſio perfectio operis ferri, igniſcombuſtio: Sic in Chriſto diuinitas & diuina opera, humanitas & eius opera. *Lib. Orth. fid. c. 15.*

... ignitum ferrum, non naturali ratione vſtiuam poſſidens ... ſed ex vnione ignis ad ferrum, illud obtinet: Ita humanitas diuinitati ſociata. *Lib. 3. Orth. fid. c. 17.*

Quemadmodum ſi quis ignito ferro ſuperinfundat aquam, ... quidem natum eſt pati ab aqua (ignis dico) extinguitur, ... vero manet ferrum, non natum enim eſt ab aqua corrumpi: Multo magis carne paſſa, ſola impaſſibilis diuinitas paſſionem non adimit, inſeparabilis ad ipſa permanens. *Lib. 3. c. 26. Orth. fid.*

*D. Baſilii.* Quomodo ergo inquit corporali infirmitate Deus ... repletus non eſt? Hoc modo, inquam, quo neq; ignis ferri proprietates in ſe traiicit. Nigredinem habet ferrum & frigus, ignitum tamen ſpeciem ignis induis, & candeſcens ignem non inficit: & vt ipſum flammeſcit, ita flammam ignis ſuo frigore non ... Pari ratione humana Domini caro diuinitatis particeps ... diuinitati ſuas infirmitates non impertit. *In ſerm. de Chriſti natiuitate.*

Vt remedia ſalutaria vbi corpori accommodata fuerint ... & vt tenebræ in domum allatis luminibus reſoluuntur: Ita mors, quæ in humana natura tyrannidem exercuerat, Deitatis aduentu profligata eſt, & vt in aqua facies quam... & tenebræ ſunt liquores, ſub ſua poteſtate tenet, ad ... vero incaleſcentis radios eliqueſcit: Ita vſque ad aduentum Chriſti mors regnauit: vbi vero apparuiſſet gratia Dei ſal... illa, & exortus eſſet ille ſol iuſtitiæ, abſorpta eſt mors in victoriam, veræ vitæ acceſſum non ferens. *in ſermone de Chriſti natiuitate.*

*Saluiani* Epiſcopi ſicut illas naturæ admirabilis gemmas ferunt, quæ ferro propius admotæ, duriſſimum licet chalybem, affectu ... ſpirante ſuſpendunt: Ita etiam ille; id eſt ſumma & clariſſima ... negotiorum cœleſtium gemma hoc ſcil. voluit: vt dum ſe licet ... nobis, deſcèdens de cœlo propius adiungeret, affectu ſuo dos quaſi amoris ſui manibus admoueret, vt agnoſcentes vtique dona ſua ac beneficia, intelligeremus, quid nos pro domino tam bono facere conueniret, cum ille pro malis ſeruis tanta feciſſe comperiretur. *De vero iudicio & prouidentia Dei, lib. 4. fol. 22.*

*Theodoreti Epiſcopi.* Decebat Deum hominem liberare, propter quem lunam, ſolem, ſtellas & terram creauit: potuit loqui de cœlo, vt omnes audirent: ſed maluit flere in præſepio: non angelum miſit. Atqui medicos illos maxime laudare ſoletis, non quidem qui nos miniſtris ſuis curandos ægros committunt: ſed qui pallium deponunt, linteolumq; ſuccincti, ſuis ipſi manib. ferrum accipiunt, vlcuſque, ſi ſit opus, incidunt: neque fœtorem vlceris auerſantur, imo autem profluentem ſaniem excipiunt, atque vnguenta compingunt. Neque vero illos etiam reges admirari, & laudibus ornare ſoliti eſtis, qui regalib. in thalamis enutriti molliter, omni deliciarum genere perfrui ſolent, ſed quibus graue non eſt pro ſubditis hominibus caput periculis obiectare, quique armis obiecti, in prima acie cum hoſte fortiter pugnant. *De Græc. cura. ſerm. 6.*

Quemadmodum non quod ipſe maledictū factus ſit, ſed quod pro nobis maledictum ſuſcepit, maledictum factus eſt: Ita non quod conuerſus ſit in carnem, ſed quod carnem ſuſceperit, dicitur factus caro. *Dialog. 1. fol. 47.*

*D. Auguſt.* Solem radiis per cloacam fœtores, & quæque horribilia vſquequaque diffundi videmus, & in his operari ſecundum naturam ſuam, nec tamen inde aliqua contaminatione ſordeſcere, cum viſibilis lux, viſibilibus ſordibus ſit natura coniunctior: quanto minus poterat populi verbum Dei, non corporeum, neque viſibile, de fœminæ corpori, vbi humanam carnem ſuſcepit cum anima & ſpiritu: quibus interuenientibus habitat maieſtas verbi, ad humani corporis fragilitatem ſecretius? *Lib. de fide & ſymbolo. c. 4.*

Veluti ſi quis noſtrum aut purpuram, aut regale diadema iaciens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? quum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit: ſi ea ſimul cum rege adorare contempſerit: Ita etiam in Chriſto Domino humanitatem non ſolum aut nudam, ſed diuinitati ſuæ vnitam vnum Dei filium Deum verum, & hominem verum qui adorare contempſerit, æternæ mortis pœnam patietur. *De verbis Domini ſecundum Ioan. ſerm. 58.*

*Hilarii.* Vnigenitus, Deus hominem verum ſecundum ſimilitudinem noſtri hominis non deficiens, à ſe Deo ſumpſit. In quo quamuis aut ictus incideret, aut vulnus deſcenderet, aut modi concurrent, aut ſuſpenſio eleuaret, afferrent quidem hæc impetum paſſionis, non tamen paſſionis dolorem inferrent, vt telum aliquod aquam perforans, vel ignem compungens, vel aera vulnerans. *De Trin. lib. 11.*

*Bernhardi.* Campus ſine omni humano floret adminiculo, non ſeminatus ab aliquo, non defoſſus ſarculo: nō impinguatur fimo: Sic omnino virginis aluus floruit, ſic inuiolata integra & caſta Mariæ viſcera, tanquam paſcua æterni nitoris floruerunt: cuius pulchritudo nnn vidit corruptionem, flos in perpetuum non marceſcat. *De Chriſti aduent. 11.*

*Caſsiani.* Sicut vir & mulier vnum corpus ſunt: Ita maieſtas diuinitatis & caro hominis vniuntur, & facti ſunt ij idem Deus & anima in caue vna. Qua ſicut caro illa habitatorem in ſe habuit Deum, ita anima quoque incohabitantem Deo. *Lib. 5. de incarnatione.*

*Venantii Honorii Clementiniani.* In Chriſto ſaluatore humani generis ſicut in ſanctificatione Spiritus, nulla fragilitas extitit: Sic net in partu eiuſdem, cauſa corruptionis apparuit. Qui in cœlis vnus, in terris vnicus, per portam virginis ingredi mundum dignatus eſt. *In enarratione fidei.*

*Ruberti Abbatis.* An extrahere poteris Leuiatham homo? & fune ligabis linguam eius? generatio Chriſti ab Abraham vſque ad Ioſeph, virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, quaſi longa piſcantis linea eſt: cui lineæ ferreus hamus ſubligatus carne adoperitur, ob hoc vt piſcis edulio prouocatus quod foris patet, ferro ſeipſum ſtrāgulat, quod intus latet diuinitas Chriſti quaſi ferrum diabolo extitit: hoc ferro captus & extractus foras mittetur, ſicut factum credimus. Iſte eſt circulus, quem Deus in naribus diaboli poſuit, iſta eſt armilla, qua maxillam eius perforauit. Iunxit ſe initium fini, id eſt, Deus homini: & ita hæc, ſcil. initium & finis, occurrerunt ſibi in vtero virginis, vt nares ſuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, & armillam ſuam voracem perforaret, talis armilla, armilla gloriæ & honoris: vnde nunc vſque fatuus trahetur: & quod auidemomorderat, tenere non poteris, per maxillæ foramen emittis. *Lib. 1. in Matth.*

*Iacobi de Valentiis.* Vnicornis ſiue monoceros eius virtutis eſt, vt ſuo cornu attracta aqua etiam aliquo veneno corrupta reddatur ſalutaris; vnde traditur à naturalibus: prius attingere aquam cornu quam bibat. Ita Chriſtus ſua humanitate aquas peſtiferas reddidit ſalubres, ad peccatorum remiſſionem. *In Pſalmum 24.*

*Baſilii.* Vt lumen per cryſtallinas bracteas: Ita per humanum corpus diuinitas his relucet, illuſtrans eos qui puros habent mentis oculos. *In ſerm. de Chriſti natiuitate.*

S Quomo-

Quomodo per vnum; inquit, in omnes deuenit lumen, aut quo pacto in carne diuinitas eſſe poſſit: eodem inquam modo quo ignis in ferro, non tranſitione, ſed communicatione. Non enim ad ferrum ignis excurrit, ſed in ſuo loco permanens, vim ſuam ei impertit: nec impertiendo id minuitur, quanquam id quod ipſum recipit, totum compleat. Hoc modo verbum Dei non dimotum à ſeſe, habitauit in nobis ſine vlla immutatione. *In ſerm. de Chriſti natiuitate.*

*Nazianzeni.* Quatenus ſerui forma eſt, ſeruis ac conſeruis ſeſe accommodat, & alienæ formæ conformat, totum me vna cum meis in ſeipſo gerens: vt quemadmodum vel ignis ceram, vel terræ vaporem ſol, ſi quod in me vilius eſt, in ſe ipſe conſumat, ex quo commercio bonorum illius & ipſe fiam particeps. *lib. 4. de Theolog.*

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: ac propterea ab homine adimunt quod eſt pulcherrimum: perinde ac ij qui pinguiora auferunt cum pellibus; quo Deum prohibeat à carne: tempus eſt vt illi dicatur Deum ſolum carnis eſſe Deum; & non etiam animarum, ſecundum quod ſcriptum eſt: Quemadmodum dediſti ipſi poteſtatem vniuerſæ carnis, & ad te omnis caro veniet. Et benedicat omnis caro nomen eius ſanctum; hoc eſt omnis homo. *In Orat. poſt reditum ex agro.*

*Theophylacti.* Quemadmodum peritiſſimi medici, febre adhuc in præcordiis permanente & ægroti corpus acrius diuexante & ægritudinis fomentis adaucta magis, incenſaque nullam afferunt languenti medelam, quæ languoris cauſas tollat, ſed ne morbus increſcat, operiuntur: Sic & vobiſcum agit animarum medicus ille: expectat enim vt prorſus omnis retegatur nequitia, vt nihil maneat ex his quæ recondita ſunt, incuratum: ſic demum retectis ille & patentibus malis medebitur. *In epiſt. ad Hebr. c. 9.*

Sicut medici ſinunt in ſæui morbi vlceribus humorem colligi, & deinde remedia apponunt: Ita & peccatum oportebat omnes ſuas ſpecies indicare, & deinde magnum medicum imponere pharmaca. Et propterea expectauit Chriſtus, donec Diabolus malitiæ menſuram impleret: & tunc demum incarnatus eſt, & omne genus malitiæ per ſanctam vitam ſuam ſanauit. *In Luc. c. 14.*

Non aliam Chriſtus præter humanam hanc carnem aſſumpſit; quam & ſanctificauit aſſumptam, & coronauit condemnato peccato, quod carni ineſſet, quam ſuſcepiſſet: hanc ipſam oſtendit nequaquam eſſe natura peccatis addictam: nec ſecus Chriſtus effecit, quam faceret quiſpiam, qui muliere aliqua in foro vapulante conſpecta, vt eam à verberantium manibus eruat, fœminæ illius ſe vel priuatæ & infimæ ſortis filium fateatur, cum regius ſit. *In c. 8. ad Rom.*

*Athanaſii.* Sicuti mens, cum in toto diffuſa ſit homine, ex parte tamen corporis, id eſt lingua ſignatur, neque tamen ideo quiſquam mentis ſubſtantiam dicit imminui: Ita & verbum cum per omnia ſit indignum, aut indecens, minime videri debet, ſi humano vti voluerit, ad ſe ac patrem iudicandum, inſtrumento. Nam ſi indecens eſt, corporis vti inſtrumento: indecens erit ipſum & in toto eſſe. *Lib. 2. de Verbi incarnat.*

Quemadmodum non liberati eſſemus à peccato & maledicto, niſi natura humana caro eſſet, quam verbum induit, nihil enim nobis fuiſſet commune cum alieno: Ita nec homo Deus factus eſſet niſi natura ex parte, & verum & proprium eſſet eius verbum quæ caro factus eſt. Propterea enim talis facta eſt coniunctio, vt diuinitati, quæ eſt ſecundum naturam, hominem coniungeret, firmaque ac ſtabilis eſſet eius ſalus & Deificatio. Qui ergo ex patre natura eſſe negant, & proprium eiuſdem ſubſtantiæ filium: negent etiam eum carnem veram & humanam aſſumpſiſſe ex Maria virgine, *Lib. 2.*

# Chriſti Natiuitas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CHRISTI Natiuitas, Græce χριϛȣ γενέτη,ης,ἡ, vel γένεσις.ιος,ἡ, dicitur. Natiuitas eſt exitus à generante coniuncto, à quo habet principia ſufficientia. Et dicitur oriri, ratione primi, naſci ratione ſecundi, & gigni ratione tertij. *Ex B. Thoma 1. parte, quæſt. 27. art. 2. & 3. Sentent. diſt. 8. q. 1.*

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Dixit paſtoribus angelus: Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus in ciuitate Dauid. *Luc. cap. 2.*

## ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Aurum igitur ſoluitur, quaſi regi magno; Thus adoletur vt Deo; Myrrha præbetur tanquam pro ſalute omnium morituro. Habuit enim prædicatores angelos, narrantes cœlos, adorantes magos. *Aug. in ſerm. de Epiph.*

Nobilitas fuit Chriſti naſcentis, in virginitate parientis, nobilitas in diuinitate naſcentis. *Aug. ſup. Ioan.*

Mihi enim impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum ... cit, vox ſilet; non mea tantum, ſed & angelorum: ſupra ... ſupra Cherubin, & ſupra Seraphin, & ſupra omnem ſenſum ... ſcriptum eſt: Pax Chriſti ſupra omnem ſenſum eſt. Quo... eſt ſupra omnem ſenſum tanta generatio? Tu ergo ... ne, ſcrutari non licet ſuperna myſteria. Licet ſcire quod ... non licet ſcire quomodo natus ſit. Hoc enim quærere ... ineffabilis enim eſt illa generatio. Vnde Iſaias ait: Generationem ... ius quis enarrabit? Hæc humanum ſenſum, & intelligendi ... di excedit: hoc non capit humanæ intelligentiæ ratio, ſed ... fidelis profeſſio. *Ambroſ. cont. hæret.*

Nato regi aurum offerimus, ſi in conſpectu illius, clarit... næ ſapientiæ reſplendemus. Thus offerimus, ſi cogitationes ... per ſancta orationum ſtudia in ara cordis incendimus ... re per cœleſte deſiderium redolere valeamus; Myrrham ... ſi carnis deſideria per abſtinentiam mortificamus. *Greg. ... 10. ſuper illud Matth. 2. Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem.*

Cœli Rege nato, angelorum chori in eius annunciatione ... deunt: hymnum dicunt, & deuicta prauæ vitæ ... quos dudum deſpexerant, ciues agnoſcunt, conſono ore ... tes: Gloria in excelſis Deo, &c. ac ſi dicant, Quos ante ... diſiunxerat, iam nunc in terra bonitas coniungat. *Greg. ... l. 27.*

Nunquid inuenerunt palatium marmoribus ſplendidum ... quid aulam regiam diuerſis populis perſonantem? Nunquid ... tas ſiue clypeatas militum caternas? Nunquid equos regales ... leris inſignes? Nunquid currus auro oſtroque fulgentes? ... matrem eius diademate coronatam, aut in lecto eburneo ... bentem? Nunquid puerum byſſo & purpura inuolutum ... non: ſed potius anguſtum & humile tugurium, vileſque ... præſepium, & magis animalibus quam hominibus apt... vilibus pannis inuolutum, matrem vix tunicam haben... non ad ornatum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis. *Chryſ. ſup. Matth. 2. Intrantes domum inuenerunt puerum.*

Non illius eſt fabri filius, quem putatis, ſed fabricatoris ... qui fabricatus eſt Auroram & Solem. Nonne Dauid fili... colæ, & tamen radix fuit ſtirpis regiæ? Cur ergo Chriſti... parentum ignobilitatem contemnunt? *Ioan. Chryſ. ſuper ... Nonne hic eſt fabri filius.*

Fratres, generationem iſtam quis enarrabit? Angelus nun... tius obumbrat, ſubuenit ſpiritus, virgo credit, virgo pa... permanet. Quis non miretur? Naſcitur verbum infans ... tur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita ... tas plana. Ibi agnoſcitur lux non lucens, verbum infans ... *Bern. ſup. Cantic.*

Coæternitatem ſuæ maieſtatis oſtendit. Hodie enim ... nullo initio incœpit, nullo fine concluditur: non enim ... erit, ſed ſemper manet, ſemper eſt, & quidquid dixeris ... *Caſsiodor. ſup. illud Pſal. 2. Ego hodie genui te.*

Licet Deus cunctos dies creauerit, ſingulariter tamen ... ſe dicitur, qui Chriſti Domini natiuitate ſacratus eſt: in quo ... exultare conuenit & lætari: quoniam in eo & Diabolus ... & ſalutem mundus accepit. *Caſsiod. ſup. illud Pſalm. 117. Hæc ... quam fecit Dominus.*

Adorant magi in carne verbum, in infantia ſapientiam, ... imitate virtutem, & in hominis veritate Dominum ma... cramenta fidei ſuæ intelligentiæque manifeſtent: quod ... credunt, muneribus proteſtantur: thus Deo, myrrham ho... rum offerunt reg. *Leo Papa in ſerm. de Apparitione.*

Non mediocre hoc tibi fidei videatur exemplum: non ... ſona paſtorum; certe quo vilior ad prudentiam, eo pre... dem. Non ſapientes, ſed ſimplices, qui fugare audita ne... minus ſui præcones elegit, non rhetores, ſed piſcatores ... zandum deſtinauit. *Beda ſupr. Luc. l. 1.*

Generationem eius quis enarrabit? Fratres, generatio... ſic enarrari non poteſt, ſi lingua deficit, fides profi... enim profectus eſt fidei, cum tantum de Deo ſuo po... pere, quantum ſermo non poteſt parturire. *Max. Epiſc. ... Natali.*

*Vide Tit. præcedentem de Incarnatione Chriſti.*

# Chriſti Crux, & Paſsio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

CHRISTI CRVX, Græce χριϛȣ σαυρὸς, σαυρὸς, ... dicitur. Quid autem ſit crux, & vnde dicatur, vide ... Crux.

Chriſti paſſio, Græce Χριστοῦ πάθημα: & πάσχω, patior dicitur. In Chriſti paſſione quatuor cogitanda ſunt: ſcilicet dilectio eius, redimendo: amaritudo eius, compatiendo: fortitudo eius, aduerſa patienter ſuſtinendo: & vtilitas eius, gratias agendo. *Ex B. Thom. in opuſculo de venerabili Sacramento altaris.*

## ¶ Sententiae Biblicae.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. *Pſalm. 2. de vario conſenſu perſecutorum.*

Foderunt manus meas, & pedes meos. Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. *Pſalm. 22. de perforatione manuum.*

Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. *Pſ. 35. de falſa accuſatione.*

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. *Pſal. 41. de diſcipuli proditione.*

Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. *Pſal. 68. de amara potatione.*

Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. *Iſai. 50. de corporis flagellatione.*

Non eſt ſpecies ei neque decor. Et vidimus eum, & non erat adſpectus, & deſiderauimus eum adſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corā tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. *Iſaia 53. de morte voluntaria.*

Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. *Ibid. Quod propter peccata noſtra.*

Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſilia: dicentes; mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. *Ierem. 11.*

Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. *Dan. 9.*

Appenderunt mercedem meam triginta argenteos, *Zach. 11.*

Percute paſtorem, & diſpergentur oues. *Zach. 13.*

Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. *2. ad Cor. 8.*

Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti. *Ad Hebr. 9.*

Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Paul. ad Galat. cap. 6.*

Quatuor S. Euangeliſtæ hiſtoriam mortis & paſſionum Chriſti diligenter deſcribunt.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

Crux non ad impotentiæ documentum, ſed ad exemplum patientiæ ſuſcepta eſt. Ibi tua vulnera curauit, vbi ſua pertulit. Ibi à morte ſempiterna te ſanauit, vbi temporaliter mori dignatus eſt. *Aug. ſup. Ioan ſerm. 3.*

Crux Chriſti nobis totius cauſa beatitudinis eſt: hæc nos à cæcitate liberauit erroris: hæc à tenebris reddidit luci hæc nos à cæcitate liberauit erroris: hæc à tenebris reddidit luci: hæc debellatos reddidit quieti: hæc alienos Deo coniunxit: longe conſtitutos proximos præſentauit: hæc peregrinantes ciues oſtendit, hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firmamentum: hæc donorum omnium abundans largitio. Hodie crux fixa eſt, & ſæculum ſanctificatum eſt. Hodie crux fixa eſt, & Dæmones diſperſi ſunt. Hodie crux fixa eſt, & mors ſubuerſa eſt. Hodie crux vicit, & mors victa eſt. Hodie Diabolus vinctus eſt, homo ſolutus eſt, & Deus glorificatus eſt. *Aug. in ſerm. de Paraſceue.*

Crucem, vt in ea gloriemur, Dominus ſuo geſtans humero pro virga regni nobis commendauit: & vnde mundi Philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit. quod illi viſum eſt ſtultitia, Apoſtolo factum eſt ſapientia & gloria. *Auguſtin. ſupra illud ad Galat. 6. Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Signum crucis à nobis expellit terminatorem, ſi tamen cor noſtrum Chriſtum habeat inhabitatorem, *Aug ſup. Ioan.*

Author pietatis in cruce pendens teſtamentum condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens: Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, Patri ſpiritum, virgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis vere pœnitentibus crucem commendauit. *Ambr in ſerm. de paßione Domini.*

Duobus modis crux tollitur, cum aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſſionem proximi affligitur animus. *Greg. in hom. 32. Si quis vult venire poſt me.*

Crucem reliquit Chriſtus in terra, ſed ſecum eam leuabit ad cœlum. Tanta autem erit gloria crucis, vt Solis lumen reddatur obſcurum, & ſicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare conſueuit, & his eius declaratur aduentus: ſic Domino de cœlo veniente, angelorum cœtus ſignum illud humeris portatum, e cœlis regalem nobis aduentum annuntiat. *Ioan. Chryſoſt. in hom. de Cruce.*

Chriſtus in paſſione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, charitatem perficit. His virtutum gemmis quatuor contra crucis ornantur, & eſt ſupereminentior charitas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia, in profundo radix virtutum humilitas. *Bernard ſerm. 1. in die Paſchæ.*

Circumire poſſum Domine cœlum & terram, mare & aridam, & nuſquam te inueniam, niſi in cruce: ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides eſt, cuius latitudo charitas, longitudo longanimitas, altitudo ſpes, profundum timor. In hac cruce te inuenit, quicunque te inuenit: in hac cruce ſuſpenditur anima, & dulcia poma de ligno decerpit. *Bernardus de floribus.*

Crux eſt humilium tuitio inuicta, ſuperborum deiecto, victoria Chriſti, perditio Diaboli, infernorum deſtructio, cœleſtium confirmatio, mors infidelium, vita iuſtorum. De qua Ioan. Chryſoſtomus, Crux eſt Chriſtianorum ſpes, crux Romanorum victoria, mortuorum reſurrectio: cæcorum dux, conuerſorum via, claudorum baculus, pauperum conſolatio, arbor reſurrectionis, lignum vitæ æternæ. *Caßiodor. ſuper illud Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus.*

Crux Chriſti clauis eſt Paradiſi: hæc infirmorum baculus, paſtorum virga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio, Animæ ſalus & corporis, omnium malorum auerſio: bonorum omnium datrix. *Damaſcen lib. 4.*

Tu ſancta crux peccatorum es remiſſio, pietatis exhibitio, meritorum argumentum, infirmorum remedium, laſſorum refugiū, ſanorum incolumitas, deſperatorum ſecuritas, infortunatorum felicitas. *Rabanus de laude Crucis.*

Tanta vis eſt crucis & mortis Chriſti, quod ad ſanitatem & remedium non ſolum præſentis & futuri, ſed etiam prætentorum ſæculorum, & ſolum non huic modo ordini, ſed etiam cœleſtibus virtutibus ſufficit. *Oroſius ſuper epiſt. ad Rom. lib. 5.*

Tanta eſt vis crucis, vt ſi ante oculos ponatur, in mente fidelium habeatur, ita ipſam mortem Chriſti intentis oculis mentis adſpiciat, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poſſit inuidia: ſed continuo ad eius præſentiam totus ille peccati & carni fugatur exercitus. *Oroſius ſuper epiſt. ad Rom. li. 6.*

Quid eſt, quod Chriſtus in morte turbatus eſt, niſi quia infirmos ſuæ infirmitatis voluntaria ſimilitudine conſolatus eſt, aut ſi qui ſuorum adhuc imminente morte turbantur, ne hoc ipſi ſe putantes reprobos peiore deſperationis morte abſorbeantur? *Auguſt. lib. Prognoſt.*

Vbi leſus non reſpondebat, ibi & ouis ſilebat: hoc eſt: ſicut agnus innocens non aperuit os ſuum: vbi vero reſpondebat, ibi ſicut paſtor docebat. Fratres, vt in peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur. Quomodo qui intuebantur ſerpentem æneum in deſerto, non peribant morſibus ſerpentum: ſic qui intuentur fide Chriſti mortem, ſanantur à morſibus peccatorum. *Auguſt. ſuper Ioan.*

Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices reſurgentis. Caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint cogitate, hæc in ſtatera veſtri cordis appendit, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce, *Auguſt. lib. de Virginitate.*

Homo factus eſt hominis factor, vt ſugeret vbera regens ſydera: vt eſuriret panis, vt ſitiret fons, dormiret lux, ab itinere via fatigaretur, falſis teſtibus veritas occultaretur: Iudex viuorum & mortuorum, à iudice mortali iudicaretur, ab iniuſtis iuſtitia damnaretur, flagellis diſciplina cæderetur, ſpinis botrus coronaretur, in ligno fundamentum ſuſpenderetur, virtus infirmaretur, ſalus vulneraretur, via moreretur, *Auguſtin. in ſerm. de Natali Domini.*

Congruit noſtræ deuotioni, vt qui Domini crucifixi paſſionem celebraturi ſumus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis ipſis etiam faciamus. *Auguſt. in ſerm. de Quadrageſima.*

Chriſto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſto crucifixo velum templi ſciſſum eſt, quia per ipſius paſſionem omnium myſteriorum ſecreta patuerunt. *Auguſt. ſuper Pſalm.70.*

Fuſus eſt ſanguis medici, & factum eſt medicamentum phrenetici. *Aug. lib.5. contra hæreſes.*

Quem vis contemnere, precium eius attende, & cum morte Chriſti, totum mundum appende. *Aug. de verbis Domini.*

Nulla res officiorum laborem ad portanda onera aliorum, facit libenter impendi: niſi cum cogitamus, quanta pro nobis pertulit Dominus. *Aug. de verbis Apoſtoli.*

Filius Dei ad crucem ducitur, expalmatur, qui eſt vera palma victoriæ: ſpinis coronatur, qui peccatorum ſpinas venit conſtringere: ligatur, qui ſoluit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos: aceto potatur fons vitæ, diſciplina cæditur, ſalus vulneratur, vita moritur, occidit ad tempus vitam mors, vt in perpetuum à vita occideretur mors. *Auguſtin. lib. de octo virtutibus charitatis.*

Fraudulenta Sacerdotum promiſſio, maius fecit ſurgens de ſepulchro, & non creditis: nec ſi de cruce deſcenderet, crederetis. *Hieronymus ſuper illud Matth. 27. Deſcendat de cruce, & credemus ei.*

Omnis creatura compatitur Chriſto morienti: Sol obſcuratur, terra mouetur: petræ ſcinduntur, velum templi diuiditur, ſepulchra aperiuntur: ſolus miſer homo non compatitur, pro quo ſolo Chriſtus patitur. *Hieron ſuper Matth.*

Traditus eſt Ieſus militibus verberandus, & illud ſacratiſſimum corpus, pectusque Dei capax flagella conſumpſerunt. *ibid. in fine.*

Noli tantum amittere beneficium, ô homo. Propterea Chriſtus damnationi mortis ſe ſubdidit, vt te à iugo damnationis erueret: ille ſuſcepit mortis ſeruitutem, vt tibi tribueret vitæ æternæ libertatem. *Ambroſ. ſuper Pſal.118. Beati immaculati.*

Stultum eſt cum gladiis quærere eum, qui vltro ſe offert: & in nocte proditorem inueſtigare, quaſi latentem, qui quotidie in templo docet. Sed factum congruet tempori perſonis: quia cum eſſent tenebræ, in tenebroſo tempore tenebroſum exercebant. *Ambr. ſuper illud Matth.26. Cum gladiis & fuſtibus.*

O ſtulte & cæce grex Sacerdotum, nunquam impoſſibile erat ei de paruo ſtipite ligni deſcendere, qui deſcendit à cœlorum altitudine? Nunquid tua vincula poſſent illum tenere, quem cœli non poſſunt capere? Non venit, vt ſe liberaret, qui ſub ſeruitute non erat: ſed vt nos de ſeruitute redimeret. *Ambr. ſuper illud Matth.27. Si rex Iſrael eſt, deſcendat, &c.*

Clamauit Ieſus voce magna: Deus, Deus meus, &c. Clamanit homo diuinitatis ſeparatione moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera ſit, vtique mors eſſe non poterat, niſi vita diſcederet, qui diuinitas eſt. *Ambroſ ſuper Luc. lib.5.*

Doles, Domine non tua vulnera, ſed mea: non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem. *Ambr. ſuper Lucam.*

Cum enim poſſet nobis etiam non moriendo ſuccurrere, voluit tamen hominibus moriendo ſubuenire: quia nos videlicet minus amaſſet, nec vim ſuæ dilectionis nobis oſtenderet, niſi hoc, quod à nobis tolleret, ad tempus ipſe ſuſtineret. *Gregor. lib.20. Moral.*

Vere deſerta erat Iudæa, vacua iuſtitia, plena peccatis, quam Deus plantauerat, omnes Prophetæ coluerant. Illa autem nullum fructum produxerat, niſi ſpinas acerrimas, quibus Dominum ſuum coronauit. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. c.3.*

Quæ nobis erit contumelia, poſtquam Chriſtus hæc paſſus eſt? neque enim vna particula, ſed totum corpus iniurias patiebatur. Caput per Coronam, manus per arundinem, os per acetum, facies inſpuebatur, genæ velabantur, & tandem totum corpus in cruce extenditur & perforatur. *ibid. c.27.*

Quam dulciter, Domine Ieſu, cum hominibus verſatus es? quam abundanter multa magna bona hominibus largitus es? quam fortiter tam indigna, tam aſpera & dura pro hominibus paſſus es? dura verba, duriora verbera, duriſſima ſupplicia. O duri & indurati, & obdurati filii Adam, quas non emollit tanta flamma, tanta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus ſarcinulis, tam pretioſas merces expendit. *Bern. ſuper Cantic ſerm.15.*

Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quod carnem induit: ſapienter, quod culpam vitauit: fortiter, quod mortem ſuſtinuit. Sed ſuper omnia reddit te mihi amabilem, bone Ieſu, calix, quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis: hoc enim omnino amorem noſtrum ſibi vendicat. Hoc (inquam) noſtram deuotionem blandius allicit, iuſtus exigit, arctius ſtringit, & vehementius afficit. *Bern. ſuper Cant. ſerm.20.*

Paſſio tua, Domine Ieſu, vltimum eſt refugium, ſingulare remedium. Deficiente ſapientia, iuſtitia non ſufficiente ſanctitatis ſuccumbentibus meritis illa ſuccurrit. Cum enim defecerit virtus mea, non conturbor, non diffido: ſcio quid faciam, Calicem ſalutaris accipiam, ſcio quod merita mea non ſufficiunt. Ego vero fideliter, quando ex me nihil deeſt, vſurpo ex viſceribus Domini, quoniam miſericordia affluor, nec deſunt foramina, per quæ foderunt manus meas & pedes; latuſque lancea forauerunt. Et per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleum de [...] re, & videre, quam ſuauis eſt Dominus. *Bernard ſuper Ca[nt.] 22.*

Pater, ignoſce eis, quia neſciunt quid faciunt. Chriſ[tus] cæſus, ſpinis coronatus, clauis confoſſus, patibulo aff[ixus] briis ſaturatus: omnium tamen dolorum immemor [...] lis. Hinc multæ miſeriæ corporis, hinc dolores, hinc [...] nes, hinc oleum exultationis, hinc guttæ ſanguinis de[...] terram. *ibid.*

Quid tam efficax ad curanda conſcientiæ vulnera, [...] purgandam mentis aciem, quam Chriſti vulnerum [...] tatio? *Bernard ſuper Cant. ſerm.62.*

In paſſione Domini tria ſpecialiter conuenit intueri [...] dum; cauſam. nam in opere quidem patientia, in modo [...] in cauſa charitas commendatur. patientia ſingularis, [...] mirabilis, ſed charitas inæſtimabilis. *Bern. in ſerm. de p[...] mini.*

Ex nobis aſſumpſit, quæ pro nobis ſuſtinuit naſci, [...] ſepeliri: mea eſt mortalitas, nati: mea infirmitas, pa[...] piratio, crucifixi: mea dormitio, ſepulti. *Bern ſerm.76.*

Effuſio pro iniuſtis ſanguinis iuſti, tam potens fuit [...] um, tam diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas captiuorum [...] ptorem ſuum crederet, nullum tyrannica vincula retine[...] *Papa in ſerm.7. menſis.*

Vbi princeps tanta afflictione plangebat, quis illo [...] ret? quis illo dolente non generet? Quando pro gemm[...] mate rex cinerem geſtabat in capite, canus puluere, [...] *ſiodorus ſuper Pſal.50.*

Si ſole ſuperlucente in ligno, ſecuris incideret lig[...] paſſibilis permaneret: multo magis diuinitas ſecundu[...] ſin carni vnita, carne patiente manet impaſſibilis. Ert[...] dum, ſi quis ignito ferro ſuperfundit aquam, quod qu[...] natum eſt pati ab aqua ignis extinguitur, innocuum [...] manet ferrum: ſic carne paſſa impaſſibilis diuinitas ma[...] *ſcen. lib.3 c.26.*

Paſſio Chriſti cœlum ſuſtentat, mundum regit, [...] fodit: in ea confirmantur angeli, redimuntur populi, [...] tur inimici: ſtabiliuntur ſubſiſtentia, animantur viuent[...] tiunt ſententia, illuſtrantur intelligentia. *Rabanus de la[...] cis.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chriſti Saluatoris*, Sicut Moſes exaltauit ſerpentem [...] to: Ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui cr[...] non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Ioan 3.*

*Chryſoſtomi*, vt ſemper pretioſior theſaurus in vaſ[...] includitur: Sic Chriſtus Apoſtolis tantummodo mo[...] ciauit myſterium. *In cap.20. Matth. homil.35.*

Si rex terrenus videret, quod ciuitatem illius occupa[...] hoſtis, quid facere poteſt? niſi vt ponat arietes, cir[...] ercitum, deſtruat mœnia, quæ forte ipſe ædificau[...] modo hoſtem expellat. Sed videamus ſapientiam [...] gis. Poſtquam vidit caſtra ſua occupari à ſpiritual[...] item expulit, vt caſtra ſua non læderet. *In capit. 20. M[...] mil.35.*

Patrefamilias moriente, tota domus eius turba[...] milia plangit, & conſciſſis tunicis ſuis nigris ſe oper[...] tis: Sic & humano genere propter quod fuerant omn[...] ca exitum conſtituto, totius contriſtatur mundus, [...] miniſteria lugent, & candore depoſito, pro veſtibus [...] nebris veſtientur. *In Matth,24. homil.49.*

Quemadmodum ſi quis liquefacto auro manum [...] iniiciat, quamprimum deauratur? Ita hæc nobis [...] mam auream reddunt. Reſurgit enim vehementi[...] us, neque incendit, ſed abluit tamen quicquid [...] rit. Hic ſanguis præfiguratus eſt ſemper in altaribus [...] rum cædibus: hic orbis terrarum decus eſt, hic eſt quo [...] emit, quo vniuerſam ornauit Eccleſiam. Vt enim [...] uos auro emit: Ita nos ſanguine ſuo Chriſtus. *Homil[...] han.*

Chriſtus pro omnibus guſtauit mortem. Non di[...] tur. Reuera ſicuti qui guſtat, ſic breue interuallum [...] confeſtim ſurrexit. Sicut medicus non habens nec[...] cibis, quæ ægroto præparantur deguſtare, ſed illi [...] mus ex illius cibo deguſtat, vt perſuadeat ægroto [...] los cibos accipere: Sic & Dominus, quoniam om[...] mortem timebant, perſuadens eis, vt fiducialiter ad [...] cederent, & ipſe guſtauit mortem, nullam habens [...] tem. Venit enim princeps mundi, & in eo non habe[...] Illi qui per omnem vitam ſub timore mortis agebant [...] erant, iidem ab eadem liberati, & derident eam [...] reſcunt. Tale eſt nunc, quale ſi vinctum aliquem [...] dum ad mortem, & ſemper hoc expectantem, qu[...] guem reddat ex multis deliciis: tale aliquid erat mo[...] tempore. Nunc autem veluti ſi quiſquam illum tim[...]

*[…]ſtum deliciis agens* pronuncietur pugnaturus, & proponat *[…]m, vt iam nõ* ad mortem, ſed ad regnum adducatur: ex qui*[…]ſſe nolebas? Ex his* qui in cuſtodia pingueſcerent, quotidianis *[…]ſententiam* ſui interitus expectantes: an ex illis, pugnaturis *[…]dem multis, & laboraturis* vltronea voluntate, vt diadema tan*[…] regni ſuſcipiant.* *Hom. 4. in ep ad Hebræos.*

*Seruum* emptarus, prius interrogat num ſeruire ſibi velit, ac *[…] futurus ſit vtilis* diſpicimus, inutilem recuſaturi: At Chriſtus *[…]ximum & excellentiſſimum* precium, ſanguinem ſuum, eroga*[…] pro omnibus nobis,* etiam priuſquam nos vellemus ſeruire illi, *[…] quantumuis improbos* recipit, ſine obſidibus, ſine chirographo, *[…] voce contentus,* Abrenuncio Satanæ. *Lib. 3. contra vitupera[…] vitæ monaſticæ.*

*Athanaſii.* Quocirca non ſibi ipſi diligit mortem, ſed aliorum *[…] iuſtam* tulit: vt quam ipſi intulerant necem, ipſe abole*[…] Atque in mortem* Gnoſij luctatoris, prudentiaq; & fortitudine *[…]ſtantis, qui non ſibi* ipſi comparem eligit, ne formidare quem*[…] eſtimetur, ſed id* ſpectantium permittit arbitrio, maxime*[…] ſibi inimici ſint, vt* eo in humum eliſo, quem illi aduerſum ſe *[…] certamen elegerint,* cunctis præſtare credatur. *Lib. 2. de incarna[…] Dei Verbo.*

*Si & ſol ab ipſo* conditus, nobiſque conſpicuus, curſus ſui li*[…] in cœlo tenens,* cum terreſtria tangit nulla ſorde inquina*[…] nuſquam* obtegitur tenebris, ſed ipſe potius omnia illuſtrat, *& mundat:* Multo ſane dignius ſanctiſſimum illud Dei verbum *[…] & opus*, & famulus) in corpore præſens nul*[…] poterat* labe, ſed cum eſſet incorruptibile, mortale viui*[…] corpus,* atque mundabat. Qui peccatum (inquit) non *[…] inuentus* eſt dolus in ore eius. *Lib. 2. de incarnato Dei Verbo.*

*[…] non moritur,* ſed mortuos viuificat. Sicut enim lux in loco *[…]coſo non læditur:* Ita nec vita pati poteſt, quæ mortalem *[…] eſt enim* immutabilis: & nec verti, nec diuerſa & al*[…]poteſt verbi* diuinitas. Sicut enim in prophetia dicit de ſe*[…] Dominus:* Videte me, quod ego ſum, & non ſum immutatus. *[…] maiore de fide, fol. 213.*

*[…]que quis ex hoc* medicus eſſe cognoſcitur, ſi recte valeat ipſe, *[…] aliis morbo laborantibus* oſtendat artem, neque ſol ſi *[…] in ſeſe contrahat,* cognoſcitur eſſe lumen, niſi eos in or*[…] proferat,* eiuſque tenebras ſua luce diſcutiat: Ita Ser*[…] non ſeruat* ſemetipſum. Siquidem ipſe cum eſſet Seruator, *[…] habebat ſalute:* ſed ex eo, quod cæteris benefaceret, velut *[…]ibus agnoſci voluit* ſeruator omnium. *De paſſione Do[…]*

*[…]ade ac ſi quis* aduerſarium ſuum videns trepidantem, me*[…]gentem ſimularet* imbecillitatem, quo illum prouocet: mox *[…] fugiebat,* reſpiciens ad illius imbecillitatem, ſumpta fiducia *[…]tatur:* peinde præclarus ille luctator, qui imbecillitate pro*[…], propria* virtute vinceret: Sic Dominus humana infirmita*[…]cans aduerſarium* ſua virtute corroborauit hominem ad*[…] hoſtem.* *De paſſione Domini.*

*Quemadmodum* infeſtum animalculum, cui nomen veſpa, *[…] petit petram,* non eam lædit incurſu, ſed potius perdit a*[…] Sic &* mors vehementer falſa eſt, incurrens vitam quæ eſt *[…] Ieſus.* Non enim potuit eum tenere mors, ſed ipſa potius *[…] perdidit,* adeo vt quos prius terrebat aculeus, nunc *[…] accidant:* Vbi tuus mors aculeus, vbi tua contentio tar*[…] Ac rurſus* deuorauit mors inualeſcens. Et iterum: Abſtu*[…] omnem* lachrymam ab oculis omnium. *De Chriſti paſ[…]*

*[…]maſceni.* Sicut ex ſole radius & ſplendor (ipſe enim fons eſt *[…] & ſplendoris)* & per radiam nobis ſplendor tribuitur, & i*[…] qui illuminat nos* *Lib. 1. c. 11. Orthod. fidei.*

*[…]dem modo,* quo rex & nudus adoratur & indutus, & purpu*[…]a purpura* & conculcatur & proiicitur, facta autem regis *[…] honoratur* & glorificatur, & ſi quis illam proterere præ*[…]ſerit,* perſæpe morte mulctatur. Et quemadmodum lignum *[…] non eſt* tactui inacceſſibile, atqui igni coniunctum, & car*[…]m,* non propter ſeipſum, ſed propter coniunctum ignem *[…]ſibile fit,* & non vt ligni natura tactui inacceſſibile eſt, ſed vt *[…]d eſt,* quantum ignitum eſt lignum: Sic & caro Chriſti ſe*[…] ſuam naturam* non eſt adorabilis adoratur autem incar*[…] Dei verbo:* non propter ſeipſam, ſed propter coniunctum ſi*[…]ndum hypoſtaſin,* Deum verbum: & non dicimus quod car*[…]dam,* ſed carnem Dei, id eſt, incarnatum Deum. *Lib. cap. 3., […] fid.*

*Euſtachii Epiſcopi,* Si ſol, cum ſit corpus, quod cadit ſub viſum *[…] poteſt* comprehendi, tot & tantas vbique terrarum mu*[…]a ferens,* non mutat ordinem, nec paruum vel magnum *[…] ſentit:* incorpoream ſapientiam pollui exiſtimas, & mutare *[…]m ſi eius* templum cruci affigitur, veholutionem ſuſcipit, *[…]nera perpetitur,* vel corruptionem aut interitum admittit? *[…] templum quidem* patitur, ſubſtantia autem immaculata, & o*[…] parte* impolluta remaneat. In Oratione habita ſuper illud: *[…] creauit me* initium viarum tuarum. *Meminit Theodore[…] in Dialog. 2. fol. 228.*

*Didymi Alexandrini.* Vt vnguentum quod vaſe continetur, habet quidem odoris ſubſtantiam, ſed prohibetur longius ſpargi quia vaſe intrinſecus clauditur: quum autem vas foris fuerit effuſum, emittit procul beneolentiam ſuam: Ita Chriſti nomen bene olens ante aduentum eius in ſolo Iſraelis populo verſabatur, quaſi Iudææ vaſi incluſum. Notus enim, ait, in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Quando autem coruſcans in carne Saluator, in vniuerſam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum ſuum, impleto eo quod ſcriptum eſt: Quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Quibus conſequenter Apoſtolus loquitur: Non enim aliud nomen datum eſt ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos: vt Pſalmiſta ad Dominum loquitur: Magnificaſti ſuper omnia nomen ſanctum tuum. Tunc completum eſt: Vnguentum effuſum nomen tuum. *Lib. de Spiritu Sancto.*

*Procopii* Quemadmodum olim populus occubuit, acceſſitque Aaron, & ſe medium inter mortuos ac viuos ſtatuit, & à reliquis mortem depulit: Ita verus Pontifex inter mortuos & viuos, inter eos qui ad aduentum eius vſque Iudaiſmum conſeruarunt, eoſque qui eum non receperunt, ſeque ipſos quam Ieſum necare maluerunt, eo quod ſanguinem Ieſu in ſe transferre auſi ſint: in quo idcirco omnis iuſtorum ſanguis recidit. Cum interceſſiſſet itaque, mortem à nobis abſtulit: cum mortui Iudæi ſub lege ſeparati nullum amplius veritatis opus edant. Apud nos enim verum eſt templum, quod viuis lapidibus conſtat: verus item Ioſue. *In Iud. fol. 496.*

Quemadmodum Ioſephus, quantum ad fratres, penitus perierat: Sic Chriſtus quantum ad Iudæos, ad quos venerat, plane mortuus, vt vltimo ſupplicio affectus, credebatur. Sic enim opinabatur. Sed aſcendit ad patrem, virtute Deitatis reſurgens: quare ſuum conſpicuum factum eſt genus. *In Geneſ. cap. 49. fol. 197.*

Quemadmodum leo non ſolum vigilans, ſed & dormiens terribilis eſt: Sic Chriſtus non ante crucem, ſed etiam in cruce terribilis erat, magnaque deſignabat miracula. *In Geneſ. cap. 49. fol. 205.*

*Theodoreti Epiſcopi,* ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: Sic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: Ita etiam per obedientiam vnius, iuſti conſtituentur multi. *Dialogo. 3.*

Sicut vnita erat, & eſurienti & ſitienti, & defatigatæ humanitati diuinitas, quin etiam dormienti, & de paſſione ſubeunda triſtitia, ac mœrore confectæ, nihil horum quidem ſuſcipiens, ſed ei permittens, vt naturæ affectiones & paſſiones ſuſciperet: Ita etiam ei cõiuncta erat dum crucifigeretur, & conceſſit vt perageretur paſſio, vt paſſione mortem ſolueret, dolorem quidem ex paſſione non ſuſcipiens, paſſionem autem ſibi adaptans & accommodans, vtpote templi ſui & carnis coniunctæ: per quam etiam membra Chriſti appellantur, qui crediderunt: & eorum qui crediderunt, ipſe caput appellatus eſt. *Dialog. 3. titul. Quod diuinitas Seruatoris eſt impatibilis,*

*Epiphanii.* Non apparentia erat aduentus ipſius in carne, ſed inſtar magni regis bellum gerentis aduerſus inferiorem, & noſcentis, quem inimicus eius, ſi viderit in potentia venientem, ac multo robore, recuſabit, & vertetur ad fugam, & multas ſubditorum regiones diſſipabit: & propria ſapientia prætextus fingentis, & terga dantis ac fugientis, donec inimicus audacia ſumpta expetat regem, velut timidum & impotentem, & perſequatur ipſum. Rex vero conuerſus derepente cum ſua potentia, totum ſubditum capiet infirmum & aduerſarium. Sic etiam Dominus noſter non timuit mortem: qui antequam veniret ad hoc, vt pateretur, ſignificauit in itinere, quod filius hominis futurum eſſet vt traderetur & crucifigeretur, & tertia die reſurgeret. *Lib. Anchorat. fol. 549.*

*D. Auguſtini.* Fratres, vt à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur. Quomodo qui intuebantur ſerpentem æneum in deſerto, non peribant morſibus ſerpentum: Sic qui intuentur fide Chriſti mortem, ſanantur morſibus peccatorum. *In Ioan.*

*D. Hieronymi.* Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicitur: ſoliſque radios tam munda loca excipiant quam immunda, & ſic in floribus quomodo in ſtercore luceant, nec tamen ſolis radij polluuntur: Sic & Chriſti bonus odor, qui nunquam mutari poteſt, nec ſuam naturam amittere, credentbus vita eſt, incredulis mors. *Quæſt. 11. ad Hedibiam.*

*Cypriani.* Cum maleficus quiſpiam condemnatur quod filium regis aut principis iugulauerit: & tu interim velut innocens ſecure cantares ac luderes, donec terrifice comprehenſus conuinceris, quod homicidium ſubornaſſes. Vbi reuera tibi latiſſimus terrarum orbis in anguſtum contrahi deberet, præſertim ſi conſcientiæ quoque teſtimonium te deſtitueret. Ita longe pauidior fieri debes, cum Chriſti paſſionem animo recenſes. *De ſing. cleric.*

Sicut

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sicut tibi (ſi modo ſanæ mentis homo es) dolet te ſpiritualiter à morte peccati & ſpiritu maligno cruciari: Ita dolet, & vehementer dolet id Chriſto propter te in ſua paſſione. *De ſingular. clericorum.*

Quod ſi aliquis dicit: captiuum teneo aduerſarium meum, cui ſemper inſultem: videat ne forte aduerſus eum captiuus incipiat præualere. Nunquam ſecurus cum theſauro latro tenetur incluſus: nec intra vnam caueam habitans cum lupo, tutus eſt agnus. Ipſe ſe voluit ſuperari, qui hoſtem proprium in ſuas portas induxit: & inteſtinum gladium ſibi ipſe ſuppoſuit, qui locum habitationis ſuæ aduerſarii ingreſſibus reſerauit: & qui fretus eſt conuerſari cum ſcandalo, ſine cauſa dicit: Pacatus volo eſſe cum diabolo, contra Apoſtolum dicentem: Nolite locum dare diabolo. Omni ergo modo muniendus eſt locus, vbi fuerit theſaurus abſconditus: ne per vnam cauernam totum parietem latro ſuffodiat. *De ſingulari. cleric.*

Velut ſi quis rex pergat ad gentem, in qua proprios habeat captiuitatis vinculo alligatos, deuictaque, carcerem intret, in quo vincti detinebantur, ſoluat catenis vincula, & clauſtra comminuat, & vinctos in remiſſionem educat, & eos qui ſedent in tenebris & in vmbra mortis, luci ac vitæ reſtituat. Ergo dicitur rex fuiſſe quidem in carcere, non tamen ea conditione, qua cæteri qui tenebantur incluſi, ſed illi quidem vt pœnas ſoluerent, hic vero vt abſolueret pœnas: Ita diuina natura in mortem per carnem deſcendit, non vt lege mortalium detineretur à morte, ſed vt per ſe reſurrecturus ianuas mortis aperiret. *In Symbolum Apoſtolorum.*

Sicuti hamum eſca conſeptum ſi piſcis rapiat, non ſolum eſcam cum hamo non remouet, ſed & ipſe de profundo eſca aliis futurus educitur: Ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Ieſu, non ſentiens in eo hamum diuinitatis incluſum: ſed vbi deuorauit, hæſit ipſe continuo, & diruptis inferni clauſtris, velut de profundo tractus traditur, vt eſca cæteris fiat. *In Symb. Apoſt.*

*Bernhardi*: vt in paradyſo terreſtri quatuor fuere fontes, qui vniuerſam irrigarent terram: Ita in Chriſto, qui noſter eſt paradyſus, quatuor eſt reperire fontes. Primus fons miſericordiæ, ad diluendas culpas aquis remiſſionis. Secundus fons ſapientiæ ad potandum ſitim noſtram aquis diſcretionis. Tertius fons gratiæ, ad irrigandas plantas bonorum operum aquis deuotionis. Quartus fons ad condiendum & decoquendum noſtras affectiones aquis æmulationis. Et de iſtis intelligi poteſt illud Iſaiæ: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. *Serm. 1. de natiuitate Chriſti.*

Remigii: Moyſi virga comparatur Chriſto mortuo. Serpentis enim opus fuit mors in Adam & in Eua: quod Moyſes inde perterritus fuit ſignat timorem diſcipulorum in morte eius: & quod iuſſus fuit caudam ſerpentis accipere, vt verteretur in virgam: rurſus denotat, quod ſequentia in Chriſto poſt mortem, puta reſurrectio & aſcenſio ipſius ab Apoſtolis amplexa, corde credenda fuerunt, & quem mortuum lugebant & deſperabant, iam viuum adorarent. *In Pſal. 73.*

---

# Chriſti aſcenſio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CHRISTI aſcenſio, χριςȣ̃ ἀνάβασις, & ἀναβαίνω adſcendo dicitur. Chriſti aſcenſio fuit ſecundum vtramq; naturam. *Ex B. Thom. 3. parte quæſt. 57 art. 1. & 3. Sentent. diſtin. 22. qu. 3. art. 1.*

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt diſcipulis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. *Marc. Euang. in cap. vltimo, Vide Luc. cap. 24. & Act. 1. cap.*

## ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Aſcenſio Dei, catholicæ fidei confirmatio fuit, vt ſecuri in poſterum crederemus & miraculi illius donum, cuius etiam in præſenti perciperemus effectum. Nos Chriſti mors viuificauit, nos reſurrectio erexit, nos Chriſti aſcenſio conſecrauit. Reſurrectio Domini ſpes noſtra eſt: adſcenſio, glorificatio noſtra. Si ergo recte, ſi fideliter, ſi deuote adſcenſionem Domini celebramus, adſcendamus cum illo, & ſurſum chorda habeamus. *Aug. in ſerm. de Adſcenſione.*

Vbi, & quo modo ſit in cœlo corpus Dominicum, curioſiſſimū & ſuperuacuum eſt quærere. Tantummodo in cœlo eſſe credendum eſt. *Aug. de fide & ſymbolo.*

Corpus non aſcendit, ſed leuatum eſt in cœlum, illo leuante qui adſcendit, Si enim quiſque deſcendat (verbi gratia) nudus de monte: cum autem adſcēdat, veſtiat ſe, & iterum adſcendat veſtitus. Ratione vtique dicimus: Nemo adſcendit, niſi qui deſcendit. *Idem de agone Chriſtiano.*

Quorum ſepulchra in paſſione Domini ſunt pateſ[...] corpora Chriſto reſurgente de puluere ſunt ſuſcitata. D[...] vt ille prius reſurgeret, deinde illi: Sicut dicit Apo[...] Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. [...] Domino ſurrexerunt: ita cum eo adſcendente, etiam [...] ſe creduntur. *Auguſt. in ſerm. de Reſurrectione.*

Raptus eſt Dei filius ab humanitate ad humanitat[...] figuratione: à paſſibilitate ad immortalitatem, in [...] ne: à minoritate ad patris æqualitatem, in Adſcen[...] quantus fuit deſcenſus à ſinu patris ad patibulum [...] fuit adſcenſus à patibulo crucis vſque ad dextram pa[...] *eſt in gloſſa Apocal. 12. ſup. illud: Raptus eſt filius eius a[...] eius,*

Cum audis eleuatum, agnoſce militiæ cœleſtis [...] auxilium, non ſubſidium: miniſterium, non adiuto[...] *tractans illud Actor. 1. Eleuatus eſt in cœlum.*

Virtutes miniſtræ præcedentes Chriſtum in adſcen[...] lias virtutes clamant, vt viam Domino venienti aperia[...] currant. Reſerate (inquiunt) cœleſtes aditus: venien[...] ternalis ingreſſus pateat: aperiantur æthereæ ianuæ, [...] ædium valuæ, & introibit rex gloriæ in cœlum, vt ad [...] tris interpellet pro nobis. Ipſæ enim virtutes angelicæ [...] rio carne induti ſtupefactæ, quærunt cum admiratione [...] ſte rex gloriæ? Quibus reſpondent aliæ: Dominus v[...] Licet enim multi ſcirent ipſum eſſe hominem, non tam[...] humanam naturam ſupra ſe exaltandam. *Hieron. ſup.* [...] 23 *Attollite portas principes veſtras.*

Vultis eius ſaltus cognoſcere? de cœlo venit in vteru[...] venit in præſepium, de præſepio in crucem, de cruce [...] chrum; de ſepulchro redit in cœlum. *Greg. hom. 29 ſuper [...] lium, tractans Cant. 2. Ecce iſte venit ſaliens in montib[...]*

Saluator noſter, qui cum in ea carne, quam aſſum[...] derit in cœlum, peregre profectus eſt. Quia locus [...] terra eſt, quæ quaſi ad peregrina loca deducitur, cum [...] ptorem noſtrum in cœlo collocatur. *Idem in hom. 9.*

Illo reuertebatur Chriſtus, vbi erat. & inde redib[...] nebat: quia cum per humanitatem aſcenderet in cœlum [...] tatem ſuam terram pariter continebat & cœlum. Op[...] chariſſimi, vt illuc ſequamur corde, vbi Chriſtum cred[...] re aſcendiſſe. Etſi adhuc hic tenemur infirmitate corpo[...] mur tamen eum paſſibus amoris. Quia is, qui placidus [...] terribilis redibit. In hac ſolemnitate deletum eſt chirog[...] ſtræ damnationis: mutata eſt ſententia noſtræ corrup[...] nim natura, cui dictum eſt: Terra es, & in terram [...] lum iuit. *Idem hom. 29.*

Natura, cuius cauſa paradyſus à Cherubin cuſtodi[...] ſuper Cherubin cum ſummo honore ſuſcepta eſt. [...] dictum eſt, Terra es, & in terram reuerteris: hodie [...] & ſine termino ſuper cœlos regnat. *Ioan. Chryſoſt.* [...] *dierna.*

Domino meo datum eſt ſingulariter ſedere à dext[...] gloria coæquali, in eſſentia conſubſtantiali, pro genera[...] mili, maieſtate non diſpari, æternitate nō poſteriori. *Bern.* [...] *illud Pſal. 109. Dixit Dominus, &c.*

Non ſolum hodie cœli poſſeſſores firmati ſumus, [...] cœlorum in Chriſto penetrauimus, ampliora recep[...] ineffabilem gloriam, quam per Diaboli perdideramus [...] Quia quos Diabolus de primi habitaculi felicitate eie[...] filius ſibi comparatos ad patris dextram collocauit. [...] inter reſurrectionem & adſcenſionem quadraginta di[...] diſcurſu: ſed magna confirmata ſunt ſacramenta, mag[...] myſteria. In eis diræ mortis aufertur metus, verbi [...] immortalitas declaratur. In his inſufflatio Spiritus ſancti [...] tur. In his B. Petro ſuper cæteros ouilis Dominici cura [...] *Leo Papa in ſerm. hodierno.*

Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo [...] ergo in cœlum aſcendere deſiderat, ei qui de cœlo deſcend[...] in cœlo, ſe vera fidei & dilectionis vnitate coniungat [...] ligens, quod nullo alio ordine per eum, qui de cœlo de[...] cœlum aſcendere poſſit. *Beda tractans illud Ioan. 3.* [...] *Phariſæis.*

Fit caro verbum, id eſt, homo Deus: & qui homo eſt in [...] qui Deus eſt de cœlis eſt. Adſcendit deſcendens, ſed deſcen[...] deſcendens. Eſt qui erat, & quod eſt, non erat. *Hilarius* [...] *nitate.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chromantii.* Sicut tunc populo ad terram promiſſionis [...] Iordanem via fuit, Domino præcedente: Ita nunc per [...] quas fluuii Iordanis, primū iter vitæ cœleſtis apertum eſt, p[...] ad beatam illam terram promiſſionis, id eſt promiſſion[...] cœleſtis deducimur. Illis Ieſus filius Naue in Iordane d[...] bis verus Ieſus Chriſtus Dominus per baptiſmum [...] tis æternæ, vnigenitus Dei filius. *In cap. 3. Matth. fol. 437.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Honorij Clementiani.* Quemadmodum Ieſus Naue po- … deſerto in terram promiſſionis induxit: Ita Chriſtus … mundi, de tenebris ac terra ignorantiæ ſequentes ſe ad cœ- … *explicatione fidei.*

# Chriſtianus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CHRISTIANVS à Chriſto dicitur χριστιανὸς, de quo ſupra. Et is … qui Chriſti eſt, qui fidem Chriſti habet, qui ſpiritu Chri- … operatur, & ad imitationem Chriſti peccatis moritur. *ex Thom. ſecunda Secun. q. 124. art. 5.*

¶ BIBLICI LOCI.

Chriſtiani appellantur fideles Antiocheni. *Actor.* 11. 26. & 26 … *Corinth.* 12. 7. Sancti dicuntur, quia ſanctitati ſtudent & profi- … profeſſionemque ſuam vitæ ſanctimonia ornare conten- … ſanctificati à Deo ſunt, *Actor.* 9. 41. *Rom.* 1. 7. & 12. 13 & 15. … 1. *Corinth.* 1. 2. & 6. 1. & 14. 33. 2. *Corinth.* 11. & 9. v. 1. … *Epheſ.* 1. v. 1. 15. & 5. v. 8. 18 & 4. 12. & 6. 18 *Philip.* 1. 1. & 4. … 1. *Theſſal.* 5. 27. 1. *Tim.* 5. 16. *Heb.* 6. 10. & 13. 14. Chri- … ſicut Chriſtus vixit, *Gal.* 2. 19 1. *Ioan.* 1. 8. & 2. 6. & … cum Chriſto, *Ioan.* 12. 26. & 14. 3. & 17. 40. Chriſtiani per … Nazareni dicti, *Act.* 42. 5. pro Chriſtiano affligi bo- … *Pet.* 4. 16.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

… nonne bonum ſemen (fidei) ſeminaſti in agro tuo, … habet zizania (peruerſorum operum, & hæreſin.) …

… negauerit me coram hominibus, denegabo & ego eum co- … meo 10.

… fitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant. *Tit.* 1.

… credis quia vnus eſt Deus. Bene facis, & dæmones credunt, & … *Iac.* 2.

… in fide veſtra virtutem, in virtute vero ſcientiam, in … vero temperantiam, in temperantia vero patientiam, rur- … patientia pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, … vero charitate dilectionem. 2. *Pet.* 3.

… ſcimus, quoniam cognouimus eum (per fidem) ſi manda- … obſeruamus, qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non … mendax eſt. 1. *Ioan.* 2.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

… Chriſtianus eſt, qui omnibus miſericordiam facit, qui … omnino mouetur iniuria, qui alienum dolorem tanquam … ſentit, cuius menſam nullus pauper ignorat: qui coram … ingloriusr habetur: vt coram Deo & angelis glorietur, … contemnit, vt poſſit habere cœleſtia: vt opprimi pau- … præſente non patitur; qui miſeris ſubuenit: qui ad fletum … prouocatur alienis: quod bene faciebat Paulus, Quis infir- … & ego non infirmor? *Auguſt. de vita Chriſt.*

… nomen ille fruſtra ſortitur, qui Chriſtum minime imi- … Quid enim tibi prodeſt vocari quod non es: & nomen vſur- … num? Sed ſi Chriſtianum te eſſe delectat, quæ Chriſtiani- … gere, & merito tibi nomen Chriſtiani aſſume. *Ibid.*

… eſt Chriſtianus, qui & in domo ſua peregrinum ſe eſſe co- … Patria noſtra ſurſum eſt, ibi hoſpites non erimus. *ſuper* …

… captiuitas Chriſtianis nocet: quoniam illic Deum ſuum in- … *Lib. de ciuit. Dei.*

… quæritur in Chriſtianis initium, ſed finis. *Greg. l.* 28. *mo.*

… Chriſtiane, delicatus es miles, ſi putas ſine pugna te poſſe vin- … ſine certamine triumphare, fortiter dimica, atrociter in prœ- … conſidera pactum, conditionem attende, militam … pactum quod ſpopondiſti, conditionem, quam acceſſiſti, mi- … cui nomen dediſti, hoc enim pacto quos miraris, omnes pu- … hac conditione vniuerſi vicerunt, hac militia triumpha- … *Chryſ. in hom.*

… Chriſtianus nemo dicitur recte, niſi, qui Chriſto moribus, prout … æquatur. *Max. in ſer. donat a Do.*

… vita Chriſtiani hominis, ſi ſecundum Euangelium viuat, … atque martyrum. *Idem.*

# Cibus.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

ECce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper ter- ram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem ge- neris ſui: vt ſint vobis in eſcam. *Gen.* 1.

Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt: & omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. 9.

Mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem. 1. *Reg.* 17.

Mittite partes eis, qui non præparauerunt ſibi. *Neh.* 8.

Diuidebat vnicuique prout poterat. *Tob.* 1.

Vade & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epu- lentur nobiſcum. 2.

Panem tuum cum eſurientibus comede. 4.

Non remanſit de cibo eius. *Iob.* 20.

Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem. 22.

Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, *ibid.* 33.

Et panis cor hominis confirmet. *Pſal.* 103.

Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. *Prou.* 25.

Animam eſurientem ne deſpexeris. *Eccl.* 4.

Viri iuſti ſint tibi conuiuæ. *ibi.* 9.

Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & teſtimo- nium veritatis illius fidele. *ibid.* 31.

Occurrentes ſitienti ferre aquam. *Eſa.* 21.

Hæc eſt requies mea, reficite laſſum. *ibid.* 28.

Frange eſurienti panem tuum. *ibid.* 58.

Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret. *Thren.* 4.

Si panem eſurienti dederit, vita viuet. *Ezech.* 18.

Qui autem potum dederit vni ex minimis meis aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: Amen dico vobis, non perdet merce- dem ſuam. *Matth.* 10.

Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. *Idem* 25.

Qui habet eſcas, det non habenti. *Luc.* 3.

Cum facis conuiuium, voca pauperes & debiles. *ibid.* 14.

Pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc. *ibid.*

Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus, & ego diſpo- no vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & biba- tis ſuper menſam meam in regno meo. *ibid.* 22.

Operamini non cibum qui perit: ſed qui permanet in vitam æ- ternam, quem filius hominis dedit vobis. *Ioan.* 6.

Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſ- cumbentibus. *ibidem.*

Vbi manducauerant panem gratias agentes Deo. *ibid.*

Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent. 1. *Cor.* 11.

*Cibi delectus ob præceptum & ſcandalum habendus.*

Scio & confido in Domino Ieſu, quia nihil commune per ipſum, niſi ei, qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum chari- tatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mor- tuus eſt: non ergo blaſphemetur bonum noſtrum. Non enim re- gnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. *Rom.* 14.

Omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini qui per of- fendiculum manducat. *ibid.*

Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, Omnia mihi li- cent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. 1. *Cor.* 6.

Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia. *Tit.* 1.

Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis o- neris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimula- chorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſto- dientes vos, bene agetis. *Act* 15.

¶ BIBLICI LOCI.

Cibum Deus dat omnibus animantibus tempore opportuno, *Pſalm.* 15. 15. Cibus immundus, *Leuit.* 11. 31 Cibus quomodo ſancti- ficatur, 1. *Tim.* 4. 4. Cibus Iudæis vetitus, *Exod.* 21. 28. & 22. 31. *Leu.* 3. 17. & 7. 23. & 11. 4. & 17. v. 10. 13. & 19. 26. *Deut.* 12. v. 16. 23. & 14. v. 7. 10. 1. *Sam.* 14. 32. Ciborum & potus in conuiuiis luxus. *Eſa* 5. 12, *Ezech.* 16. 49. *Luc.* 16. 19. & 21. 34. *Rom.* 13. v. 13. Cibus animi quæren- dus. *Ioan.* 6. 27. Cibus Chriſti quis. *Ioan.* 4. 32. De ciborum abſtinen- tia. *Coloſſ.* 2. 16.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Hor. 2. Serm. 2.

*Nam variæ res*
*Vt noceant homini, credis memor illius eſcæ,*
*Quæ ſimplex olim tibi ſederit, at ſimul aſſis*
*Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis:*
*Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum*
*Lenta feret pituita, vides. vt pallidus omnis*
*Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum*
*Heſternis vitijs animum quoque prægrauat vna,*
*Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.*

Ibidem.

*Alter, vbi dicto citius curata ſopori,*
*Membra dedit: vegetus præſcripta ad munia ſurgit,*

Val. Flacc. 2.

*Hæc vbi dicta dedit, Cereris tum munere feſſas*

T Reſti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Reſtituunt vires, & parco corpora Baccho.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenis.* ſicut vnctio non commendatur dulcedine & acerbitate, ſed ſi ſana ſit: Ita non admodum curandum eſt, multum alimenti, aut edulia ſuauia accipiamus; dummodo conueniant valetudini *Apud Stobæum.*

*Thriueri.* Qui in diſtinctione ciborum ingratius obſonium multis condimentis diſſimulant, nihilo plus legibus obtemperant, quam præceptoribus pueri, qui podicem, ſed tectum, verberibus obiectent. *In apoph.* 104.

*Vide ſupra, Alimentum.*

# Circumſtantia.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

CIRCVMSTANTIA, Græce περίστασις, εως, ἡ, dicitur, & eſt accidens actus humani, attingens eum extrinſece. *ſecundum B. Thom. prima Secun. q. 7. art. 1.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Sæpe tempore fit, vt quod plerunque turpe haberi ſoleat, inueniatur eſſe turpe. *Cic. 3. Offic.*

Tempore commutatur officium, vt non ſemper ſit idem. 1. *Offic.*

Temporibus quibuſdam, aut officiis debitis, aut rerum neceſſitatibus ſæpe euenit, vt & voluptates repudiandæ ſint, & moleſtiæ non recuſandæ. Itaque earum ſic tenetur à ſapiente delectus, aut vt reiiciendis voluptatibus maiores alias conſequatur, aut perferendis doloribus aſperiora repellat. 1. *de Finib.*

Debemus conſiderare in omni re quid aptum ſit, & conſentaneum tempori & perſonæ, tum quid in dictis factiſque dedeceat. Quod ſi poeta fugit vt maximum vitium, qui peccat etiam, cum probam orationem affingit improbo, ſtultóve ſapientis: ſi denique pictor ille vidit cum immolanda Iphigenia, triſtis Calchas eſſet, mœſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari: ſi denique hiſtrio quid deceat, quærit, quid faciendum oratori putemus. *Orat. ad Brut.*

In omnibus quid tempora petant, aut quid perſonis dictum ſit, ſemper conſiderandum eſt. 2. *de Inuent.*

Habenda eſt ratio hominum, rei & temporis. 2. *de Orat.*

Turpe eſt valdeque vitioſum, in re ſeuera, conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem. 1. *Offic.*

Tanta vis eſt loci & temporis, vt ſi quis cum cauſam ſit acturus, in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur: aut ſi quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur inſcitia temporis. 1. *Offic.*

Alia fori vis eſt, alia triclinii, alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum, comeſſatorumque conſpectus: lux deniq; longe alia eſt ſolis & lychnorum. *Pro M. Cælio.*

Nec iiſdem de rebus, nec in omni tempore, nec ſimiliter omnes delectantur, 1. *Offic.*

Non omnis fortuna, non omnis honos, non omnis authoritas, non omnis ætas, nec vero locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum: ſemperq; in omni parte orationis, vt vitæ, quid deceat eſt conſiderandum, quod & in re, de qua agitur, poſitum eſt, & in perſonis eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. *Orat. ad Brut.*

Inconſtantis non puto, ſententiam aliquam tanquam aliquod nauigium ex Reipublicæ tempeſtate moderari. *Pro Cor. Balbo.*

Nunquam præſtantibus in Republica gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio. *M. Cicero Lent. Familiar.* 1.

Tempori cedere, (id eſt neceſſitati parêre) ſemper ſapientis habitum eſt. *Cic. Mar. Famil.* 1.

Temporibus parere omnes politici præcipiunt. *Cic. Att.* 12.

Eſt non modo liberale, paululum nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum. 2. *Off.*

Epiſtolæ offendunt non loco redditæ. *Cic. Brut. Famil.* 11.

Multa quæ recte committi ſeruis fidelibus poſſunt, tamen ſermonis & vituperationis vitandæ cauſa committenda non ſunt. *Cic. ad Quint. frat.*

Plurima ad alieni ſenſus coniecturam, non ad ſuum iudicium ſcribuntur. *Cæcin. Cic. Fam.* 6.

Qui aut tempus quid poſtulet non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibuſcum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. 2. *de Orat.*

# Ciuitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CIVITAS, Græce πόλις, ιος, ἡ, & πολίτης, ου, ὁ, ciuis ... autem ciuitas ſocietas, quæ conficitur ex pluribus ... eſt ex his, quæ natura ſunt: *ſecundum Ariſtotelem lib. ... rum.*

Ciuitas eſt multitudo ciuium, quæ per ſe ſufficiens eſt ... dum, *ſecundum eundem lib. 1. Polit.*

Ciuitas eſt generum pagorumque ſocietas vitæ perfectæ ... ſe ſufficientis, & hoc eſt bene ac beate viuere, *ſecundum ... lib. 4. Polit.*

Ciuitas eſt populus vel Reſpublic. in qua ſorte magiſtratus ... clarantur. *ſecundum eundem lib. 1. Rhet.*

Ciuitas eſt multitudo domorum agro & pecuniis ... abundans ad bene viuendum, ſecundum eundem libro Oeconomicorum. Differt autem ab vrbe, quia ciuitas proprie ſunt ... vero mœnia, & ædificia.

Ciuitas eſt ſocietas, multis viciniis conſtans atque per... præpoſita eſt, tanquam extrema ac finis rerum omnium ... gna abundantia: cuius & origo ad viuendum, & inſtituta ... viuendum refertur. *Ariſt. 1. Polit.*

Ciuitas eſt veluti quædam natura animata, & ſicuti ... diſpoſitum ſecundum naturam, componitur ex quibus ... portionatis partibus inuicem ordinatis, ſuaque opera ... communicantibus & ad totum: ſic ciuitas ex quibuſdam ... conſtituitur, cum bene diſpoſita & inſtituta fuerit ſecundum ... nem. *Ariſt. 1. & 5. Polit. c. 2. & 3. Marſil. Patauinus in de... cis pro Ludouico Bauaro Imp.*

Congregati ſunt homines propter acquirenda neceſſaria ... dam, viciſſitudinaria communicatione inter ſe. Nam bene ... volentibus plura & exiguntur, quæ tamen per homines ... nis procurari omnia non poſſunt. Atque hi ordines ... ficiorum communicationes multiplices, pro conſenſu ... factæ, nihil aliud ſunt, quam pluralitas, & diſtinctio ... tatis.

Viuere bene, hominibus eſt admodum conueniens. ... *Polit. c. 2. Cic. 1. Offic.* Ob hoc omnes homines feruntur ad ... quaſi impetu quodam naturæ.

Ciuitas vocatur quædam congregatio perfecta, & ... habens per ſe ſufficientiæ. *Marſilius Patauinus cap. 4. de... pacis.* Eſt autem hæc communitas inſtituta propter viuere ... num in ea.

Ciuitatis partes ſeu officia.

1. Agricultura, qua ea, quæ ad vitam neceſſaria ſunt, ... 2. Artificium. 3. Ars militaris. 4. Mercatura. 5. Sacerdotium ... dicandi.

¶ BIBLICI LOCI.

Ciuitatis primus author Cain. *Geneſ.* 4. 17. Ciuitas ... cta, delenda, *Deut.* 13. v. 15. 16. Ciuitas Dauidis dicta ... *Sam. 5. ver. 7. 9. 1. Paralip.* 11. 7. Bethlehem, *Luc.* 2. 4. Ciuitas ... à Deo fundata, *Hebr.* 11. v. 10. 16. & 12. 22. & 13. 14. *Apocal.* ... 2. Ciuitas refugii, *Num.* 35. 6. *Deut.* 4. 42. & 19. v. 1. 2. 3. ... Ciuitas à Deo ſeruatur, *Pſalm.* 46. *ver.* 5. 6. 7. & 127. 1. ... uitatem hic ſitam non habemus, *Hebr.* 13. 14. Vide 2. Cor. ... v. 13. 14.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Plaut. in Mercatore.

*Ego mihi alios penates deos perſequar, alium larem,*
*Aliam vrbem, aliam ciuitatem, ab Atticis abitum.*
*Nam vbi mores deteriores increbreſcunt indies,*
*Vbiq; amici qui infideles ſint, nequeas pernoſcere.*
*Vbiq; eripiatur animo tuo, quod placeat maxime.*
*Ibi quidem ſi regnum detur, non eſt cupida ciuitas.*

Euripides.

Εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος ὅτι δύναιτό τις,
Χρηστὸν διέλθοι, τοῦτο κ' εἰς κοινὸν φέρων,
Πατρίδι κακῶν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
Πειρώμεναι, τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν.
*Si vnuſquiſq; accepto quantum poſſet*
*Bono accederet, idq; in commune conferret*
*Patriæ: pauciora mala ciuitates*
*Experientes, in poſterum fortunatæ forent.*

Idem in Phaethonte.

Ἐν τοῖσι μωροῖς τοῦτον ἐγὼ κρίνω βροτῶν,
Ὅστις τῶν πατέρων παισὶ μὴ φρονοῦσιν ἢ,
Ἢ καὶ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.
Ναῦν τοι μ' ἄγκυρ' οὐχ ὁμῶς σῴζειν φιλεῖ,
Ὡς τρεῖς ἀφέντι· προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
Σφαλερός, ὑπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πόλει.
*Stultum equidem illum eſſe iudico.*

*Quum vel pater filijs vel non ſapientibus aliquis*
*Ciuium tradit poteſtatem.*
*Anchora vnica nequaquam ita ſeruat nauem,*
*Vt tres demiſſa: & vnus princeps vrbi*
*Periculoſus eſt, adiunge vero & alium, non malum eſt ciuitati.*

Idem in Phrixo.

Αἱ γὰρ πόλεις εἰσ᾽ ἄνδρες, οὐκ ἐρημίαι.
*Ciuitates enim viri ſunt non ſolitudines.*

Sophocles in Phædra.

Οὐ γάρ ποτ᾽ ἂν γένοιτ᾽ ἂν ἀσφαλὴς πόλις,
Ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα,
Λαξ᾽ ἐκπατεῖται, κωτίλος δ᾽ ἀνὴρ λαβὼν,
Πανοῦργα χειροῖν κέντρα κηδεύει πόλιν.
*Nunquam ſane tuta & ſecura poteſt eſſe ciuitas,*
*In qua ius & modeſtia omnis*
*Pedibus calcantur, & loquax aliquis accipiens*
*Malignos manibus ſtimulos, regit ciuitatem, vel vrbem.*

Idem in Aleadis.

Σκαιὸν δ᾽ ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν.
Ὅταν οἵ τ᾽ ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγεννῶν κατανικῶνται.
Ποία πόλις ἂν τάδ᾽ ἐνέγκοι;
*Haud ſcio, quid ad hæc dicendum ſit:*
*Nam cum boni ab ignobilibus ſuperantur,*
*Quænam ciuitas id ferre poſſet?*

Eupolis Comicus Athenienſis.

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω,
Οὕτω σφόδρ᾽ ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ᾽ ἡμῖν,
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως οἰκοῦμεν, ὦ γέροντες,
Ἀλλ᾽ ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
Οἷς ὥσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα, καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥστ᾽ ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ᾽ ὅποι τύχοιμεν,
Στρατευόμεσθα αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.
*Ego equidem de plurimis non habeo, quod potiſſimum dicam,*
*Tanto eum dolore Rempublicam noſtram adſpicio.*
*Hactenus enim, ô ſenes nequaquam ſic habitamus:*
*Sed erant in vrbe noſtra primum quidem Imperatores*
*Ex præcipuis familijs, opibus & genere præſtantes,*
*Quibus tanquam Dijs vota faciebamus, erant enim digni:*
*Itaq; ſecure degebamus, nunc vero quoslibet*
*Duces improbos eligentes militamus.*

Euripides in Supplicibus.

Τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι,
Ἀνωφελεῖς τε πλειόνων τ᾽ ἐρῶσ᾽ ἀεί.
Οἱ δ᾽ οὐκ ἔχοντες καὶ σπανίζοντες βίου,
Δεινοί, νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος.
Εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ᾽ ἀφιᾶσι κακὰ
Γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι.
Τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ ᾽ν μέσῳ σῴζει πόλιν,
Κόσμον φυλάσσουσ᾽ ὅντιν᾽ ἂν τάξῃ πόλις,
Ὅπου γὰρ οἱ φυλάσσοντες ἡσσῶνται τέκνων,
Οὐκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις.
*Tria ſunt genera ciuium, quidam diuites ſunt,*
*Inutilesq; & plura ſemper appetunt:*
*Alij vero nihil poſſidentes inopesq; victus,*
*Miſeri, nimium tribuentes inuidiæ,*
*Malos aculeos in ditiores emittunt*
*Lingua, improbis chari ducibus,*
*Cæterum è tribus, quod medium genus eſt, vrbem ſeruat;*
*Modum illum cuſtodiens, quem ciuitas approbauerit;*
*Nam vbi cuſtodes à pueris vincuntur,*
*Non eſt ſapientium virorum ciuitas.*

Euripides in Hecuba.

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις
Ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ,
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.
*In hoc multæ ciuitates laborant,*
*Cum qui bonus & ſtrenuus vir eſt,*
*Nihilo plus quam deteriores accipit.*

Sophocles in Aiace.

Ὅπου δ᾽ ὑβρίζειν, δρᾶν θ᾽ ἃ βούλεται πάρα,
Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν.
Ἀλλ᾽ ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον,
Καὶ μὴ δοκῶμεν, δρῶντες ἂν ἡδώμεθα,
Οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἂν λυπώμεθα,
Ἕρπει παραλλὰξ ταῦτα.
*Vbi iniuriari & quæuis pro libidine facere licet,*
*Illam ciuitatem exiſtimandum eſt tandem*
*Ex bono ſtatu recedentem in profundum ruituram,*
*At mihi tempeſtiuus aliquis metus conſtituatur,*
*Et ne putemus ſi quid libentes fecerimus,*
*Non luituros nos pœnam olim dolentes.*
*Eſt in his rebus viciſſitudo.*

Πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ᾽ ὁ φθόνος ἕρπει·
Καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς
Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται.
Μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ᾽ ἂν
Πράσσοι, καὶ μέγας ὀρθοῖθ᾽ ὑπὸ μικροτέρων.
Ἀλλ᾽ οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους
Τούτων γνώμας προδιδάσκειν.
*Ad habentem enim repit inuidia.*
*Atqui parui ſine magnis*
*Imbecille turris munimentum ſunt:*
*Paruus enim cum magnis optime*
*Agit, & magnus à minoribus prouehi poterit.*
*Sed non fieri poteſt, vt ſtolidi*
*Illorum animi hæc edoceantur.*

Euripides in Æolo.

Δοκεῖτ᾽ ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας
Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;
Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά.
Ἀλλ᾽ ἔστι σύγκρασις, ὥστ᾽ ἔχειν καλῶς.
Ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένητι, ὁ πλούσιος
Δίδωσιν· ἃ δ᾽ οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,

*

*Putatis ne vos terram habitare poſſe, ſi totus*
*Pauper populus Remp. abſq; diuitibus inſtitueret?*
*Haudquaquam ſeorſum bona & mala ſubſiſtere poſſent.*
*Sed eſt aliquod temperamentum, quo recte coniunguntur.*
*Nam ea, quibus pauper caret, diues*
*Largitur: quæ vero nos diuites non poſſidemus,*
*Illorum gratia pauperibus vtentes colimur.*

Sophocles in Aiace.

Οὐ γάρ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
Φέροιντ᾽ ἂν, ἔνθα μὴ καθεστήκοι δέος,
Οὔτ᾽ ἂν στρατός γε σωφρόνως ἔχοιτ᾽ ἔτι,
Μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ᾽ αἰδοῦς ἔχων.
*Nunquam enim aut leges in ciuitate bene*
*Se habebunt vbi metus abeſt,*
*Aut exercitus cum moderatione perſiſtet,*
*Qui nullum timoris aut reuerentiæ obſtaculum habet.*

Euripides in Antigon.

Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
Πόλεμος ἐν ἀστοῖς, ἢν διχοστατῇ πόλις.
*Inteſtinum oboriri ſolet hominibus*
*Bellum inter ciues ſi ciuitas diſſenſerit.*

Idem in Alcmene.

Ἀκρίβεια δ᾽ ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.
*Optimum eſt veritas in iuſti viri ciuitate.*

Idem.

Παῦσαι· τὸ μὲν γὰρ συνέχον ἀνθρώπων πόλεις,
Τοῦτ᾽ ἔσθ᾽, ὅταν τις τοὺς νόμους σῴζῃ καλῶς.
*Deſine: tum enim ſaluæ ſunt ciuitates,*
*Quum leges, vt decet, obſeruantur.*

Menander.

Εἴπερ τὸν ἀδικοῦντα μὲν εἷς ἠμύνετο
Ἕκαστος ἡμῶν, καὶ συνηγωνίσατο,
Ἴσως νομίζων ἴδιον εἶναι τὸ γεγονὸς
Ἀδίκημα, καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς,
Οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ἦρξατο,
Καὶ τυγχάνοντες ἧς ἔδει τιμωρίας,
Ἦτοι σπάνιοι σφόδρ᾽ ἂν ἦσαν, ἢ πεπαυμένοι.
*Si iniuriarum authorem vlciſceretur*
*Vnusquiſq; noſtrum & vna propugnaret,*
*Æque ac ſi propria ſibi eſſet facta*
*Iniuria: & ciues vehementi ſtudio mutuam iungerent operam,*
*Non amplius nobis calamitas inciperet*
*Improborum hominum: ſed obſeruati,*
*Et meritam pœnam luentes,*
*Vel admodum eſſent rari, vel prorſus deſinerent.*

## ❡ Philosophicae Sententiae.

Illa non eſt ciuitas, cum leges in ea nihil valent, cum iudicia iacent, cum mos occidit patrius. 4. *Paradox. Cic.*

Habemus ne vllum pernicioſius ciuitati malum, quam quod eam diuidit, & ex vna plures facit? Ponamus item legem hanc cuſtodibus, vt neque diſſipent agros: neque igne leges abſumant. *Plat. 5. dial. de iuſto.*

Ciuitas profecto, in qua ciues ad expetendos magiſtratus minime ambitioſi ſunt, optime & procul à ſeditionibus permanet: contra vero, quæ aliter affectos habet ciues. *Idem in 7. dial. de iuſt.*

Neque poterit in ciuitate excellentes cuiquam conferre honores, quia diuitiis præſtet, aut quia velox, aut formoſus, aut robuſtus ſit, ſi virtute careat: ſed neque etiam ſi virtutem aliam habeat quandam, temperantiam vero non habeat. At vero iuſtitia ſine temperantia, originem habere nullam poteſt. *Idem 3. de Legib.*

Prima ciuitas eſt Reſpub. legesque optimæ, vbi quam maxime per vniuerſam ciuitatem priſcum illud prouerbium locum habet, quo fertur, vere amicorum omnia eſſe communia.

Enimuero ea demum ciuitas felix nominanda eſt, non quæ ex promiſcua hominum colluuie multos ciues temere colligit, ſed quæ antiquiſſimas & primas familias maxime conſeruare ſtudet. Hi etiam viri in præclaris habendi ſunt, non qui potiti imperiis ſæuitiam in ciues exercent, aut maiores opes ac potentiam, quam par & æquum eſt, habent: ſed qui maximis honoribus digni ſunt, & illis tamen contenti viuunt, qui populi voluntate ipſis contigerunt. Nam tali authoritate nemo ſiue priuatus, ſiue magiſtratus, neque honeſtiorem, neque tutiorem, neque pretii maioris, aut magis expetendam ſuſcipere queat. *Iſocrates de pace.*

Communis eſt etiam ſocietas quædam eorum, quorum par eſt cauſa optimæ vitæ degendæ, quoad eius fieri poterit, gratia conſtituta. *Ariſt. l.* 7. *Polit. c.* 8.

Ciuis officium eſt conſiderare ciuitatem, tanquam animal vnum ex ciuibus, tanquam partibus, ac partem toti, non totum parti ſeruire debere: quando enim partis tantum commodum quæritur, vtriusque, ſcilicet tam partis, quam totius commodum prorſus omittitur: quando vero totius quæritur bonum, bonum vtriusque ſeruatur. Igitur meminiſſe debet ciuis, nihil ſiue boni ſiue mali, alicui ciuitatis membro poſſe contingere, quin propter connexionem quandam ad cætera membra pertineat: atque totum nihil rurſus toti ciuitatis corpori euenire poſſe, quin mox ad ſingula animalia huius membra pertineat. Nemo igitur in hac vrbana familia dicat, Meum hoc, & illud tuum: omnia enim in hoc ingenti animali quodammodo communia ſunt, ſed dicat: Meum hoc & illud, non poſſeſſione quidem propria, ſed affectu potius atque cura. Patriam quisque tanquam parentum parentem amet & colat. Priuatus antiquis probatisque legibus obediat, tanquam Deo: Non enim absque Deo huiusmodi leges conſtituuntur. Magiſtratus meminerit non aliter ſe legibus, quam priuatum magiſtratibus eſſe ſubiectum, intelligat ſe cum iudicat, iudicari. Platonis præceptum ſemper ante oculos habeat, vt non ſeipſum, ſed ciuitatem: non partem ciuitatis aliquam, ſed vniuerſum reſpiciat. Sciat denique optimum in cœleſti patria huic ſeruati locum, qui terrenam patriam ad cœleſtis exemplar pro viribus, diſpoſuerit: communi enim mundi regi nihil gratius, quam commune bonum. *Marſilius Ficinus lib.* 1. *epiſt. ad Petrum.*

Sic habeto, omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. Nihil eſt enim princip. illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam conſilia, cœtusque hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. *Cic. de ſomnio Scipionis.*

Bonos ciues primum natura efficit, adiuuat deinde fortuna: omnibus enim bonis expedit ſaluam eſſe Rempublicam. *Cicero Philip.* 13.

Bonorum ciuium eſt, intercludere omnes ſeditionum vias, munire præſidia Reipublicæ, ſummum in conſulibus imperium, ſummum in ſenatu conſilium putare: ea qui ſecutus ſit, laude potius, quam pœna & ſupplicio dignum iudicari. *Pro C. Fabricio.*

Ego vero cum omnes orationes probo, quarum quantulacunq; tandem vtilitas eſſe poteſt: tum vero pulcherrimas & legibus digniſſimas & mihi maxime conuenientes iudico, quæ de honeſtis actionibus, & gerendæ Reipubl. ratione præcipiunt: atque inter illas ipſas excellere cenſeo, quæ & principes docent, quomodo ſit tractanda multitudo, & homines priuatos quomodo erga Principes affecti eſſe debeant. Hæc enim quædam velut inſtrumenta eſſe video, vt vrbes & feliciſſimæ & ampliſſimæ fiant. *Iſocrates in Nicocle orat.* 3.

Verba mea pro legibus habete, operamque date vt illis obtemperetis, ſcientes quod his, qui maxime voluntati meæ ſatisfacere ſtuduerint, viuere licebit vt ipſi volunt. Caput vero eſt omnium quæ diximus. Quales exiſtimatis veſtros erga vos eſſe oportere, tales vos erga meum imperium eſſe debetis. Quæ ſi feceritis, quorſum attinet multa dicere, quid inde ſit euenturum? Nam ſi & ego me deinceps ita geſſero, vt ſuperiori tempore, & mihi vos eodem modo inſeruieritis: quamprimum videbitis & veſtras opes priuatim creuiſſe, & meum imperium auctum: & ciuitatem felicem eſſe factam. Operæpretium igitur eſt, tantis bonis propoſitis omnia facere, ac labores & pericula quæuis perferre. Eſt autem in poteſtate veſtra ſitum, vt ſine vllo negotio & malo, ſi fidi & ſaltem iuſti fueritis, hæc omnia perficiatis. *Officium ciuium erga Reges. ibid.*

At dicet aliquis, Ciues illi erant: Ego vero id nego, Quirites. At hic erant nati: quaſi vero referat, vbi ſit quisque natus, magis, quam quo animo ſe ac mente gerat. Ego potius ciues credam, Quirites, eos, qui in extrema Scythia nati, bene de hac communi patria noſtra cogitant, quam qui ad carinas aut ad pila Horatia, aut in hoc iſto foro, vel ipſo Capitolio genitus & educatus, locum, libertatem, gloriam, in qua natus eſt, per ſummum ſcelus perdere & velit, & conetur: ciues tu mihi putas eos, qui hanc ſuam eſſe ciuitatem ipſi non putant? *Ciues veri qui. Viuens ...tione Syllana.*

Ecquis omnium ignorat, felicitatem neque mag... rum ſtructuris, neque ciuium numeroſa multitudine ... contineri, ſed ſapientibus ac moderatis Reipublicæ g... bus? Eſt enim anima ciuitatis, nihil aliud quam admin... quæ non minores quam in corpore anima: videlicet ha... omnibus conſulit, ſimul conſeruans profectum, ſimul ... uitans. Huic oportet & leges & oratores, & priuatos ho... miles, & ſic vnumquemque agere, prout illam ſit nact... uata, nos nihil habemus penſi, nec ſoliciti ſumus, quem... redintegretur. *Iſocrates in Areopagitica oratione, ſeu de ... thenienſium Republica.*

Qui periculum non timet, propoſita inuidia, morte, ... ſegnius Rempublic. defendit, is vir vere, & ciuis putandus ... *pro Milone.*

Ciuis eſt is, qui patriam ſuam diligit, ac bonos omn... columesque deſiderat. *In Ver.*

Ab omnibus huiusmodi ciuis laudandus ac diligend... non ſolum Reipublicæ ciuem improbum remouet, ... ſeipſum eiusmodi fore profitetur ac præſtat, vt ſibi ... communi voluntate virtutis atque officii, ſed etiam, ... magis neceſſaria ratione, recte ſit honeſteque viuendum ... *Ver.*

Ciuem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, ... miſſum & abiectum, neque ſeſe efferentem: tum in Rep. ... quæ tranquilla & honeſta ſint. 1. *Off.*

Nihil viro bono & quieto & bono ciui magis conu... abeſſe à ciuilibus controuerſiis. *Ad Attic.* 9. *lib. Epiſt.*

Ciuis non eſt habendus, ſi ciuile bellum concup... *lip.* 13.

Ingratus eſt, iniuſtusque ciuis, qui armorum peric... animum tamen retinet armatum. *Pro Marc.*

Ciuem ab hoſte non natura ac loco, ſed animo factisq... inuis. *Parad.* 4.

Hi & audaces & mali & pernicioſi ciues putantur, qu... populi animos ad ſeditionem, aut qui largitione cæca... imperitorum, aut qui fortes & claros viros, & bene de Re... in aliquam vocant inuidiam. Qui vero ſceleratorum ... conatus repreſſerunt, qui authoritate, qui fide, qui mag... nimi, conſiliis audacium reſtiterunt, ii boni ciues ſemp... ſunt. *Pro Seſt.*

## ¶ Apophthegmata.

*Solon* illam ciuitatem optime habitari dixit, in qu... bonos honoribus affici: contra autem, improbos pœnis ... rit.

*Pythagoras* dixit, primum luxuriam ciuitates ingred... ... turitatem, poſtea contumeliam, poſtremo exilium.

*Alphonſus Arragonum* rex interrogatus quos è ciuib... chariſſimos? Qui magis, inquit, pro me metuunt, quam ... tiens illos eſſe ex animo amicos, qui principem magis am... timent.

*Antiſthenes* interrogatus, quomodo ad Rempub. eſſet ... dum, reſpondit? Vt ad ignem, neque nimis prope, ne vra... longius, ne frigeas.

*Solon* rogatus, quomodo ciuitas in optimo ſtatu deg... xit: Si ciues quidem magiſtratui obediant, magiſtratus ... gibus.

*Demoſthenes* leges ciuitatis animam eſſe dixit. Vt ... nime corpus procumbit, ſimiliter ciuitas, ſi leges abſint, ... ſiſtit.

*Euſebius.* In ciuitate ſtudioſa felicitatis nunquam ope... ni debent virtuti, ne hanc ob cauſam omnibus diuitiarum ... rio captis, contemptus & neglectio virtutis innaſcatur ... Republ.

Ciuitatis decus cuſtoditur & conſeruatur, cum magiſtr... uerentia & honores debiti integrique manent.

*Lycurgus* cuidam percontanti, cur Sparta mœnibus non ... retur? oſtendit ciues armatos: Hi, inquit, ſunt Spartanæ ... muri. Significans Reſpubl. nullo munimento tutiores eſſe ... virtute ciuium.

Cum alius illi cuiusdam ciuitatis muros tutos admodum ... diſſet, rogauit, num pulcri viderentur? reſpondit Lycurgus, ... per Iouem, ſed mulierum cauſa, non virorum extructi ſunt ... tiens non aliis mœnibus muniendam eſſe ciuitatem, quam ... ſtrenuis.

Dicente quodam apud Theopompum ideo ſeruari Rem... Spartanam, quod Reges ſcirent imperare: Imo, inquit, ... quod ciues ſciant parere. Multum enim habet moment... pis integritas: ſed multo plus ciuium recta inſtitutio & ... quium.

*Panthoidas legatus* in Aſiam miſſus, oſtendentibus mu... probe munitum, Per Deos, inquit, bellum conclaue mul...

¶ SIMILITVDINES.

… quemadmodum faces in portu ſublatæ, magna flam-ma ex paruis cremiis excitata, nauibus per mare errabundis mul-tum commodi ferunt: ſic & vir egregius in ciuitate periclitante paucis … contentus, magnis beneficiis ciues afficit. Zaleucus Locren-ſium legiſlator, leges aiebat aranearum telis ſimiles eſſe. Nam ſi muſca aut culex inciderit, retinetur: ſi vero veſpa aut apes, diſrupta tela euolant: ita ſe res habet in legibus.

Nobilis, animoſus, placidus, & ciuilis iuuenis, conſiderat do-mum vtramque perfectam conſiſtere non aliter poſſe, quam cum vxore & liberis: ſecus enim mutila foret, quemadmodum ciuitas non illo modo quæ mulieribus ſolis, ſed etiam quæ viris ſolis con-ſtat, imperfecta eſt. Certe vt greges & armenta vtcunque pinguia & … ſine fœturis pulchra non ſunt; ſic neq; ciuitas & familia, idque …

… quemadmodum Deus ad mundum, ita ſe rex ad ciuitatem habet: & vt ciuitas ad mundum, ita rex ad Deum, Ci-uitas enim ex diuerſis multisque concinnata, mundi ſtructuram & harmoniam imitatur: Rex autem imperium gerens nulli ob-noxium, & lex viua exiſtens, Dei figuram repræſentat inter homi-nes.

Quemadmodum nauis in medio pelago die nocteque cuſtodi-bus indiget: ita quoque ciuitas in medio aliarum ciuitatum fluctu poſita, variis ſubiecta ſeditionibus, ac ſemper captiuitatis periculo proxima, perpetua eget cuſtodia. *Plat. 3. de leg.*

¶ SCRIPTORES.

De ciuilibus præceptis *Plutarchi* liber extat, quem tranſtulit *Nicolaus Saguntinus*. De Regimine ciuitatis *Franciſcus Lucius*. De ciuitatis recta inſtitutione Reipublic. tranquillitate & gloria … cum Lugdunenſis ciuitatis laudibus. *Ioan. Rainerius*, De vrbibus conditis *T. Lucretius lib. 5.* ciuitates, *in Anthol Græco-rum Epigrammatum lib. 1. Tit. 70.* Epitaphia ciuitatum, *Ibid. libr.* … Ciuitatum imagines, *Ibidem lib. 4. tit. 27.* Qui primi con-diderunt oppidum, muros, turres, *Polydor. Vergil. lib. 3. cap. 9.* Ciuis … non vulgaris, *apud Marſil. Ficin. 6. 59.* Vide *eundem lib. 1.* … c. 11. ciues qui ſecundum legem Periclis, *Ælian. in Varia hiſt. Græc. fol. 32.*

*Vide, Reſpublica.*

# Ciuilitas morum.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. l. 3. de Arte Am.

*Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo:*
*Sit bene conueniens, & ſine labe toga.*
*Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,*
*Ne vagus in laxa pes tibi pelle natet.*
*Quid ſi præcipiam, ne fuſcet inertia dentes,*
*Oraq; ſuſcepta mane lauentur aqua?*
*Nec male deformet rigidos tonſura capillos.*
*Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.*
*Et nihil emineant & ſint ſine ſordibus vngues.*
*Inq; caua nullus ſtet tibi nare pilus.*
*Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris,*
*Nec lædat nares virq; paterq; gregis.*
*Sint modici riſus, paruæq; vtrinq; lacunæ,*
*Et ſummos dentes ima labella tegant.*
*Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu,*
*Sed leue neſcio quid fœmineumq; ſonet.*
*Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris:*
*Allicit ignotos illa fugatq; viros.*
*Carpe cibos digitis: eſt certus geſtus edendi,*
*Ora nec immunda tota perunge manu.*
*Neue diu præſume dapes, ſed deſine citra,*
*Quam cupias, paulo quam potes eſſe minus.*
*Ne coram miſtas ceruæ ſumſiſſe medullas,*
*Nec coram dentes perfricuiſſe probem.*
*Iſta dabunt faciem, ſed erunt deformia viſu,*
*Multaq;, dum fiunt turpia facta placent.*
*Certa tibi a nobis dabitur menſura bibendi:*
*Officium præſtent menſq; pedesq; ſuum.*
*Iurgia præcipue vino ſtimulata caueto,*
*Et nimium faciles ad fera bella manus.*
*Occidit Euricion ſtulte data vina bibendo.*
*Aptior eſt dulci menſa merumq; ioco.*
*Parua monere pudet, talorum diſcere iactus,*
*Vt ſciat, & vires teſſera miſſa tuas.*
*Tunc ſumus incauti, ſtudioq; operimur in ipſo,*
*Nudaq; per luſus pectora noſtra patent.*
*Ira ſubit deforme malum, lucriq; cupido,*
*Iurgiaq; & rixæ ſollicitusq; dolor.*
*Carmina dicuntur, reſonat clamoribus æther:*
*Inuocat iratos & ſibi quiſq; deos.*
*Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores,*
*Candida pax homines, trux decet ira feras.*
*Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,*
*Lumina Gorgonio ſæuius angue micant.*
*Odimus immodicos (experto credite) faſtus.*
*Sæpe iacens odij ſemina vultus habet.*
*Spectantem ſpecta, ridenti mollia ride:*
*Innuet, acceptas tu quoq; redde notas.*
*Rara tamen menda facies caret: occule mendas,*
*Quodq; potes, vitium corporis abde tui.*

Plau. in Pen.

*Liberos homines per vrbem modico magis quam par eſt gradu*
*Ire: ſeruile eſſe duco feſtinantem currere.*
*Riſu inepto res ineptior nulla eſt.*

*De hac materia porro habes, vbi Societas, infra.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Pericles* Ariphroni volenti publico præconio quæri Alcibiadem, qui adoleſcens clam domo egreſſus ad amicum Democratem ſe cō-tulerat, obſtitit, dicens: Si forte nobis inſciis periit, præconio nil a-liud agetur, quam vt vno tantum die citius manifeſtum fiat, illum interiiſſe: Sin ſaluus, ne per omnem quidem vitam ſaluus eſſe pote-rit. Ciuiliter eluſit Pericles adoleſcentis infamiam, quam nunquam potuiſſet eluere. *Plut. in Græc. apoph.*

*Æſchines* cum Rhodi recitaſſet orationem ſuam contra De-moſthenem, Rhodii demirati ſunt, quod tali oratione defendi non potuiſſet. At deſineretis admirari, inquit Æſchines, ſi audiſ-ſetis quæ ad hæc reſpondit Demoſthenes. Mira ciuilitate ſe exemit à crimine, & iudices excuſauit, damnationis iniuſtæ cauſam reii-ciens in orationem Demoſthenicam. *Eraſmus Roterod. libr. 8. a-pophthegm.*

*Ariſtoteles* cum iam natus annos 62. adeo laboraret, vt nulla pla-ne ſpes vitæ ſupereſſet, conuenerunt ad eum diſcipuli, rogantes vt ex ipſis ſucceſſorem eligeret. Erant autem duo inter auditores præ-cipui, Theophraſtus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Iuſſit igitur Ariſtotel. vinum exoticum ſibi Rhodium ſcilicet & Lesbium ad-ferri, vt extremum biberet Vale, & guſtato vino primum Rhodio, dixit, Firmum hercle vinum, & iucundum. Mox guſtato Lesbio, Vtrunque, inquit, egregie bonum, ſed Lesbium ſuauius eſt. Id vbi dixit, nulli dubium fuit, quin ciuiliter Theophraſtum Lesbium ſucceſſorem ſibi fecerit. *Laert. l. 5. c. 1.*

*Alexander* in hyeme quum duceret exercitum aſſidens igni, recognoſcere prætereuntes copias cœpit. Cumque videret mili-tem quendam horrentem frigore, & ad ignem ſtantem, conſide-re loco ſuo iuſſit, dicens: Si in Perſide natus eſſes, in regia ſella ſe-dere tibi capitale foret, in Macedonia nato conceditur. *Quint. Cur-tius.*

*Archelaus.* Euripides quum in conuiuio Agathonem deoſcula-retur, Archelaus amicis dixit, Ne miremini: nam pulchrorum et-iam autumnus pulcher eſt. Ciuiliter excuſauit amicum apud ami-cos. *lib. 5. apoph.*

*Eudamidas.* die quodam cum Xenocrates argumentum quod tractabat, diſſerendo abſoluiſſet, iamque finem dicendi feciſſet, ſu-peruenit Eudamidas, cui cum comitum quiſpiam dixiſſet, Poſtea-quam nos adſumus: tum ille deſiit dicere, Recte, inquit, ſi quidem ea dixit quæ voluit, rurſus altero dicente, Bonum erat audire, pu-tans fore vt ſua cauſa iuberet Xenocratem eadem de integro diſſe-rere: Quid, inquit Eudamidas, ſi veniſſemus ad te iam cœnatum, num poſtularemus vt cœnares iterum? ciuilitas erat, quod philo-ſophum ad iterandam diſputationem perpellere noluit, quod ea res non caruiſſet tædio dicentis. Laconicæ virtutis erat, quod magis admirabatur præclara facinora deſignantes, quam de virtute diſſe-rentes. *Plut. in Lacon.*

*Alexander Maced.* cum è Macedonum numero ad mare remit-teret valetudinarios, mutilos & debiles, productus eſt quidam qui ſe ægrotare finxerat. Is cum ad Regem duceretur, vt oſtenderet, cu-ius rei gratia morbum ſimulaſſet: faſſus eſt, hoc factum eſſe ob a-morem Teleſippæ, quæ ad mare fuerat profecta. Verum cum ſciret eam virginem eſſe liberam, ait: perſuadeamus Teleſippæ, vt ad nos veniat ſua ſponte, nam manus libere virgini admouere nequaquam decet. Et ſic ciuiliter indulſit amori ſtrenui militis, quem in exercitu retinere cupiebat: & ingenuam tamen virginem non vi adegit vt adeſſet ſponſo futuro. *Plut. in apoph.*

*Cato*, multis Publii Scipionis ingratitudinem incuſantibus, quod Catoni de ſe optime merito oppoſuiſſet competitorem: Cato ſic ex-cuſauit: dicens minime mirandum, ſi quod quis maximum bonum duceret, id alteri nollet concedere. *Plut. in Cato.*

*Auguſtus Cæſ.* cum nulli fere, ad conuiuium inuitanti ſuum de-negaret officium, exceptus à quodam cœna perparca, ac pene quo-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tidiana, cum à conuiuatore dimitteretur, hoc illi tantum inſuſurrauit: Non putabam me tibi tam familiarem eſſe. Alius tam ieiunum apparatum contumeliam fuiſſet interpretatus, ille ciuiliter etiam pudori conſuluit: inuitatoris familiaritati tribuens, idq; in aurem, ne cæteri putarent exprobratam parſimoniam. *Plut. in apoph.*

# Clamor.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CLAMOR, Græce, βοὴ, ῆς, ἡ, dicitur: & βοάω, clamo. Eſt autem clamor filia iræ, qua quis clamat contra aliquem confuſe & inordinate, aut furioſe loquens. *ſecundum B. Thom. ſecunda Secundæ, q.158. art. 7.*

Eſtque clamor proprie calamorum ſonus, quaſi calamor. Arundines enim vento agitatæ, magnum emittunt ſonum. Inde clamantem dicimus eum, qui vociferando obſtrepit.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Clamor damnatur, *Epheſ.* 4.31. clamor peccatorum: Sodomitarum, *Gen.* 18.20. & 19.13. Philiſtinorum, 1. *Sam.* 5.12. Mercenariorum, *Deut.* 24.15. *Iac.* 5.4. Sanguinis Abel. *Gen.* 4.10. *Heb.* 12.24.

### ¶ ADAGIA.

Clamoſior lauro ardente. Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης. *Diogen.*

*Iactabitur in clamatores & garrulos.*

Vsque ad rauim. ἄχρι κόρου.

*Id eſt: Vsque ad ſatietatem. In eos, qui moleſto clamore ſubinde rem eandem inculcant.*

Apertis tibiis.

*De iis qui clariore voce aliquid proferunt: Metaphora ducta eſt à tibicinibus, qui apertis tibiarum foraminib. acriore ſono canunt.*

Septem conuiuium, nouem conuitium.

*Eleganti hac ob παρονομασίαν ſententia ſignificatum eſt, in conuiuium paucos adhibendos, alioqui fore tumultuoſum & inſuaue.*

Claudiana tonitrua.

*Dicitur in homines immodice clamoſos & odioſe obſtreperos.*

Cyclobori vox. Κυκλοβόρου φωνή.

*De clamoſis & vehementer obſtreperis, aut quibus vox eſt rauca & vitioſa.*

Sarpedonium littus. Σαρπηδονία ἀκτή.

*De re turbulenta: aut vehementer clamoſis, recte dicimus.*

Stentore clamoſior. *Iuuen.*

*Vt Stentora vincere poſſit: De Stentore vide Hom. Iliad. ε. Vbi ferream illi vocem attribuit Poeta. Iactabitur etiam in vehementer clamoſos & vociferantes.*

Abydena illatio. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα *Zenodoti.*

*Solitum dici, vbi quis obſtrepit aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus: & tumultu moleſtiam affert. Huc referri quoque commode poſſe videntur duo loci prouerbiales Homeri. Alter Iliad. ξ quo inter litigandum aut diſputandum ingentem vociferationem indicabimus.*

Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ ἔριδα ξυνάγοντες ἄρηος. id eſt,
*Tantum vociferans, quantum nouies deciesue*
*Mille viri clamare ſolent, qui prælia miſcent.*

*Alter ex Odyſſ. λ. Quo iubebimus conuiuio colloquióve temperari à vociferatione.*

Νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, μηδὲ βοητὺς
Ἔστω. id eſt,
*Nunc hilares cœnemus, & omnis clamor abeſto.*

Columnas rumpere.

*In clamoſos & improbe loquaces.*

Calamoboas. καλαμοβόας.

*In eos qui non lingua quidem & ore clamitant: ſed ſtylo & ſcriptis maledicis tumultuantur, & quaſi vociferantur: vt Antipater ille Stoicus, qui Carneadi contradicebat editis aliquot libris maledicis & ineptiis. Vnde καλαμοβόας, quaſi calamo vociferans, appellatus eſt.*

Λαρυγγίζειν.

*Dicuntur Græcis, qui non loquuntur naturali modo, ſed gutture dilatato effundunt immanem vocem.*

*Vide, Auditus, Vox, Silentium.*

# Claudicatio.

### ¶ APOPHTHEGMATA.

DEMONAX in Ruffinum quendam claudum, multo tempore familiarem Peripateticis, dixit, nihil eſſe turpius Peripatetico claudo. Alluſit huc, quod Peripatetici dicuntur ab [illegible] quæ non conuenit claudo. *Eraſ. in apoph.*

*Androclidas* claudicans, cum ſe in ordinem bel[illegible] ciſſet, male audiuit à quibusdam, quod pede læſus [illegible] ſet, pugnaturus contra ſanos ac agiles, reſpondit: Non [illegible] ſed manentem cum hoſtibus, pugnare oportet. Quod [illegible] ad animi fortitudinem retorſit. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus* alius Lacon claudus, ad bellum proficiſc[illegible] aliis militibus derideretur: Non opus eſt, inquit, fugi[illegible] qui ſubſiſtant, & ictus hoſtium fortiter propellant. *Plut.* [illegible]

*Lacæna* quædam ad filium claudum in aciem prof[illegible] Fili, inquit, fac vt ſingulo quoque gradu virtutis mem[illegible] claudicationis vitium ſolet formidinem incutere. Ad [illegible] vt ex ipſo vitio ſumeret animos ad rem fortiter gerendam [illegible] tans, nihil eſſe in fuga præſidii claudo, aut vincendum [illegible] dum eſt. *Plut. in apoph. Lacænarum.*

*Antianira* Amazonum regina, demirantibus quod [illegible] viro claudo, ſatis cynice reſpondit, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ: id eſt optime virum agit. Senſit maritum adhibendum non ob [illegible] oblectamenta, ſed ad vſum coniugii. Feruntur autem clau[illegible] res eſſe cæteris, & ob id ad gignendam prolem magis a[illegible] *Eraſ. Rot. l. 8. apoph.*

*Alexander.* Philippus à Triballis in prælio vulnera[illegible] more lancea traiecto, iamque opera chirurgi liberat[illegible] mortis, dolebat claudicationis deformitatem contra[illegible] re. Cui Alexander: Ne verearis, inquit, in publicum p[illegible] gradum mouens, virtutis tuæ potius memineris. *Plut. in Alex.*

*Anonymus* de Caluino Glaucia claudicante dixit: Non [illegible] ſed elodicat. Veteres clodium dixere pro claudio. Hinc io[illegible] qui Clodio fauebat. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Caruilij mater.* Spurio Caruilio grauiter claudicanti [illegible] ob Rempublic. accepto, & ob claudicationis vitium in p[illegible] prodire verecundanti, mater dixit: Quin prodis, mi Spuri [illegible] tieſcunque gradum facis, toties tibi tuarum virtutum [illegible] mentem? *Eraſ. Rot. in apoph.*

*Seuerus Imper.* cum ob claudicationem podagra [illegible] imperium inutilis iudicaretur, contemptores ſuos in [illegible] atque capite damnauit, qui cum veniam delicti à Cæſare p[illegible] Non feci vobis iniuriam, inquit, lata ſententia. Nunc [illegible] tis, non pedes, ſed caput imperare in homines ſceleratos. [illegible] *cius & Xiphilinus in vita Seueri.*

# Clementia.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CLEMENTIA, Græce ἀνεξικακία, ας, ἡ, & ἀνεξίκακος, [illegible] mens. Et eſt, per quam animus temere in odium al[illegible] citati, comitate retinetur, & eſt pars temperantiæ *ſecundum* [illegible] *Rhetor.*

Clementia & lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem [illegible] tuendis pœnis. *ſecund Senecam lib. de clementia.*

Clementia eſt animi temperantia in conſtituendis pœnis.

Clementia eſt virtus moderatiua pœnarum ſecundum [illegible] *ſecund. B. Thom. ſecunda Secundæ, q. 158. art. 1.*

Clementia eſt lenitas ſuperioris ad inferiorem: ſed m[illegible] eſt cuiuslibet ad quemlibet. *ſecundum B. Thom. ſecunda* [illegible] *q. 175.*

Clementia eſt virtus humana, ideo ei directe oppo[illegible] delitas: non autem feritas, aut ſeueritas ſub beſtialitate, [illegible] heroicæ, vel dono pietatis, *ſecundum eundem, ſecunda Secundæ* [illegible] 159. *art.* 2.

Clemens dicitur à claritate mentis.

Clementia & manſuetudo conueniunt cum tempe[illegible] modo, non autem in materia. *B. Thom. ſecunda Secundæ,* [illegible] *art.* 3.

Clementia differt ab ἐπιεικείᾳ, quod clementia modera[illegible] ctum in pœnis infligendis ſecundum legem communem [illegible] dine affectus. Sed ἐπιείκεια, ſecundum intentionem legis. [illegible] *ſecunda Secundæ, q. 157. art. 2.*

### ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nulla de virtutibus ſic ſolet ſapientiam parere, vt cl[illegible] *Baſil. apud Anton.*

Clementia egeo, qua euertitur princeps huius ſeculi [illegible] *Ignatius ibidem.*

Exemplum omnium ſummæ clementiæ ipſum haben[illegible] ſeruatorem Chriſtum, quem pone ſequi debemus, & [illegible] iniurias neceſſario ferre: nam de illo ſcriptum eſt, cum [illegible] vexaretur, non viciſſim contumelia & conuitio [illegible] retur, non minitatum, ſed ei qui iuſte iudicat, [illegible] *Cyrill. ibid.*

..us eſſe debet homo iuſtus & pius, patienter eorum mali-..ere, quos fieri bonos optat: vt potius numerus creſcat ..n, non vt pari malitia ſe quiſque numero addat malorum. ..erm. de puero. Centur.

..mam iuſtitiæ officium eſt coniungi cum Deo. Secundum ..homine. Sed illud primum religio dicitur, hoc ſecundum mi-..ia vel humanitas nominatur, quæ virtus propria eſt iuſto-..& cultorum Dei: quod ea ſola vitæ communis in ſe continet ..onem. *Lactant. lib. 6.*

Clemens dicitur animus, quando eſt tener ad compatiendum, ..ſus ad remittendum, promptus ad ſubueniendum. *Hugo de S. ..ctore.*

Summum igitur inter ſe hominum vinculum eſt humanitas: ..quis diſruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt. Nam ſi ..ab vno homine, quem Deus finxit, omnes ſumus oriundi, certe con-..ſanguinei ſumus: & ideo maxime ſcelus putandum eſt, odiſſe ho-..minem vel nocentem. Propterea Deus præcipit inimicitias per nos ..nunquam faciendas, ſed ſemper eſſe tollendas: vt ſcilicet eos, qui ..ſunt nobis inimici, neceſſitudinis admonitos mitigemus. Item, ſi ab ..vno Deo inſpirati omnes & animati ſumus, quid aliud quàm fra-..tres ſumus? & quidem coniunctiores ſumus animis, quàm corpo-..ribus. Itaque non errat Lucretius poeta vetuſtiſſimus, cum dicit:

*Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi:*
*Omnibus ille idem pater eſt.*

Ergo pro belluis immanibus ſunt habendi, qui homini nocent, ..qui contra ius humanitatis, & fas omne, ſpoliant, cruciant, occidunt, ..exterminant. Ob hanc neceſſitudinem germanitatis docet nos Deus, malum nunquam facere, bonum autem ſemper. Id autē ipſum ..benefacere, quid ſit, idem ipſe præſcribit: Præſtare auxilium de-..preſſis, & laborantibus, impartiri victum non habentibus. Deus e-..nim quoniam pius eſt, animal nos voluit eſſe ſociale. Itaque in aliis ..hominibus nos ipſos cogitare debemus. Non meremur in periculo ..liberari, ſi non ſuccurrimus: non meremur auxilium, ſi negamus. ..Nam qui ſe a præſtando auxilio remouet, etiam ab accipiendo ſe re-..moueat neceſſe eſt. Quia nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ..opem negat. Retinendum igitur eſt omninò vinculum ſocietatis ..humanæ: quia homo ſine homine nullo modo poterit viuere. Re-..tentionem ſocietatis eſt communitas, id eſt, auxilium præſtare, vt ..poſſimus accipere. Si verò, vt aliqui diſputant, humanitatis ipſius ..cauſa fit hominum congregatio, homo certè hominem debet agno-..ſcere. Quod ſi fecerunt illi rudes in primæua ætate nondum conſti-..tuta loquendi ratione, quid putemus, hominibus expolitis ſermo-..ne, omniumque rerum commercio inter ſe copulatis eſſe facien-..dum, qui aſſueti hominib[9] ſolitudinem ferre non poſſunt? Conſer-..uanda igitur humanitas, ſi homines rectè dici velimus. Id autem ..ipſum conſeruare, quid aliud eſt quàm diligere hominem, quia ho-..mo ſit, idem quod nos ſumus? Diſcordia igitur & diſſenſio non ..ſecundum hominis rationem eſt. Verumque eſt illud Ciceronis, ..dicentis: Hominem naturæ obedientem, homini nocere non poſ-..ſe. Ergo ſi nocere homini, contra naturam eſt, prodeſſe igitur ho..mini ſecundum naturam ſit, neceſſe eſt. Quod qui non facit, homi-..nis ſe appellatione diſpoliat: quia humanitatis officium eſt, neceſſi-..tati hominis ac periculo ſubuenire. Atque huius operis & officii ..merces a Deo expetenda ſolo. Nam ſi ab homine expetes, iam non ..humanitas erit illa, ſed beneficii fœneratio: nec poteſt videri bene ..meruiſſe, qui, quod fecit, non alteri, ſed ſibi præſtet. Nam & ipſe ..Deus præcepit hoc, vt ſi quando cœnam parauerimus, in conui-..uium eos adhibeamus, qui nos reuocare non poſſunt, & vicem red-..dere: vt omnis actus vitæ noſtræ non careat miſericordiæ munere. ..Recte, inquit Cicero, à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas. Eſt e-..nim, vt mihi quidem videtur, valde decorum, patere domos homi-..num illuſtrium hoſpitibus illuſtribus. *Lactant. libr. 6. Diuin. in-ſtit.*

¶ Poeticae Sententiae.

Seneca in Hercule furente.

*Quiſquis eſt placide potens,*
*Dominuſq́; vitæ, ſeruat innocuas manus,*
*Et incruentum mitis imperium regit,*
*Animoq́; parcit, longa permenſus diu*
*Felicis æui ſpacia, vel cælum petit,*
*Vel læta felix nemoris Elyſii loca.*

Sophocles in Tyro,

Οὐ τὸν κακῶς γὰρ οἶκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης.
*Miſereri oportet iuſtorum, non improborum.*

Euripides in Auge.

Οὐ τῶν κακῶς γὰρ οἶκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης.
Ἔστι τὸ καλὸν τοὺς κακοὺς κολάζειν.
*Miſericordia digni ſunt non malefici, ſed probi homines.*
*Malos homines caſtigare bonum eſt.*

Idem in Scirone.

Ἡ νῦν ὑπό τινος χρηστότης καλουμένη,
Μεθῆκε τὸν ὅλον εἰς ἀπορίαν βίον.
Οὐδεὶς γὰρ ἀδικῶν τυγχάνει τιμωρίας.

*Quæ nunc à quibuſdam benignitas nominatur,*
*Vitam omnem remiſit ad improbitatem:*
*Nullus enim iniuriam faciens, pœnam luit.*

Iuuenalis Sat. 1.

*——— Separat hæc nos*
*A grege mutorum, atque ideo venerabile ſoli*
*Sortiti ingenium, diuinorumq́; capaces,*
*Atque exercendis capiendiſq́; artibus apti*
*Senſum à cæleſti demiſſum traximus arce,*
*Cuius egent prona, & terram ſpectantia mundi.*
*Principio indulſit communis conditor illis*
*Tantum animas, nobis animum quoque mutuus vt nos*
*Affectus petere auxilium, & præſtare iuberet.*

Claudianus.

*Sis pius inprimis. Nam cum vincamur ab omni*
*Munere, ſola deos æquat clementia nobis.*
*Nec tibi quid liceat ſed quid feciſſe decebit,*
*Occurrat, mentemq́; domet reſpectus honeſti.*

Claud. in conſul. Manlii Theod.

*Se iactent alij ſtudeant feritate timeri,*
*Abductoq́; hominum cumulent æraria ce..*
*Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus ex..*
*Vtilior, nullas confeſſus murmure vires,*
*Acrior at rapidus tacitas prætermeat in..*
*Danubius ripas, eadem Clementia ſæui*
*Gurgitis, immenſum deducit in oſtia Gangen.*

Idem lib. 2.

*Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat.*
*Manſuroq́; adamante legat nec mobile mutat*
*Ingenium paruo ſtrepitu, nec vincula noxæ*
*Diſſolui patitur, nec faſtidire priorem.*
*Allicitur veniente nouo, benefacta tenere,*
*Reſpuere offenſas facilis, pariterq́; minoris*
*Officij, magniq́; memor, ſuperare laborat.*
*Vtq́; hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.*
*Hæc fouet abſentes, hæc longe ſola remotis*
*Conſulit, hæc nullis auidam rumoribus aurem*
*Pandit vt ignauum nunquam læſuræ clientem*
*Inſidioſa tuos alienent murmura ſenſus.*

Ouid. lib. 2. de Art.

*Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus.*
*Frangas, ſi vires experiere tuas.*
*Obſequium tigreſq́; domat timidoſq́; leones:*
*Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.*

Claud. lib. 2.

*Huic diuæ germana fides, eademq́; ſororis*
*Corde tuo delubra tenens, ſeſe omnibus actis*
*Inſerit.*
*Hæc docuit nullo liueſcere fuco,*
*Nunquam falſa loqui, nunquam promiſſa morari.*

Terent. Comœdia 4.

*—— Re ipſa reperi*
*Facilitate nihil eſſe homini melius atq́; clementi..*

Ouid. Triſt. l. 3. Elegia 5.

*Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ira*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*
*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet.*
*At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi,*
*Et quæcunq́; minor nobilitate fera eſt.*

Ouid. de Ponto lib. 2. Eleg. 9.

*Regia (crede mihi res eſt, ſuccurrere lapſis,*
*Conuenit & tanto, quantus es ipſe, viro.*

Ouid. ibidem, & paulo poſt.

*Hoc tecum commune deis quod vtrique rogati*
*Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.*

Ibidem.

*Nam quid erit, quare ſolito dignemur honore*
*Numina ſi demas velle iuuare deos?*
*Iupiter oranti ſurdas ſi præbeat aures,*
*Victima pro templo cur cadet icta Iouis:*
*Si pacem nullam Pontus mihi præſtet eunti,*
*Irrita Neptuno cur ego thura feram?*
*Vana laborantis ſi fiant vota coloni,*
*Accipiat grauida cur ſuis exta Ceres?*
*Nec dabit intonſo iugulum carpere hoſtia Baccho*
*Muſta ſub inducto ſi pede nulla fluant.*
*Vtilitas igitur magnos homineſq́; deoſq́;*
*Efficit auxilijs quoque fauente ſuis.*

Ouid. epiſt. Medeæ ad Iaſonem.

*Pendere poſſe ſat eſt ſi quem iuuat ipſa poteſtas.*

Iuuenal. Satyr. penult.

*Molliſſima corda*
*Humano generi dare ſe natura fatetur,*

*Quæ lachrymas dedit: hæc noſtri pars optima ſenſus.*
*Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici,*
*Squaloremq; rei pupillum ad iura vocantem*
*Circumſcriptorem, cuius manantia fletu*
*Ora puellares faciunt incerta capilli.*
*Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ*
*Virginis occurrit, vel terra clauditur infans.*

Claud. in laudes Stiliconis panegy. 3.

*Principio magni cuſtos Clementia mundi,*
*Quæ Iouis incoluit zonam quæ temperat æthram*
*Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu*
*Cælicolum: nam prima chaos Clementia ſoluit,*
*Congeriem miſerata rudem, vultuq; ſereno*
*Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit.*
*Hac Dea pro templis & thure calentibus aris*
*Te fruitur, poſuitq; ſuas hoc pectore ſedes.*
*Hæc docet vt pœnis hominum, vel ſanguine paſci*
*Turpe ferumq; putes: vt ferrum Marte cruentum*
*Sic cum pace premas, vt non inſenſus alendis*
*[M]ateriam præſtes odijs, vt ſontibus vltro*
*[Ign]uiſſe velis, deponas potius iram,*
*[Ne ir]am moueas, precibus nunquam implacabilis obſtes,*
*[Supplic]a proſternas, proſtrataq; more leonum*
*[D]eſpicias, alacres ardent cum ſternere tauros,*
*Tranſiliunt prædas humiles, hæc iſte magiſtra*
*Dat veniam victis, hæc exhortat e calores*
*Horrificos, & quæ nunquam nocitura timentur*
*Iurgia, contentus ſolo terrore coercet,*
*Ætherei Patris exemplo qui cuncta ſonoro*
*Concutiens tonitru Cyclopum ſpicula defert*
*In ſcopulos, & monſtra maris, noſtriq; cruoris*
*Parcus, in Oetheis exercet fulmina ſyluis.*

Ouid. 2. de Ponto ad Cotim.

*Conueniens hominum eſt, hominem ſeruare voluptas:*
*Et melior nulla quæritur arte fauor.*

Idem lib. 3. de Ponto, ad Amicuum innominatum.

*Crede mihi, miſeris cæleſtia numina parcunt,*
*Nec ſemper læſos, & ſine fine premunt.*
*Principe nec noſtro Deus eſt moderatior vllus,*
*Iuſtitia vires temperat ille ſuas.*

Seneca in Octauia.

*Magnum timoris remedium eſt Clementia.*

Ibidem Senec. loquitur.

*Pulchrum eſt eminere inter illuſtres viros,*
*Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera*
*Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare*
*Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo.*
*Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.*
*Sic ille patriæ primus Auguſtus parens*
*Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus.*

Ouid. l. 2. de Arte Amandi.

*Dextera præcipue capit indulgentia mentes,*
*Aſperitas odium ſæuaq; bella mouet.*
*Odimus accipitrem quia viuit ſemper in armis,*
*Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.*
*At caret inſidijs hominum quia mitis hirundo eſt,*
*Quasq; colet turres Chaonis ales habet.*
*Eſte procul lites, & amaræ prælia linguæ,*
*Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor.*

B. Mantuanus de fortuna Gonzagæ Marchionis Mantuæ.

*O diuinum hominem! quis te laudauerit vnquam,*
*Vt tua laudari debet Clementia? certe*
*Illud opus cæleſte fuit, te gloria ſæcli*
*Non moritura tui: facinus narrabitur iſtud,*
*Dum vaga perpetuo lucebunt ſidera cælo:*
*[P]er genus omne hominum tu vera exempla dediſti*
*Regibus, vt memores viuant pietatis & æqui:*
*Sic quoque Pompeius quondam Tigrane ſubacto*
*Mente agitans, quid ſit ſubito deſcendere regem,*
*Qui ſolitus dominari alijs mortalibus, ima*
*Vſque ad victoris vultu veſtigia prono*
*Condoluit, mentem pietas cito mitigat altam,*
*Vili animo nulla eſt pietas: crudeſcit in horas,*
*Amplius & cilio victis inſultat atroci.*
*At Deus ad veniam pronus placabilis iræ eſt.*
*Regi igitur ſua regna dedit, regalia verba*
*Adijciens regali operi: nam talia fatus:*
*Res præclara quidem reges depellere regno,*
*Non præclara minus regnum dare, dignius iſta*
*Voce nihil, facto nil magnificentius iſto.*

## ¶ Sententiæ Philoſophica[rum]

Eum qui modum in ira tenet, clementem: & me[...]
clementiam, manſuetudinemque nominamus. *libr. 2. [...]*
*cap. 7.*

Manſuetudo eſt interſtes mediaque iracundiæ & ir[...]
*l. 1. Magnor. Moral. c. 22.*

Vult clemens omni animi vacare perturbatione, [...]
batione rapi & diſtrahi. *l. 4. Ethic. c. 5.*

Is quidem qui quibus de rebus, quibusq; homini[...]
ſcitur, quique id facit, quemadmodum, quando & qu[...]
laudibus afficitur: quem eundem clementem & m[...]
pellare licet. Siquidem in laude clementia eſt. *ibid.*

Iraſci & manſuetum eſſe contraria ſunt: & ira m[...]
contrarium. *l. 2. Rhetor. ad Theod. c. 3.*

Sit manſuetudo depreſſio iræ atque ſedatio. Si ergo [...]
tibus iraſcuntur, contemptusque voluntarius eſt: ma[...]
ijs qui nihil horum faciunt, aut inuiti faciunt, aut h[...]
dentur manſuetos eſſe ac mites, & ijs qui contra vellent [...]
rint: & omnibus qui in ſeipſos etiam huiuſmodi ſunt: [...]
ſeipſum contemnere videatur: & ijs quos pœnitet, & [...]
*dem.*

In ira exuperantia eſt, defectio & mediocritas; cum [...]
non fere extent nomina, eum, qui modum tenet, cleme[...]
diocritatem, clementiam, manſuetudinemque nomina[...]
morum is, qui vltra modum progreditur, iracundus: [...]
cundia dicitur. Qui autem parum eſt deflectit, & vi[...]
dicitur. *Ariſt. 2. Ethic. lib.*

Manſuetudo ſeu clementia, mediocritas quædam [...]
niam medium vacat nomine, ac fere etiam extrema: [...]
clementiam retulimus, quæ ad id, quod parum eſt, de[...]
nomine vacet.

Exuperantia autem iracundia appellatur, ira enim [...]
tio eſt, quæ ex multis rebus, variisque gignitur. Atque [...]
qui quibus de rebus, quibuſque hominibus decet, iraſc[...]
id facit, quemadmodum, quando, & quamdiu decet, i[...]
ficitur: quem eundem & clementem, & manſuetum a[...]
cet. Siquidem in laude clementia eſt, vult enim cleme[...]
mi vacare perturbatione, non à perturbatione rapi, & d[...]
etiam vt ratio præſcripſerit, ſic & his de cauſis, & tam d[...]
cenſere. Peccare autem in eam partem videtur, qui mo[...]
neque enim vlciſci cupit clemens, ſed ignoſcere: at ve[...]
ſiue lentitudo, ſiue alio quouis nomine appellare licet, [...]
Qui enim minus ſuccenſent ob eas cauſas, ob quas debe[...]
re, ij ſtulti videntur, & qui non quomodo, quando, qu[...]
dum eſt: ſunt enim omni ſenſu doloris expertes, qui [...]
unt, nec propulſant iniuriam. Atqui contumeliam & co[...]
animo ferre, ac in ſuis negligere, ſeruorum ſimile eſt. Co[...]
clementia & manſuetudo cum temperantia, in modo, [...]
in materia. Græcis dicta clementia, ἀνεξικακία, Manſuetu[...]
*Idem lib. 4. Ethic.*

Clementia eſt, quæ alieno ſanguini tanquam ſuo p[...]
homini non eſſe prodige vtendum. *Senec. de Clementia [...]*
*nem. lib.*

Nullum magis decet clementia quàm principem. [...]
ibi præclara multa de Clementia Principum.

Nihil eſt laudabilius, nihil magno & præclaro viro d[...]
[p]litate atque clementia. *Cic. lib. de Offic. 1.*

Videndum eſt enim primum, ne obſit benignitas [...]
quibus videbitur benigne fieri, & cæteris deinde, ne ma[...]
gnitas, quàm facultates. Qua ex re ſatis præcepit, vt qu[...]
detrimento commodari poſſit, id tribuatur vel ignoto. [...]
illa communia, non prohibere aquam profluentem, [...]
ignem capere. *ibidem initio lib. 1.*

Qui opera, id eſt, virtute, & induſtria benefici, & libera[...]
primum, quo pluribus profuerint, eo plures ad beneficen[...]
iutores habebunt: deinde conſuetudine beneficentiæ, pa[...]
runt & tanquam exercitatiores ad bene de multis prom[...]
*Cic. lib. 2. de Offic. ſub finem.*

Omnino meminiſſe debemus id, quod à noſtris homin[...]
patrum ſæpiſſime, iamque in prouerbii conſuetudinem ve[...]
gitionem fundum non habere. Etenim quis modus pote[...]
idem & qui conſueuerunt, & idem illud alii deſiderent? [...]
autem ſunt, qui facultatibus ſuis, aut captos à prædon[...]
munt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut [...]
collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærend[...]
genda. *ibid.*

Nam eſt innocentia affectio talis animi, quæ noceat ne[...]
*lib. 3. Tuſc. Quæſt.*

Liberalitati, quas aptiores comites, quam humanitatē & c[...]
tiam dederim? Quoniā idem genus laudis expetunt: qua[...]
inopia: proxima, occupatione: tertia ancipiti fortuna præſ[...]
manitatis .n. dulcedo etiā efferata barbarorū ingenia pe[...]
besq; & truces hoſtiū mollit oculos, ac victoriæ inſolētiſ[...]
ctit. Nec illi arduū atq; difficile eſt, inter arma cōtraria [...]
ctos comin⁹ mucrones, placidū iter reperire: vincit iram [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] hoſtilemque ſanguinem hoſtilibus lachrymis miſcet. *Vale-[illegible] Max. l.5. c.1.*

[illegible] benignitate atque clementia hoſtem vincere, quam armis præ-[illegible] *Iſidorus l.3.*

[illegible] Clementiæ ſunt multa indicia in leonibus. Proſtratis parcunt, in [illegible] potius, quam in fœminas ſæuiunt, infantes non niſi in magna [illegible] perimunt, nec à miſericordia ſeparantur. *Solinus l.4. c.8.*

[illegible] Illud annotandum, quoniam affectus ſunt animorum motus, [illegible] actu, vel poteſtate ac vi, non haberi pro affectibus æquanimita-[illegible] & tranquillitatem cordis, vt manſuetudinem, ſecuritatem: [illegible] quæ ſint motus, nec opera affectus nuncupari, nec naſci ex [illegible] contra quam Stoicis placuit: ſed eſſe naturalia, prout quiſ-[illegible] eſt animo habitus: vt fletum in mœrore, exanimationem in [illegible] exultationem & geſticulationem in lætitia immodica. *Lud. [illegible] l.3. de anima, in C. de enumeratione affectuum.*

Fuerunt in Græcia ſapientes habiti, qui dicerent: Nimias amici-[illegible] fugiendas, rationem afferentes: quod innumeris & ineuitabi-[illegible] laboribus ac curis oneratos, ſtultum ſit alienis inuolui, & [illegible] humeros multorum faſce prægrauari, ſatis ſub proprio fati-[illegible] fundamentum beatæ vitæ ac ſecuritatem hoc velut ariete [illegible] externa pro amicis ſolicitudo animum impellat: &, vt [illegible] Cicero, tanquam parturiat vnus pro pluribus, ſed hoc à Cicero-[illegible] Lælio reprobatur, nec immeritò: tollit enim omnem bene [illegible] mentis affectum, quo ſublato (vt idem ait) quid intereſt, [illegible] dico inter hominem & pecudem, ſed inter hominem & trun-[illegible] aut quiduis generis eiuſdem? Aufert igitur huma-[illegible] quæ eſt proprium, & gaudere bonis rebus, & dolere con-[illegible] *Fran. Petrach l.3. c.9.*

[illegible] cunctis formidinem, neque horribilis eſſe velis nihil de-[illegible] quentibus. Nam qualis tu in alios fueris, tales illi viciſſim erga [illegible] multosque timeat neceſſe eſt, quem multi metuunt. *Iſocr. de regno.*

Difficiles mores moleſtos eſſe video, tum iis, qui eos habent, [illegible] qui eorum conſuetudine vtuntur: manſuetudinem verò [illegible] animantibus ſolum, & hominibus & cæteris rebus omni-[illegible] in diis quoq; celebrari. Nam qui nobis benefaciunt, olym-[illegible] que dicuntur: Qui verò calamitatibus & pœnis præſunt, [illegible] etiam nomina habent, quorum alteri & priuatim & pu-[illegible] templis ariſque honorantur, alteros neque precibus, neque ſa-[illegible] coli, ſed abominabiles eſſe conſtat. *Idem in oratione ad [illegible]*

[illegible] Iudicandum eſt ſecundum ſcientiam, non multitudinem, quid-[illegible] iudicari debet. *Plato in Lachete.*

[illegible] Equidem puto, & me ac te, cæteroſque omnes exiſtimare, iniu-[illegible] facere, quàm pati, deterius eſſe: & pœnam non dare, quam da-[illegible] Nullus enim punit eos, qui deliquerunt huc reſpiciens, hujuſque [illegible] gratia, quia deliquerunt, niſi inſtar beſtiæ citra rationem pœ-[illegible] exigat. Qui verò cum ratione caſtigare vult, ille non præteriti [illegible] criminis pœnam ſumit: nec enim quod factum eſt, infectum [illegible] reddet: ſed futuri gratia, ne denuo delinquat, vel hic ipſe, vel a-[illegible] qui caſtigari ipſum viderit. *Idem in Protagora.*

Non infelix, ſed malus ſemper caſtigandus eſt, vt fiat melior. *[illegible] Leg. 2. libr.*

## ¶ Apophthegmata.

*Tyrrhenum* Pittaci filium, Cumis in tonſtrina ſedentem, faber [illegible] ærarius impacta ſecuri, occidit. Cumani homicidam vin-[illegible] miſerunt ad Pittacum, vt de eo ſupplicium ſumeret. At ille [illegible] cognita cauſa, dimiſit hominem dicens, Ignoſcentiam eſſe potio-[illegible] pœnitentia. Sentiens, vtilius eſſe condonare quam meminiſſe [illegible] & vlciſci. Sunt qui referant homicidam ab Alcæo fuiſſe de-[illegible] cum hoc elogio, Melius eſt ignoſcere, quàm punire. *Laert. [illegible]*

*Socrates*, cuidam percontanti cur Xantippem moroſiſſimam [illegible] domi aleret, dicebat, ſic cum eius notæ vxoribus haben-[illegible] conſuetudinem, quemadmodum qui ſe ad ſtadium equeſtre [illegible] parant equos ingenii ferocioris: quos ſi ſubegerint, cæte-[illegible] commodius. *Laert. in eius vita.*

*Diogenes*, cum Plato laudaſſet quendam qui erga omnes leniſſi-[illegible] & manſuetiſſimus eſſet, reſpondit, nil quicquam huic homini [illegible] dum eſſe, qui homines dolore, ſi res poſtularet, non affice-[illegible] Sentit vir prudentiſſimus, lenitatem & manſuetudinem nimiam [illegible] in Repub. obeſſe. *Laert. l.6.*

*[illegible] Sophiſta* ab Aſianis caſtigatus, quod in accuſando mi-[illegible] ac lenior eſſet, quam ipſi docerent: Multo, ait, melius eſt, vt vos [illegible] ſentiatis lenitatem, quam ego veſtram crudeliratem. *Philoſt. [illegible] Soph.*

*Dion. Syracuſanus* extimulatus aſſiduis à militibus vociferatio-[illegible], vt Heraclidem factionum authorem, & in Syracuſanos con-[illegible] tantem, è medio tolleret: reſpondit. Si ob inuidiam Heraclides [illegible] nefariuſque eſt, haud propterea opus eſt vt Dion neglecta [illegible] iræ obtemperet, vitamque corrumpat. *Bruſ. lib.3. cap.4. ex Plutarcho.*

*Demaratus* Perſa quidam à rege defecerat, is ſuaſu Demarati mutatus, quum reuertiſſet ad ſuos, tentaretq; eum rex interficere: Turpe, inquit, fuerit, ô rex, ſi cum hoſtis fuerit, non potius ab eo defectionis pœnas ſumere, nunc amicum factum velis occidere. Hoc prudentiſſimo dicto & regis indignationem temperauit, & eius, cui reditum perſuaſerat, incolumitati conſuluit. Vtriq; conſultor vtilis; alteri, ne quid indignum regia manſuetudine committeret, alteri, ne pœniteret ab errore reuocanti paruiſſe. *Plut. in Lac. apoph.*

*Ageſipolis Cleombroti F.* Quidam quum apud ipſum ceu rem magnificam prædicaret, quod Philippus Macedonum Rex intra pauculos dies ſubuertiſſet Olynthum: Atqui per Deos, inquit, talem ciuitatem longe maiore temporis ſpatio non extructurus eſt. Significans, multo melius eſſe ſingulari clementia ſeruare ciuitates, quam conditas excindere. *Plut. in Lacon.*

*Cleomenes*, quum ex quodam audiſſet, bonum magiſtratum omnino erga omnes mitem & placidum eſſe oportere: reſpondit, Bene quidem, ita tamen ne ſit contemptui. Significans, clementiam nimiam pernicioſam eſſe ciuitati. *Plut. in Lacon. apoph. Bruſ. l.1. c. 13.*

*Demonax* dicebat, nequaquam hominibus iraſcendum eſſe, ſi delinquerent, ſed corrigenda vitia: nimirum exemplo medicorum, qui non indignantur ægrotis, ſed morbo medentur. Nam hominis eſt peccare: Dei verò, aut hominis Deo proximi, emendare peccata. *lib.8. apoph.*

*Piſiſtratus*, comeſſatores quidam in Piſiſtrati vxorem inciderant, multaque laſciue in illam tum fecerant, tum dixerant. Poſterò verò die, iam decocta temulentia, Piſiſtratum adierunt cum lachrymis, orantes veniam. Tum Piſiſtratus: Vos quidem in poſterum date operam vt ſitis ſobrii: vxor verò mea heri nequaquam vſque prodiit ex ædibus. Humanitatis erat, quod ignouit adoleſcentibus; pietatis, quod vxoris honori conſuluit, negans tale quicquam in illam factum eſſe. *Plut. in Græc. apoph.*

*Darius Xerxis pater*, quum tributum indixiſſet ſubditis, accerſitos prouinciarum præfectos percontatus eſt, cum aliis de rebus, tum etiam an grauia eſſent populo tributa. Quum illi reſpondiſſent, eſſe mediocria: vt ſinguli dimidiam tantum partem exigerent, qua beneuolentia & clementia admodum conciliauit ſibi ſubditorum animos, vt meritò ab omnibus diligeretur. *Plut. in apoph.*

*Ageſilaus.* Feliciter pugnatum erat ab Ageſilao rege apud Corinthum: in eo prælio quanquam accepiſſet, Spartanorum admodum paucos deſideratos, cæterum è Corinthiis & Athenienſibus aliiſque ſociis ingentem numerum interiiſſe, adeo non gauiſus eſt, nec clarus ex victoria, vt grauiter ingemiſcens deploraret Græciæ vicem: Heu, inquiens, Græciam, quæ tot viros inteſtino bello perdidit, quot vniuerſis barbaris debellandis ſatis eſſe poterant. Viro magnanimo victoria erat optabilis, ſed charior erat ſociorum incolumitas. Quo animo tuliſſet ille, ſi plurimorum ciuium interitu fuiſſet empta victoria? Non parum laudis promeretur hic affectus in duce Lacedæmonio, tum natura bellaci, tum ethnico: At Chriſtiano principi nulla non debet eſſe lugubris victoria, quæ plurimorum etiam hoſtium exitio contigit. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Antigonus* rex Macedonum amicis ſuadentibus, vt ſi Athenas caperet, validis illam præſidiis communiret, ne quando deficerent: reſpondit, ſemper in ea fuiſſe ſententia, vt crederet, clementiam plus poſſe, quam violentiam. *Plut. in apoph.*

*Idem*, quum ab initio regni durior eſſet, ſenex iam factus, clementer & placide regnum adminiſtrauit. Hanc morum mutationem quum mirarentur ſubditi: reſpondit: Prius opus erat regno, nunc gloria & beneuolentia, qua regnum recuperatum ſeruatur. *Plut. in apoph.*

*Anonymus.* Ptolemæus Lagi filius, quum Grammaticum notaſſet inſcitiæ, quærens ab eo quis eſſet Pelei pater? viciſſimque audiſſet, Dic tu prius quis ſit Lagi pater? amicis inuitantibus ad tantæ improbitatis vindictam: Si regnum eſt, inquit, non pati vt à quoquam dicto attingatur: nec illud regium eſt, quenquam dicto laceſſere. Inique petiit vindictam, qui prior laceſſiuit, cuiuſcunq; dignitatis fuerit. Nec ſuæ dignitatis meminiſſe debet qui refertur, quum eius prærogatiuam laceſſendo depoſuerit. *lib.5. apoph ex Plut.*

*Philippus.* Athenienſes legationem ad Philippum miſerant. Ea benigne audita, vt humaniter dimitteret, iuſſit illos dicere, qua in re gratum facere poſſet Athenienſibus, hic Demochares excipiens, Si teipſum, inquit, ſuſpendas. Is Demochares vnus fuit è legatorum numero ob linguæ procaciam dictus Parrheſiaſtes. Ob tam inhumanum reſponſum indignantibus regis amicis, Philippus compeſcuit eos, iuſſitq; vt Therſitem illum incolumem dimitterent. Tum ad cæteros legatos conuerſus, Renuntiate, inquit, Athenienſibus, multo ſuperbiores eſſe qui iſta dicunt, quam qui impune dicta audiunt. Tales demum animi regno digni ſunt. *Plut. in apoph.*

*Idem.* Indignantibus Philippi amicis, quod Peloponneſij in Olympiacis ipſum ſibilis deriderent, præſertim beneficijs à rege affecti, hoc ſermone Philippum extimulantibus ad vindictam: quid igitur, inquit, futurum eſt ſi quid illis faciamus mali? Vrbaniſſime amicorum argumentum vertit in diuerſum: Si tam prauo ingenio ſunt, vt eos irrideant, qui de ipſis bene meriti ſunt, grauius nocebunt, ſi quis illos malefactis prouocet. Hoc non ſolum moderatio-

nis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis & clementiæ, verum etiam eximiæ cuiusdam magnanimitatis documentum fuit ingratorum ſibilos regem negligere. *Plutar. in apoph.*

*Idem.* quibusdam Philippo Maced. conſulentibus vt cum Athenienſibus aſperius ageret: reſpondit illos abſurde facere, qui homini cuncta ad gloriam tum agenti, tum patienti ſuaderent, vt gloriæ ſuæ theatrum abiiceret: ſignificans, ſeſe hoc agere, non vt Athenas euerteret, ſed vt ciuitati celeberrimæ doctiſſimorum virorum copia florenti ſuas virtutes probaret. *Plut. in apoph.*

*Alexander*, cum Poro Indorum regi victo obtuliſſet, ſe daturum quicquid peteret, & Porus vt regaliter tractaretur petiiſſet, ſubridens? Faciam hoc, ait, non tua, ſed mea cauſa. Non ignorauit autem rex bellicoſiſſimus, nil adeo decere ac ornare principẽ, quam ſi clementia vtatur erga eos etiam quos nouit hoſtes fuiſſe atrociſſimos. *Bruſ. lib 3. cap.* 13.

*Darius.* idem Alexander tantæ fuit clementiæ, vt Darius precaretur à diis, vt aut ſuperare poſſet clementia Alexandrum, aut ſi is regno ſpoliaretur, ſolus Alexander in Perſarum regno imperaret. *Bruſ. l. 3. c. 13. ex Plut. Q. Curtio, & aliis.*

*Porſena* demiratus egregium animum Mutii Scæuolę, qui iratus dextræ ſuæ, quod in ſtringendo ferro erraſſet, foculo impoſitam eã exuri paſſus eſt, dixit illi. Reuertere ad tuos Muti, eiſq; refer, te cum vitam meam petieris, à me vita donatum. *Liui.*

*M. Liuius* fuſo Haſdrubale, nonnullis ſuadentibus vt hoſtes ad internecionem inſequeretur: Aliqui, inquit, & ſuperſint, qui de victoria noſtra nuntium hoſtibus perferant. *Eraſ. 6. apoph.*

*Scipio maior* dicere ſolebat, hoſti non ſolum dandam viam fugiendi, verum etiam muniendam. Docens, nequaquam ſæuiendum eſſe in eos, qui ferre arma deſtitiſſent. *Ex Plut.*

*M. Bibulus*, cum in Syria duos egregiæ indolis filios amiſiſſet, à Gabinianis militibus occiſos, & horum interfectores Cleopatra ad illum vinctos miſiſſet: vt in filiorum interfectores pro arbitratu ſuo animaduerteret, ille protinus intactos remiſit ad Cleopatram. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*M. Brutus*, quum inter coniuratos deliberaretur, an vna cum Cæſare occidendus eſſet Antonius, diſſuaſit, dicens; Hoc negotium, quod pro legibus ac iure ſuſciperetur, oportere omni carere iniuria: Noluit vir optimus cædem in plures proferri. *Plut. in Bruto.*

*Cato Maior* admonebat eos, qui potentes eſſent, vt parce vterentur ſua poteſtate, quo ſemper vti poſſent, ſentiens, potentiam clementia & comitate fieri diuturnam, ferocia breuem. *Plut. in apoph.*

*Cicero*, Cum Cæſar rerum potitus Pompeii ſtatuas deiectas honorifice repoſuiſſet; Cæſar, inquit Cicero, dum Pompeii ſtatuas reponit, ſuas ſtabilit, ſentiens, illum hoc non in Pompeii gratiam facere, ſed vt ſibi clementiæ ſimulatione fauorem apud ciues conciliaret, atque hoc pacto ſuum regnum conſtabiliret. *Plutarch. in apoph.*

*Iul. Cæſ.* tanta clementia erga hoſtes & rebelles vſus eſt, vt Marius non ſemel dixerit? Cæſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem & clementiam. *Bruſ. l 3 c. 13.*

*Auguſtus Cæſar.* Timagenes hiſtoriarum ſcriptor multa petulanter in Cæſarem, multa in vxorem, multa in totam illius domum dixerat. Cæſar illum admonuit, vt moderatius lingua vteretur. Cum perſeueraret male loqui, nihil aliud quam domo ſua illi interdixit. Timagenes autem libros, quos ſcripſerat acta Cæſaris continentes, recitauit, & combuſſit in odium Cæſaris, quaſi rerum ab illo geſtarum memoriam abolere cupiens. Hunc tamen palam & pertinaciter inimicitias exercentem cum Cæſare, nemo ciuium Romanorum ab ædibus ſuis excluſit: nam in domo Pollionis Aſinii conſenuit: Nunquam tamen Auguſtus cum hoſpite inimici expoſtulauit, niſi quod quodam tempore ille dixit θηριοτρέφεις. id eſt, alis beſtiam ſiue viperam. Mox Pollionem parantem excuſare ſe interpellauit, dicens; Fruere mi Pollio, fruere: At cum Pollio nondum ſecurus diceret; Si iubes Cæſar, protinus illi interdicam domo mea. An iſtud, inquit, Auguſtus, me facturum putas, qui vos redegerim in gratiam? Fuerat antea Timageni iratus Pollio, nec aliam habebat deſinendi cauſam: niſi quod illi Cæſar iraſci cœperat. Vtriuſque maleuolentiam boni conſuluit Principis clementia. *Ex Suet.*

*Idem.* Lex erat, vt qui patrem occidiſſet, culeo inſueretur: nec hæc pœna ſumebatur, niſi de confeſſo. Ab huius pœnæ atrocitate Cæſar vt liberaret manifeſti patricidii reum, ſic interrogauit; Certe patrem tuum non occidiſti: anſam porrigens inficiandi. Tanta erat principis in iudicando lenitas. *Eraſ. 4. apoph.*

*Iul. Cæſar* Quidam è turba ſtatuæ Cæſaris coronam lauream impoſuerat, candida faſcia præligatam: at quum Tribuni detracta faſcia hominem in vincula duci iuſſiſſent, Cæſar grauiter increpatos eos poteſtate priuauit: idque, ne regnum affectare videretur, cauſatus eſt, per illos ſibi recuſandi gloriam fuiſſe ademptam. *libr. 4. apoph.*

*Auguſtus.* Alexandriam vrbem munitiſſimam quum vi cepiſſet, ſuggeſtum adſcendit, & adiuncto ſibi Ario Alexandrino, ad ciues deſperantes dixit, ſe ciuitati parcere, primum propter ipſius magnitudinem; deinde propter Alexandrum Magnum conditorem eius

vrbis; deinde propter Arium amicum optimum,
eſſet: Raræ profecto clementiæ fuit, non diripere
tam pertinaciter rebellarat. *Eraſ. in apoph.*

*Idem*, in villa quidam inquietas noctes agebat,
ſomnos ipſius noctua cantu. Miles aucupii peritus
hendendam noctuam, ſpeque ingentis præmii ad Au
tulit, laudato Imperator mille nummum dari iuſſit;
ſus eſt dicere; Malo viuat, auemq; dimiſit. Quis non
contumaciam impune ceſſiſſe militi? *Ex Suetonio.*

*Idem* Auguſtus, quum iam quadrageſimum exceſſ
ageretque in Gallia, delatum eſt ad illum, L. Cinnam
nobilem, ac Pompeii nepotem, inſidias illi ſtruere:
quando & quomodo aggredi vellet; Decreuerat enim
tem interficere. Dictabatur proſcriptionis ſententia
Interim varias edente voces, ingreſſa Liuia vxor: Fac
medici ſolent, qui, vbi vſitata remedia non procedunt
traria. Seueritate nihil adhuc profeciſti, ignoſce. C
ſus vitæ tuæ nocere non poteſt, famæ tuæ prodeſſe po
iuſſit accerſiri ſolum ad colloquium: venienti alteram
poni iuſſit. Hoc, inquit, Cinna primum abs te peto, ne
tem interpelles: dabitur tibi loquendi tempus. Hic c
tis pluribus in Cinnam beneficiis, quod ſeruaſſet re
ſtris hoſtium; quod patrimonium omne conceſſiſſe
per ornaſſet ſacerdotio; rogauit; quare putaſſet
dum? perturbato Cinna, ſic finiit obiurgationem: V
na iterum do, prius hoſti, nunc inſidiatori ac parricidæ
die inter nos incipiat amicitia: contendamus, vtrum
fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et con
lit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuo amiciſſimum
fuit hæres, nullis amplius inſidiis ab illo petitus eſt.
*Vita.*

*Idem* Æmilius Ælianus cum accuſatus eſſet, quod
retur de Cæſare, Auguſtus reſpondit nil aliud quam;
quitur, ſciat me quoq; linguam habere; plura enim loq
ciſſim. Mira Cæſaris clementia, qui maledicum pro ſuo
niter tractare potuiſſet. *Eraſm. l. 4. apoph.*

*Idem.* Tiberius, cum ad eum ſcripſiſſet, quam male
hominibus lingua inſectaretur, reſpondit: Satis eſt, ſi ho
modo ne maleſaciant nobis. *Ibid. ex Suet.*

*Nero.* Quum ex more cuiuſdam capite damnati
pturus eſſet Nero: Vtinam, inquit, literas neſcirem.
niam humani ſanguinis promittens, ſi ex animo pro
*de clement.*

*Traianus*, quum ſua clementia & humanitate ante
omnes ſuperaret, amicis aliquando culpantibus, quod
erga ſuos eſſet, reſpondit; Talem ſe Imperatorem eſſe
les eſſe ſibi Imperator priuatos optaret. *Bruſ. l. 3. c. 4.*

*T. Veſpaſianus.* fratrem Domitianum inſidias mo
eſt vltus, ſed his verbis admonuit: Quid opus te par
quod me volente obuenturum eſt, imo quod iam hab
particeps? In Chriſtiano vix reperias tantum manſuetud
*8. apoph.*

*Antoninus Pius*, Caſſium ſenatorium virum occi
non iuſſit occidi, poſt etiam extinctum doluit, dicens;
ſine ſenatorio ſanguine imperium tranſigere. Mira cle
fectatorem imperii. *Iulius Capit.*

*Hadrianus* adeo contempſit inimicos, vt vni, quem
capitalem, forte obuio dixerat, Euaſiſti. Principibus
ſenſis debet eſſe ſatis, potuiſſe vlciſci. *Dion.*

*Theodoſius iunior* rogatus, cur neminem eorum, à
batur, ſupplicio capitis afficeret? reſpondit; Vtinam
mortuos ad vitam reuocare. *Spieg. in l. 2. c. 47. Panor. de*
*phonſi.*

*Idem*, quum in Amphitheatro Conſtantinopoleos
ctator, & populus damnatos efflagitans clamaret; Cru
artifex obiectus pugnet: compeſcuit immitem turba
cens; Neſcitis, inquit, quod nos conſueuimus clementer
nuens, vbicunque adeſt princeps, illic oportere omni
*Eraſ. l. 8. apoph.*

*Aurelianus Cæſar*, quum Tianam veniſſet, eamque
reperiſſet, iratus dixit; Canem in hoc oppido non relinq
voce milites erecti ſunt in ſpem prædæ. Vrbe autem ca
bus reſpondit: Agite, canem me negaui relicturum, can
cidite. Et ſic promiſſis ſatisfecit, & clementer hoſtes
*Flauius Vopiſcus.*

*Galienus.* Quidam vxori Galieni iunioris gemmas
veris vendiderat: re comperta mulier flagitauit vindi
iuſſit hominem corripi, quaſi leoni obiecturus. Dein
dum impoſtor & populus, expectant terribilem leonem,
per: Cunctis rem tam ridiculam mirantibus per præcon
ſit: Impoſturam fecit, & paſſus eſt. Eadem opera ſefel
rem, & irriſit vxorem. *Trebell. Pollio.*

*[illegible] Alexander Seuerus.* Amici eius improbante humanitatem & [illegible], Mammea mater, vxorque Memmia, ſæpè dicerent, [illegible] tibi poteſtatem & contemptibiliorem imperii feciſti: [illegible] ſed ſecuriorem & diuturniorem. *Bruſ.l.3.c.12.*

[illegible] Ouinius Camillus antiquæ familiæ ſenator, cum rebellio[illegible] moliretur, & tyrannidem affectaret, hominis fraude intelle[illegible] ſe vocari iuſſit, & egit gratias, quod Reipubl. curam ſua ſpon[illegible] ſuſcipere tentaret. Mox ad ſenatum proceſſit, ac tanti ſceleris [illegible] trepidum, conſortem imperii appellauit, in palatium [illegible] ornamentis imperialibus & melioribus, quàm vtebatur i[illegible] [illegible] profectionisque comitem adhibuit. Quumque Im[illegible] ipſe pedibus iter faceret, inuitauit Ouinium, & equo ſede[illegible]: denique mori paratum dimiſit. *Ælius Lampridius.*

[illegible] *Imp.* cum poſt morum mutationem clementior ſuis [illegible] quàm ab initio imperii, obiurgabatur ob id. Seuerum, in[illegible] [illegible] fuiſſe me aliquando pœnituit, lenem & placabi[illegible] [illegible]. *Æneas Syluius libro 2. comment. de rebus geſtis Al[illegible]*

*[illegible] Sigiſmundus Cæſ.* eos reges demum in terris beatos eſſe dicere [illegible] eiectis ex aula ſua hominibus ſuperbis, viros manſuetu[illegible] [illegible] miſericordiæ cultores in curia aſſeſſores haberent. *Æneas [illegible] de dictis Sigiſmundi Imp.*

*[illegible] Sueres,* cum argueretur aliquando, quod nimis mitis ac [illegible] erga ſuos, vt qui nonnunquam etiam ijs, qui vel grauiter [illegible] deliquiſſent, ignoſceret: Malo, inquit, multos mea cle[illegible] & manſuetudine ſeruare, quam paucos mea ſeueritate per[illegible]. *Panor. l. 2. de Alphonſi reb. geſtis.*

[illegible] cuidam dicenti, caue ne tua hæc clementia ac lenitudo in [illegible] cedat: Imò verò reſpondit, multa mihi perferenda ſunt, [illegible] ruinam cadam. *Pan. l. 2. de reb. geſtis Alhonſi regis.*

[illegible] dicere ſolebat: Qui nimis lenem & manſuetum principem [illegible] expectandum ijs eſſe, vt vrſi ac leones quandoque re[illegible]. Hominis ſanè clementiam eſſe, beluarum autem ferita[illegible]. *Panor. l. 2. de rebus geſtis Alphonſi.*

[illegible] ab amico admonitus, ne malis & facinoroſis hominibus [illegible] eſſet; Malos beneuolentia & clementia interdum citius [illegible] ſeueritate in viam virtutis reuocari poſſe reſpondit. Cogi[illegible] tamè ad priuatas iniurias principem facilem ad ignoſcen[illegible] [illegible] antem, quæ lædunt Rempub. ſeuerum eſſe oportere: ita [illegible] non hominem, ſed crimen ipſum inſectari ac punire vi[illegible]. *[illegible] de reb. geſtis Alphonſi.*

[illegible] interrogatus cur erga omnes etiam malè meritos tam hu[illegible] ac manſuetus eſſet? reſpondit: ſe quidem iuſtitia bonis [illegible] eſſe, malis autem clementia. *Panorm. libr. 2. de rebus geſtis [illegible]*

[illegible] frequenter etiam dicebat, nihil magis aduerſariorum ani[illegible] [illegible], quàm placabilitatis & manſuetudinis nomen. *Panor. [illegible] reb. geſtis Alphonſi.*

[illegible] quum in obſidione Caietę, ſuſceptis impuberibus, ſenibus, [illegible] ſexu bellis haudquaquam vtili, quos Caietani ob anno[illegible] [illegible] ciuitate expulerant: quidam Alphonſo regi dixiſſet: [illegible] non admiſiſſes, Caietani paucis poſt diebus ſeſe dediſſent. [illegible], reſpondit rex, pluris facio eorum vitas, quam Caietas cen[illegible] [illegible] facinus profectò regium & memorabile, ac Deo imprimis [illegible] acceptumque. Quum enim vrbem per id tempus quadra[illegible] [illegible] millium conatu capere nequiſſet, poſtea ſoluta ac diu [illegible] obſidione, ſine vi, ſine armis, ea gratitudine in ditionem [illegible]. *Panor. lib. 1. de reb. geſtis Alphonſi.*

[illegible], quum aduerſus Venetos ac Florentinos, potentiſſimos [illegible] populos, haud equidem iniuria bellum ſuſcepiſſet, & iam [illegible] aduerſus eos magna animi fiducia contendiſſent: Flo[illegible] primum, mox Veneti oratores in agro Pelignenſium obui[illegible] ſunt, pacem ab armato perhumiliter poſtulantes, cuius [illegible] cum audire cuperent, Alphonſus dixiſſe fertur: ſe nul[illegible] pacis datæ pretium exiſtimaſſe, quam hoſtibus humili[illegible] pacem dediſſe. O clementiam omnibus principibus [illegible], & noſtro hoc ſeculo inter potentes rariſſimam. *Panor. [illegible] reb. geſtis Alphonſi.*

## § Similitvdines.

*[illegible]*, Sicut medicinæ apud ægros vſus, etiam apud ſanos hor[illegible]: Ita clementiam quamuis pœna digni inuocent, etiam in[illegible] [illegible] colunt. *lib. 1. de Clementia, c. 2.*

Quemadmodum non eſt magni animi, qui de alieno libera[illegible] [illegible] ille, qui, quod alteri donat, ſibi detrahit: Ita clementem [illegible] non in alieno dolore facilem, ſed eum, qui cum ſuis ſtimu[illegible] [illegible], non proſiliit: qui intelligit magni animi eſſe, iniu[illegible] [illegible] ſumma potentia pati, nec quicquam eſſe glorioſius principe [illegible] læſo. *lib. 1. de Clementia, c. 20.*

Quemadmodum religio Deos colit, ſuperſtitio violat: Ita cle[illegible] [illegible] manſuetudinemque omnes boni præſtabunt, miſericor[illegible] autem vitabunt. Eſt enim vitium puſilli animi, ad ſpeciem a[illegible] malorum ſuccidentis. *De Clementia, lib. 2. c. 5.*

Sapiens multa retinet, multos parum ſani, ſed ſanabilis ingenij ſeruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas bonaſque arbores colunt, ſed illas quoque, quas aliqua deprauauit cauſa, adminicula, quibus reguntur, adminiſtrant. Alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant: quaſdam infirmas vitio loci nutriunt: quibuſdam aliena vmbra laborantibus, cœlum aperiunt. Secundum hæc videbit perfectus ſapiens, quod ingenium, qua ratione tractandum ſit, donec in rectum praua flectantur. *De Clementia, l. 2. c. 7.*

*Anonymi*, Medici quemadmodum vbi vſitata remedia non procedunt, tentant contraria: Sic debent principes, qui ſeueritate populum gubernare non poſſunt, tentare contrarium, vt clementia & beneuolentia populi morbis occurrant.

---

# Clericus.

## § Patrvm Sententiæ.

CVm laicos hoc deceat, ne aut extraneas blaſphemandi occaſiones, aut opportunitatem fornicationis oſtendant, maximè tamen hæc neceſſitas clericos vehementer conſtringit, quibus religio blaſphemata, aut fraternitas perdita duplices pœnas irrogabit. *Aug. de ſingularitate clericorum.*

Clericus mercimonia exercens, interceſſiones vendens, viduarum munera amplectens, negociator magis quam clericus eſt. *In ſerm. 20.*

Contemnitur clericus, qui ſæpè inuitatur ad prandium, & non recuſat: nunquam petentes, rarò accipiamus rogati. Beatius eſt dare, quàm accipere. *Hier. ad Nepotian.*

Negociatorem clericum, ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. *ibid.*

Clericos illos conuenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulli ſuffragantur, qui autem bonis parentum & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi, quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium incurrunt. *In epiſt. ad Damaſum.*

Clericus, qui de bonis ſuis ſuſtentari poteſt, ſi accipit, quod pauperum eſt, ſacrilegium profectò committit, atq; per abuſionem talium iudicium ſibi manducat & bibit. Si eges, & accipis, das potius, quam accipis: ſin autem non eges & accipis, rapis. *In alio cap.*

Vehementer Eccleſiam Dei deſtruit, meliores laicos eſſe quam clericos. *Sup. epiſt. ad Ti.*

Miror, cuius ordinis ſint noſtri clerici, nam in congregatione temporalium ſe habent, vt laici: in apparatu nobili, vt milites, in acquiſitione redituum, vt clerici: ſed non laborant vt laici, neq; pugnant vt milites, neque Euangelizant vt clerici, & cum vtriuſq; ordinis eſſe cupiunt, vtrumque deſerunt, vtrumq; confundunt. Vnuſquiſque in ordine ſuo reſurget. Iſti ergo cum Deus ſit ſumme ſapiens, veraciter creditur à ſummo vſque deorſum nihil inordinatum relinquere: vereor, ne alibi ordinandos, quam vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. *Bern. lib. 3. de conſil. ad Eugenium.*

Cum cuncti ſtatus hominum aliquid habeant laboris, & aliquid voluptatis, clerici inter hæc nouo quodam artificio diſcernentes totum, quod delectat, in quolibet elegerunt: & totum, quod moleſtat, reſpuerunt: à militibus acceperunt ſuperbiæ faſtum, amplam familiam, equorum phaleras, & nobiles apparatus: à mulieribus dependentes collo pelles rubricatas, vinum, molliciem, balneum, & gloriam: à ruſticis fructus agrorum, horrea plena. Sed bene cauent militaris loricæ pondus, muliebrem declinãt verecundiam. Omnes ruſtici & agricolæ victum ſibi labore acquirunt: hi deliciis affluunt, & tamen adueniente fructuum tempore, promptuaria eorum plena tritico, & vinum bibunt vuæ meraciſſimum, & inde incraſſantur, impinguantur & dilatantur. Quum ergo reſurgere cœperint homines, quilibet in ordine ſuo, iſti cum quibus reſurgent? Si diuertere noluerint ad milites, ipſos exufflabunt. Sic eos cuncti homines à ſuis finibus arcebunt: & iſti, qui in nullo fuerint ordine, vbi putas collocabuntur? Reſtat ergo, vt illum locum ſortiantur, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: & ſint in laboribus dæmonum, qui in laboribus hominum non fuerunt. *Bernh. ſup. Pſalm. 73.*

Miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto: honorati Domini, cui honorem non deferunt. Inde, quem quotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regis apparatus. Inde aurum in frænis, in ſellis, in calcaribus, plus calcaria quam altaria fulgent. Inde menſæ ſplendidæ ſcyphis & cibis. Inde comeſſationes & ebrietates. Inde cithara & lyra, inde torcularia redundantia, promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud, pro huiuſmodi volunt eſſe, & fiunt Eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi. *Super Canticum ſerm. 73.*

Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis aduenit: Ecce in pace amaritudo mea amariſſima: amara prius, in nece martyrum, amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima

nunc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nunc in moribus domeſticorum. Non fugare, non fugere eos po-tes, ita inualuerunt, & multiplicati ſunt ſuper numerum, inteſtina & inſanabilis eſt plaga Eccleſiæ, & ideo in pace amaritudo eius amariſſima. Sed in qua pace? & pax pax eſt, & non pax. Pax à paganis, pax ab hæreticis, ſed non profectò à filijs. Vox plangentis Eccleſiæ in Templo iſto: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, ſpreuerunt & maculauerunt me, à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris. Supereſt vt iam de medio fiat dæmonium meridianum. *Idem ibidem.*

Vnde clericis exuberare exiſtimas rerum affluentiam; veſtium ſplendorem; menſarum luxuriam; congeriem vaſorum argenteorum & aureorum, niſi de bonis Eccleſiæ? Inde eſt, quod illa pauper & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, propter quod non eſt hodie Eccleſiam ornare; ſed ſpoliare, non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere; non eſt inſtruere, ſed proſtituere; non eſt paſcere gregem, ſed mactare & deuorare, dicente domino de illis: Deuorant plebem meam ſicut eſcam panis. *ſerm.* 78.

Curritur in Clero paſſim ab omni ætate & ordine, à doctis pariter & indoctis ad Eccleſiaſticas curas, tanquam ſine curis iam quiſque victurus ſit, quum ad curas peruenerit. *In quodam ſermone.*

Si inſurgeret apertus hæreticus, mittetur foras, & areſceret, ſi violentus inimicus, abſconderet ſe forſan ab eo: nunc verò quid eijciet, à quo abſconderet ſe; omnes amici, & omnes inimici: omnes neceſſarij, & omnes aduerſarij: omnes domeſtici, & nullli pacifici: omnes proximi, & omnes, quæ ſua ſunt, quærunt. *ſuper Cant. ſermon.* 35.

Cleris conceditur, vt bene viuentes, & altari ſeruientes, viuant quidem, non luxurientur. *In epiſt.*

Peccata populi mei comedunt, ſed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt: ita poſſeſſores non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt. *Proſp. l.* 1. *de vita contemplatiua.*

### ¶ Scriptores.

De Clericis vide *Lumen animæ. part.* 2. *cap.* 32. De vita clericorum, *Hieron. Strid. tom.* 4. *Ioan. Gerſon. tom.* 2. De vita Clericorum Curialium, *Petr. Bleſenſ.* De inſtructione Cleri, *Durant.* Abſolutè autem de Clericis videtur diſputare *Robert. Bellarminus tom.* 2. *controu.* 2. *l.* 1. *col.* 285. *& ſeq.*

*Vide infra Sacerdos.*

# Cœlum.

### ¶ Definitio et Etymolog.

Coelum, Græcè οὐρανὸς, οῦ, ὁ, & οὐράνιος, ου, ὁ, cœleſtis dicitur, & eſt continentia viſibilium & inuiſibilium creaturarum, *ſecundum Ioan. Damaſcen. l.* 2. *c.* 6. diciturque ſecundum Varronem & Plinium, quod varijs ſyderibus ſit cælatum, id eſt, ſculptum & inſignitum.

### ¶ Loci Biblici.

Cœlum à Deo creatur, *Geneſ.* 1. *v.* 1. *Pſalm.* 33. *v.* 6. *&* 102. 26. *&* 136. *v.* 5. *Actor.* 4. *v.* 24. ſedes Dei eſt, *Eſaiæ* 66. *v.* 1. *Matth.* 5. *v.* 34. *&* 23. *v.* 22. *Actor.* 7. *v.* 49. inſtar pellis extenſum, *Pſalm.* 104. *v.* 2. Cœlum pro quauis maxima altitudine, hyperbole, *Geneſ.* 14. *v.* 4. *Deut.* 1. *v.* 27. pro Deo ex Syrorum idiotiſmo, *Matth.* 2. *v.* 25. quod & antitheſis ipſa declarat Pro cœlitibus, *Iob* 15. *v.* 15. Metonymia, pro aere, *Matth.* 6. *v.* 27. Cœlum æreum & ferreum peccatoribus, *Leuit.* 26. *v.* 19. *Deut.* 28. *v.* 23. Cœli militiam adorantes lapidandi, *Deut.* 17. *v.* 5. Cœli coram Deo immundi, *Iob* 15. *v.* 15. Cœli aperti Chriſto baptizato, *Matth.* 3. *v.* 16. *Marc.* 1. *v.* 10. *Luc.* 3. *v.* 21. *Ioan.* 1. *v.* 52. Stephano morituro, *Actor.* 7. *v.* 56. Cœli gloriam Dei prædicant, *Pſal.* 18. *v.* 4. *&* 19. *v.* 1 *&* 89. *v.* 6. mutationi obnoxij ſunt, *Pſal.* 102. *v.* 27. *Matth.* 24. *v.* 35. *Marc.* 13. *v.* 31. *Luc.* 21. *v* 33. *Rom.* 8. *v.* 20. *Hebr.* 1. *v.* 11. 1. *Pet.* 1. *v.* 25. 2. *Pet.* 3. *v.* 7. 12. 13. *Apocal.* 6. *v.* 14. *&* 21. *v.* 1. Cœlum & terra donec tranſeant, *Matth.* 5. *v.* 18. periphraſis eſt perpetuitatis, non diſſimilis illi, quæ habetur *Geneſ.* 49. *v.* 26. *Pſal.* 72. *v.* 5. 7. 17. *&* 87. *v.* 37. 38. Cœlum terramq; Deus teſtatur, *Deut.* 30. *v.* 19. *&* 31. *v.* 18.

Cœli tertij nomine, 2. *Corin.* 12. *v.* 2. intelligendum eſt ſublimiſſimum cœlum, quaſi dicat, in cœlum ſublimiſſimum. Fit autem in ſacris literis mentio trium cœlorum, aeris, cœleſtium orbium, & beatarum ſedium, in quas Chriſtus abſcendit, inde etiam venturus, vt cum ipſo ibi ſimus in æternum.

Cœlorum poteſtates, *Matth.* 24. *v.* 29. pro potentes cœli, Hebraiſmus.

Cœleſtia quærenda, *Coloſ.* 3. *v.* 1.

### ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 5. Triſt.

*Ipſe quoque æthereas meritis inuectus es arces;*
*Quo non exiguo facta labore via eſt.*

Sen. Herc. fur.

*Non eſt ad aſtra mollis è terris via.*

Valer. Flacc. 1.

*Tendite in aſtra viris, mea primum regia mundi*
*Iapeti poſt bella truces Phlegræq; labores,*
*Impoſuit durum vobis iter, & graue cœli*
*Inſtituit. ſic ecce meus ſic orbe peracto*
*Liber & expertus terras remeauit Apollo.*

Ouid. 1. Met.

*Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba:*
*Aſtra tenent cœleſte ſolum formæq; Deorum.*

Ouid. 1. Met.

*Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno,*
*Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.*
*Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,*
*Regalemq; domum: dextra læuaq; Deorum*
*Atria nobilium valuis celebrantur apertis.*
*Plebs habitat diuerſa locis, à fronte potentes*
*Cœlicolæ, clariq; ſuos poſuere Penates.*
*Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,*
*Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.*

Ibidem.

*Hæc ſuperimpoſuit liquidum, & grauitate carentem*
*Æthera, nec quicquam terrenæ fæcis habentem.*

Virg. opuſc.

*Primus adeſt Aries, Taurusq; inſignibus auro*
*Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile ſignum,*
*Tum Leo terribilis, Nemees, atque innuba Virgo,*
*Libra ſubit, caudaq; Animal quod dirigit ictum,*
*Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hircus,*
*Fuſor aquæ ſimul, & fulgenti lumine Piſces.*

Manil. 1.

*Aurato princeps Aries in vellere fulgens*
*Reſpicit admirans aduerſum ſurgere Taurum,*
*Submiſſo vultu Geminos & fronte vocantem:*
*Quos ſequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem,*
*Æquato dum Libra die cum tempore noctis,*
*Attrahit ardenti fulgentem Scorpion aſtro,*
*In cuius caudam contentum dirigit arcum*
*Mixtus equo, volucrem miſſurus iamq; ſagittam,*
*Tum venit anguſto Capricornus ſydere flexus,*
*Poſt hunc inflexam diffundit Aquarius vrnam,*
*Piſcibus aſſuetas auidè ſubeuntibus vndas,*
*Quos Aries tangit claudentibus vltima ſigna.*

Manil. 2.

*Illa fuit, quæ diuitias, quæ deſpicit aurum,*
*Imperia, & faſces, mollemq; per otia luxum,*
*Et blandis auerſa ſonis, dulcemq; per aures*
*Affectum, & modico noſcenda ad fata labore.*

Verinus.

*Itur ad æthereas per magna pericula ſedes:*
*At nullo inferni prona labore via eſt.*

Horat. 3. Carm. 2.

*Virtus recludens immeritis mori*
*Cœlum, negata tentat iter via,*
*Cœtusq; vulgares, & vdam*
*Spernit humum fugiente penna.*

Sen. Oct.

*Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros,*
*Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera*
*Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare,*
*Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo:*
*Hæc ſumma virtus petitur hac cœlum via.*
*Sic ille patriæ primus Auguſtus parens*
*Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus.*

Idem Herc. Oet.

*Sed locum virtus habet inter aſtra.*

Val. Flac. l. 6.

*Nulla cœlum reparabile gaza.*

Silius Italicus. 13. l.

*Audendo bella expedias, pigra exulit aſtris*
*Haud vnquam ſeſe virtus.*

### ¶ Similitvdines.

*Dionis Chryſoſtomi:* Neque negotiator è longinquo merces portans, vehementem ventorum incurſum, vndarumque [illegible] tium procellas ſuſtinens, fruſtra & incaſſum ſuſciperet [illegible] bores, verum ideo maria plena ſunt; & audax eſt aduerſus [illegible] locaque locis commutat, maria peragrat, totaſque noctes [illegible] ſomnes, vt negotiatione diteſcat. Quod ſi non contingat [illegible] lucro etiam ſortis iacturam faciat, ne ſoluere quidem [illegible] terit, nec illa varia perferre diſcrimina. Hoc itaque [illegible] cente circumſpectione huc accedamus; ne pro peccatorum [illegible] ſione etiam acceſſionem peccatis adiunctam domum [illegible]
1. *Serm.* 1. *in Eſaiam.*

... quum non ſine labore quidem ſemina diſpoſuit, ſed ... feracem, ſegetemque prouentu exuberantem, ſupe... n obliuiſcitur, atque ad reliquum operæ conſerua... expectatione excitatur. Verum hæc agricolatio quan... quantoque lucroſior eſt? Nam illa quidem frugum ſen... copiam afferens corporibus reponit alimoniam. Hæc ve... ſermonem deponit, doctrinam, ſpiritualiumque donorum ... adfert, animi diuitias recondit: alimoniam, quæ nec ... nec vitiari poteſt; reditus, qui neque pereunt, neque cor... ſed arcana quadam prouidentia conſeruantur, quo... fructus mente percipitur. *Homil. 1. in Eſaiam.*

... nes tametſi in mari naſcuntur, tamen plus habent cogna... cœlo, cuius faciem reddunt: ita pius ac generoſus ani... à cœlo pendet, vnde ducit originem, quam à terra, in ...

... ſtomi: Annon videtis frequenter, quod qui in vrbibus ver... pueros nuper à lacte depulſos faciunt thallophoros, aut ago... certaminum præfectos, aut chorearum magiſtros fa... Idem & nos faciamus, à primis ſtatim annis inducamus eos ... Reipubl. cœleſtis. Siquidem hæc terrena, quum im... afferat, fructum tamen nullum habet. Nam quæſo te, ... eſſe poſſit è populari applauſu? Simul vt veſpera nos ... illico plauſus illic totusque tumultus emarceſcit, ac feſto ... perinde quaſi in ſomnis fuerint delicati, ita omni voluptate ... conſiſtunt, dum nec à corona, nec à magnifica veſte, nec à ... vniuerſo conceptam voluptatem, ſi quærant, inueni... quod omnia illa quouis vento celerius prætercurrant? ... in cœleſti politia omnia ſecus habent, citra impendium ... afferam, & copioſum & ſtabile. *Homilia 8. de Anna & Sa...*

... ſemen eſt, ibi etiam multiplicatio fructuum conſequitur. ... terram quidem pinguem ac fertilem coleres, & quæ pluri... eſſet opportuna ſeminibus, non tantum illam propriam bor... ſeminando vacuares, ſed etiam mutaueris aliunde, quod ſere... ... namque detrimentum putares, ſi in re tali diligeres ... In cœlo verò operans, atque ibi fructum requirens, vbi ... inæqualitas, corruptio nulla ventorum, ſed plurimo vbi... fœnore ſemina iacta proueniunt, cunctaris atq; diſſimu... intelligis, quia poſſimus & parcendo perdere, & ſpargendo ... Sparge ergo, ne perdas: noli retinere, vt magis congreges, ... in Matth.

... theſaurum ſuum terræ defodiunt, ne illum defodiendo ... in cœlum, tale quiddam faciunt, quale, ſi agricola ac... frumentum terra fertili ſeminando, vberem quidem agrum ... in lacum vero frumentum omne demergit, vt eo nec ipſe ... & frumentum ſui corruptione depereat. *Homilia 9. in* ...

... anzeni: Quemadmodum inter Ægyptios & Hebræos o... Sic & nunc inter Deum & nos corporalis hæc caligo in... gratia, vt dum purgatiores maiorique cum ſudore deſi... ſcopum contendimus, induſtriæ noſtræ lucidæque vitæ ... quoque magnificentius contingat. *libro 2. de Theolo...*

Quemadmodum fieri non poteſt, vt vel tuam ipſius vmbram ... etiam feſtiues, præcurras (ſemper enim quantum tu ... proceſſeris, tantum ipſa ſequendo occupat) vel in colores ... radios, nullo aut lumine, aut aere deueniente defigas, vel ... extra aquas natatilis illa piſcium natura ſua ſe lubricitate ...: Ita nulla eſt via, cuius ductu hi, qui in corpore ſunt, ad ... bilem naturam omnino ſine corporalium rerum interuen... ngere queant. *ibid.*

Quemadmodum cibo immodico obruti, ſtomachum auferunt ... orem, aut lumine ſolari ſupra facultatem ſemel onerati, ... obſcuriorem oculorum aciem experiuntur: Ita & illi de ... ſuis periclitantur, ſed vt paulatim alio poſt aliud addita... facto, ac, ſicut Dauid inquit, gradibus, & à gloria in gloriam ... profectibusque Trinitatis lux illuſtrioribus affulgeat. ... *de Theologia.*

... podori. Sicut aliquis acuto præditus viſu, eadem oculorum ... ad honeſta & neceſſaria vtitur, modo & laſciue abutitur, ... oculorum culpa & cauſa, ſed affectu & intentione peccan... his, cui Deus mentem ſapientia exornauit, ſiquidem, vt de... Dei vtatur, res diuinas commode contemplatur: ſin verò ... terrena deprimatur, elangueſcit ac degenerat: in dono Dei opti... ac perſpicaciſſimè terrena quoque percipit, ac intellectu ...: neque verò mentis acies, ſed animi intentio, prout vel ... vel male Dei dono vtatur, digna laude vel vituperatione cen... *In Eccleſiaſticis.*

Caput eminentia quædam eſt, & ſuprema totius corporis pars, ... verò infimi ſunt, terramque contingentes. Quando itaque ... intellectus purgatus fuerit, ſuperna ſpeculatur, non quæ ... ſuper terram: at tunc in capite oculos vere habet. Quando ve... mens ad terrena conuertitur; tunc in pedibus habere oculos vi..., circa limum terræ occupata. Aliter: caput Eccleſiæ Chriſtus ... ad quem ſi ſapiens, dum ambulat, oculos intendit, ſicut & Chri... perambulauit, oculos habet in capite. Stultus autem ambulat in tenebris, ſemper declinans in terram, tenebricoſoque intellectu. *In Eccleſ. c. 2.*

*Clementis Alexandrini*: Sicut teſta ouorum, quamuis pulchrè facta, & diligenter formata videatur, neceſſe eſt tamen eam frangi & reſolui, vt inde pullus procedat, & illud, pro quo totius oui forma expreſſa videtur, appareat: Ita ergo & huius mundi neceſſe eſt tranſire ſtatum, vt ſtatus ille ſublimior regni cœleſtis effulgeat. *lib. 3. recognit.*

*Chromantii*: Dominus ac Saluator noſter frequenter admonet nos terreſtria de cœleſtibus, cum dicit: Simile eſt regnum cœlorum reti miſſo in mare. Vel certe: Simile eſt regnum cœlorum homini negotianti, quærenti bonam margaritam. Si ergo mercatus hanc ipſe continet rationem, vt vnuſquiſque pro vtilitate ſua aut vendat, quæ ſibi ſuperflua ſunt, aut emat quæ deſunt, non incondite & ego proponam mercem, quam mihi commiſit Dominus, prædicationem vtique cœleſtem: ſiquidem me minimum quoque, etſi indignum: tamen de ſeruis quibus Dominus talenta diſtribuit ad negotiandum, lucrumque faciendum elegit. *De octo beatitudinibus, fol.* 412.

*Bernhardi*: Quod ſi copiæ aquarum ſecretis ſubterraneiſque recurſibus inceſſanter æquora repetunt, vt inde rurſus ad viſus, vſusque noſtros iugi & infatigabili erumpant obſequio: cur non etiam ſpirituales riui, vt arua mentium rigare non deſinant, proprio fonti ſine fraude & intermiſſione reddantur? Ad locum, vnde exeunt, flumina reuertantur gratiarum, vt iterum fluant. Remittatur ad ſuum principium cœleſte profluuium, quo vberius terræ refundatur. *In cantic. ſerm.* 13.

*Polybii*: Quemadmodum viſu vtentes, faciem perpetuò ad id conuertere ſolemus, quod demonſtrationis gratia oſtenditur. Sic & animus in ea loca propendere debet, quæ inter narrandum proponuntur. *lib. 3. hiſt. fol.* 85.

# Coitus.

## ¶ Biblici Loci.

Coitvs illiciti, *Leuit.* 18. *v.* 6. 7. 8. *& ſeqq.* Coitus illiciti ſupplicium, *Leuit.* 20. *v.* 11. *& ſeqq.*

## ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras* rogatus à quodam, quando eſſet congrediendum cum fœmina? Cum voles, inquit, te ipſo fieri debilior. Multa Venus eneruat hominem. *Laert. l.* 8. *c.* 4.

*Idem* dicere ſolebat, Ne ſæpè homo ab homine, Hoc ænigmate frequente venereorum vſu interdicens. *Stob. ſerm.* 15.

*Ariſtoteles Cyrenæus* interrogatus, an amor coitus gratia fieret? Neque eius gratia, dixit, neque ſine eo. *Stob. ſerm.* 61.

*Lycurgus*, quodam admirante, quamobrem vetuiſſet ſponſum cum ſponſa ſimul dormire? ſed ſtatuiſſet, vt vterq; cum ſuis æqualibus maximam diei partem verſaretur, cumq; his totas noctes quieſceret, cum ſponſa verò furtim ac verecundè congrederetur. Primum, inquit, quod vt corporibus eſſent validi, ſi non vterentur congreſſu ad ſatietatem, dein vt illis amor mutuus ſemper maneret recens ac vigens: denique vt fœtus ederent robuſtiores. *Plutar. in Lacon.*

*Alexander*, duabus potiſſimum rebus, cum Deus à multis prædicaretur, ſe, quod mortalis eſſet, deprehendere dicebat, ſomno & coitu: quod hæc præcipuè proderent humani corporis imbecillitatem. Somnus enim mortis imago eſt, & coitus ſpecies eſt morbi comitialis. *Plut. in Alex.*

## ¶ Similitvdo.

*Chryſoſtomi*: Quemadmodum cum manducas & bibis, non anima manducat, ſed corpus: res enim incorporalis corporali cibo non paſcitur: Sic quum vir mulieri, aut mulier viro coniungitur, non anima copulatur, ſed corpus. *In Matth.* 24. *Hom.* 52.

*Vide Amor Venereus, Scortatio, Fornicatio, Venus.*

# Cogitatio.

## ¶ Definitio et Etymologia.

Cogitatio, Græcè λογισμὸς, ȣ̃, ὁ, & λογίζομαι, cogito dicitur. Eſt autem cogitatio, ſecundum Richardum, inquiſitio veritatis per diſcurſum ex multis, licet ſecundum Auguſtinum quandoq; ſumatur pro quacunque operatione intellectus. *Hæc ex B. Thom. ſecunda Secudæ, q,* 180. *art.* 3.

Differuntque Cogitatio, Meditatio, Contemplatio, & Conſideratio hoc modo: quod Cogitatio eſt reſpectus animi ad euagationem

V

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem pronus. Meditatio eſt intuitus occupatus in inquiſitione veritatis. Contemplatio eſt liber animi contuitus in res. Conſideratio eſt omnis operatio intellectus, vel proceſſus rationis ex principiis pertingentibus ad contemplationem veritatis, ſicut meditatio. *ſecundum B. Thomam ſecunda Secundæ, q. 180. art. 3.*

Cogitatiua potentia eſt ratio particularis. collatiua intentionum indiuidualium. *ſecund. B. Thom. 1. parte, q. 78. art. 4.*

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Cogitatio bona.*

Egreſſus fuerat (Iſaac) ad meditandum in agro, inclinata iam die. *Gen. 24.*

Cogitationes iuſtorum, iudicia: conſilia impiorum fraudulenta. *Prou. 12.*

Mens iuſti meditabitur ſapientiam: Os impiorum redundat malis. *ibid. 15.*

Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. *Prouerb. 16.*

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto; ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiç dabitur tibi. *Eccl. 6.*

Cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non deprauabitur. 22.

Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt. 2. *Cor. 3.*

Deus eſt enim, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. *Philip. 2.*

De cætero fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ: ſi qua virtus eſt, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. *Phil. 4.*

Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Matth. 5.*

*Cogitatio mala.*

Videns autem Deus, quod multa malitia eſſet in terra: & cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ *Gen. 6.*

Dolus in corde cogitantium mala. *Prou. 12.*

Abominatio Domini cogitationes malæ. *Prou. 15.*

Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labium ſuum perficiet malum. 16.

Qui cogitat mala facere, ſtultus vocabitur. Cogitatio ſtulti peccatum eſt, & abominatio hominum detractor. 24.

Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. *Sap. 1.*

In cogitationibus impii interrogatio erit. *ibid.*

Impii, ſecundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt. 3.

Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio ſenſum multa cogitantem. Non eſt cogitatus impiorum prudentia. 9.

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, *Eccl. 6.*

Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens, & errans cogitat ſtulta. 16.

Sicut in percuſſura cribri remanebit puluis: ſic apotia hominis in cogitatu illius 27.

Cogitationes eorum cogitationes inutiles. *Eſa. 59.*

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia & blaſphemiæ: hæc ſunt, quæ coinquinant hominem. *Matth. 15.*

Auferte præputia cordium veſtrorum, viri Iuda, ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit, qui extinguat propter malitiam cogitationum veſtrarum. *Ier. 4.*

Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias: vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *ibid.*

Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? *Matth. 9.*

## ¶ Biblici Loci.

Cogitatio pro ratione, *Epheſ.* 2. 3. Cogitationes bonæ à Deo. 2. *Corinth.* 3. 5. malæ hominem inficiunt, *Matth.* 15. *v.* 19. 20. damnantur. *Zach.* 8. *v.* 10. 17. *Prou* 6. 14. *Matth.* 15. 19. *Marc.* 7. 21. cogitationes cordis nouit Deus, 1. *Reg.* 8. 39. 2. *Paral.* 6. 30. *Ioan.* 2. 25. & nulla eum latet, *Iob.* 42. 2. *Eccl.* 42. 19. *Eſaiæ.* 19. & 15. *Matth.* 9. 4. *Hebr.* 4. 12. cogitationes impiorum peruerſæ, *Iob.* 15. 35. *Pſ.* 10. *v.* 7. 13. 15. & 14. 1. & 36. 4. & 53. 4. & 74. 8. & 83. 4. & 140. 2. *Prou.* 15. 5. & 24. 9. *Eſaiæ* 59. 7. *Ier.* 6. 18. & 18. 18. *Mich.* 2. 1. & *Zach.* 1. 4.

## ¶ Patrum Sententiae.

Cogitationes noſtræ non ſunt in poteſtate noſtra. *Auguſt. lib. 4. cont. Pets.*

Quicquid pudet dicere, pudet & cogitare, eſt tutiſſimum atque perfectum, vt aſſueſcat animos ſollicita ſemper & peruigili cuſtodia diſcernere cogitationes ſuas, ad primum animi motum, vel probare vel reprobare, quod cogitat: vel bonas cogitationes alat, vel ſtatim malas extinguat. Hinc namque fons eſt boni, &
Ibi maxime oportet obſeruare peccatum, vbi
que ad primam tentationis faciem, & malum,
reſtinguere, dum adhuc eſt in cogitatione. *Hiero*
*metriad.*

In illa tantum cogitatione peccatum, quæ
ſum mentis dedit: quæ malum ſuum blande fou
geſtit irrumpere. Huius cogitatio eſt, ſi ex aliquo
impleat voluntatem: nihilominus actione crimin
à Domino: vt illud in Euangelio legimus: Qui
ad concupiſcendum. *idem ibid.*

Ad peccandum, quod opere perpetratur, ne
nies, ſi incentiua vitiorum ſtatim in mente iugula
Babylonis allides ad petram, in qua ſerpentis veſtigia
tur, & caute Domino promittes, Si mei non fuerint
*idem ibid.*

Tunc ad perfectionis ſummam pertingimus, qu
vitia vincimus, cogitationes ſuperfluas à mente
tanto longius mens à neceſſariis ceſſat, quanto
tat. *Greg. l. 2. moral.*

Peccata operis tanto citius cognoſcuntur, quanto
tur, peccata vero cogitationis eo ad intelligendum
quo inuiſibiliter perpetrantur, & tanto latius cogitat
quanto ſe eſſe ſecurius æſtimant: qui foris à reprehe
videntur. *Lib. 11.*

Magno ſtudio ſuperfluæ cogitationes amputand
men amputari funditus nequaquam poſſunt. Sem
ſuperflua generat: quæ ſemper ſpiritus ferro ſolicit
*lib. 3.*

Electorum mentes, ſi quas in ſe carnales cogi
niunt, pœnitentiæ ardore conſumunt, nec cogit
latari carnali voluptate permittunt; quia eo ſemet
ſubtilius feriunt, quo diſtrictum iudicem præſto
*Lib. 12.*

Quum reproborum mentibus occaſio perpetra
eſt, deſideriorum coigtationes eorum cordibus nu
& quum non ſemper Diabolum ſequuntur in opere,
illi obligant in cogitatione. *lib. 14.*

Ante Dei oculos vacuæ non tranſuolant cogitatio
nulla momenta temporis per annum tranſeunt ſine
tionis. *lib. 20.*

Sæpe miſericors Deus eo citius peccata cordis ab
exire ad opera non permittit, & cognita nequitia tan
tur, quanto effectu operis non ligatur. *In Paſtor. c. 5.*

Si à domo mentis ad monumentum ratio diſce
ſente domina, cogitationum clamore velut garrula
ba multiplicat. Vt autem ratio ad mentem redierit
ſio tumultuoſa compeſcit; & quaſi ancillæ ſe ad
cite reperiuntur, dum cogitationes protinus ſe ca
vtilitatem ſubdunt. *in Mor.*

Cogitatio eſt improuidus animi reſpectus ad ea
nus. *Caſſi ſup. Pſal. 38.*

Quocunque tempore non cogitaueris Deum, pu
amiſiſſe. *Cæſarius monitione. 2. c. 3.*

Incipiamus bonas cogitationes diligere, & ſtatim
malæ ſunt, dignabitur Dominus liberare. *In Coll. par.*

Mentem non interpellari cogitationibus impoſſibi
re vero eas ſiue reſpuere, omni ſtudenti per gratiam D
eſt. Quemadmooum igitur ortus earum non omnino
nobis, ita reprobatio vel electio conſiſtit in nobis.

## ¶ Poeticae Sententiae.

Auſon. de ludo Sapient.

*Μελέτη τὸ πᾶν qui dixit & dictum probo,*
*Meditationem id eſſe, rectè quod geras.*

Ibidem.

*Is quippe ſolus rei gerendæ eſt efficax,*
*Meditatur omne qui prius negotium.*

Terent. in Adelph.

*O Demea, iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt*
*Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt*
*Proſpicere.*

Auſon. de ludo 7. Sapient.

*Aduerſa rerum, vel ſecunda prædicat*
*Meditanda cunctis comicus Terentius:*
*Locare ſedes, bellum gerere, aut ponere*
*Magnas, modicaſq; res etiam, paruas quoque*
*Agere volentem, ſemper meditari decet.*
*Nam ſegniores omnes inceptis ſumus,*
*Meditatio ſi rei gerendæ deſuit.*

Ibidem.

*Nihil eſt, quod ampliorem curam poſtulet,*
*Quam cogitare quid gerendum ſit: dehinc*
*Incogitantes ſors, non conſilium regit.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Similitudines.

...ſtomi. Sicut irrationabilis terra, quæ ſecus viam poſita eſt, ...conculcatur, & dura eſt, & ſemina doctrinæ in ſulcos ſenſus ...n recipit, ſed volatiles ſpiritus rapiunt ea: ſic & omnis arbor ...bilis iuxta viam poſita non poteſt eſſe fructifera; id eſt, ho...cundum mundum viuens nunquam poteſt euadere à pecca... ...ſtinus. In 21. Matth. hom. 36.

...t de gemmis flores: ita de bonis cogitationibus naſcuntur ...voluntates. Sicut autem flores non poſſunt procedere, niſi ...gemma: Sic bona voluntas naſci non poteſt, niſi præceſſerit in ...cogitatio bona. Poma ſunt opera iuſtitiæ. Sicut ante po... ...flos: Ita ante opus bonum voluntas bona. Arbor non profert ...um, quæ iuxta viam eſt: Ita qui in mundo viuunt. Hom. 38. in ...

...Talis eſt cogitationum natura, labyrintho cuipiam ac gryphis ...ſimilis, nullum vſquam finem habens, neque concedens cogita... ...em ſuper ſupra petram, originem ab arrogantia, ac nimia ſui o... ...one aſſumens: cum enim quoſdam pudeat ad fidei ſuſceptio... ...accedere, vt ne videantur cœleſtia ignorare, ipſi ſeſe in cogita... ...m veluti quiſquilias ac minutias coniiciunt. Hom. 2. in epiſt. ad ...

...nymi. Sicut qui adulterium committit in ſolo corde, non... ...omnino progreſſus ad opus: Ita ſi quis fecerit in corde cætera, ...prohibita ſunt; verbi cauſa; ſi quis corde tantum ſit furatus, aut ...tantum falſum teſtimonium dixerit, non vt ille, qui facto fu... ...et aut falſum teſtimonium re perpetrarit: ſed tantum vt qui ...ſolo talia fecerit, punietur: idque ſi per ipſum ſteterit, quo mi... ...mentent ad prauum facinus. Quod ſi præterquam quod vo... ...greſſus quidem eſt, ſed non ſucceſſit, punietur: vt qui non ſo... ...de, verum etiam opere peccauerit. Super hæc quærat ali... ...adulterium committat aliquis ſolo corde, etiam ſi factum ...non peregerit, ſed in ſolo corde fuerit impudicus. Simili ...let de cæteris laudabilibus. Habet autem hic locus, quo ...ter falli poſſimus: quod hac opinor ratione tollendum ...terium quidem in corde peractum minus eſt peccatum, ...quis adiungat etiam factum. Non poteſt autem fieri, vt ...ſit in corde, quæ obſtat impudico facto: niſi quis hic ...exemplo ſumat virginem, iuxta quod lex dicit, in ſo... ...uolatam. Fingamus enim cor alicuius eſſe puriſſimum, ...violentam peregiſſe corruptionem corporis pudicæ; in ...lutiuum eſt. Hæc ſane mihi videtur prorſus eſſe caſta in ...quidem, corpore vero non eſſe pura, quemadmodum erat ...ſtatam: at non quia non pura, ſtatim impudica. In cap. 10.

...Monachi, Quemadmodum parentes corporum com... ...natis ex ſe liberis: Sic etiam animus naturaliter indulget ...ſuis cogitationibus. Et quanquam omnium & per omnia ...ſunt ridiculoſi & turpiſſimi, omnium tamen videntur ſua... ...formoſiſſimi. Sic etiam amenti animo ſuæ cogitationes ...tameſi ex omnibus fuerint peſſimæ, ſapientiſſimæ ta... ...videntur, Lib. 3. de Charitate.

...admodum corpus habet mundum res ipſas: Sic etiam ani... ...bet mundum ipſas cogitationes. ibid.

...corpus ſcortatur cum corpore mulieris: ſic etiam animus ...cogitatione mulieris per proprii corporis imaginatio... ...ibid.

...guli vaſa probat fornax. Sic diſtrahitur homo in cogitatio... ...ibid.

...admodum rerum humanarum cogitatio non cogit ani... ...diuinas contemnere: Sic neque nuda cogitatio rerum di... ...eundem adigit, vt res humanas prorſus reſpuat. Lib. 3. de ...

...Eremitæ. Quemadmodum in aquis ignis durare non po... ...neque turpis cogitatio in corde Dei amante. De lege ſpiri...

...admodum vnicuique rerum, quæ videntur, Deus prom... ...tribuit: ſic humanis quoque cogitationibus, ſiue veli... ...nolimus. De lege ſpirituali.

...ſtomi. Ne quæſo permittamus in nobis cogitationes prauas, ...minima negligamus, quia, qui minima ſpernit, paula... ...Non ſpernamus morſum ſerpentis, ne venenum eius a... ...in corda noſtra: quia quamuis venenum venenum ſit ſer... ...men mors eſt hominis. Abſcindamus virgulta ſpinarum de ...noſtri, ne defigant in nobis altas radices. Cor noſtrum ...Domini Ieſu Chriſti: excolamus eum cœleſtibus diſcipli... ...non ſinamus in agro tanti Imperatoris ſeminari zizania: ſed ...floribus virtutum decoremus, quia his delectatur. Libro de ...documentis, c. 34.

...Humanæ mentis natura eſt, vt ſi cogitatione aliquid ...plemur, talem ſe nobis vnaquæque ſpecies exhibeat, ...eam & cogitando formemus. Quoquo enim mentis noſtræ ...intenderimus, id ipſum, in quo defixi ſunt, referunt ad ſen... ...Et vt planius intelligi id quod dictum eſt, poſſit, afferemus ex-emplum? Si quis hyemali die ver cogitauerit, & ornatum eius lumine mentis inſpexerit, obliterata hyeme, in qua ſit, atque algeat totum ei in ſenſu ſuo ver cum habitu ſui ornatuque conſiſtet: adeo, mentis oculis corporis præſtant, vt ineunte in eos obliuione præſentium totos nos obtineat quidam quaſi animo præſumptus vſus abſentium. in Pſalm. 120.

*Tertulliani.* Perit ille ſimul in tua forma, ſi concupierit, & admiſit iam in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi: vt etſi à culpa vaces, ab inuidia non liberaberis. Vt cum in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem dominum non conſtringit, dum res tamen eius ignominia notatur, ipſe quoque infamia aſpergitur. *De cultu fœminarum.*

*Seneca.* Quemadmodum quæ in vſu ſunt, & manum quotidie tactumque patiuntur, nunquam periculum ſitus adeunt: illa, quæ ad oculos non reuocatur, ſed extra conuerſationem vt ſuperuacua iacuerunt, ſordes ipſa colligunt vetuſtate. Ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriæ nunquam ſubducitur, quæ nihil perdit, niſi ad quod ſæpe non reſpexit. *lib. 3. de benef. c. 2.*

*Anonymi.* Porphyrius ſerpens venenum habet, ſed quoniam edentulus eſt, ſibi habet: Ita quidam male cogitant, ſed quod deſit facultas, nemini nocent. *In ſim.*

*Anonymi.* In concuſſione cribri permanent ſtercora: ſic ſpolia hominis in cogitatione illius. Vaſa figuli probat fornax, & tentatio hominis in cogitatione illius. Culturam ligni oſtendit fructus illius. Sic loquutio cogitationis in corde hominis. Leo venationi inſidiatur: ſic peccatum operantibus iniquitatem.

¶ Exempla Sacra.

Cogitationum peruerſarum exempla: Fratres Ioſeph. *Geneſ.* 37.20. Scribæ & Phariſæi, *Matth.* 9.3. & 12 24. *Marc.* 2.6. *Luc.* 5. 21. & 7. 30. Phariſæus quidam, *Luca* 11. 38. Coloni, 20. 14. Principes Sacerdotum, *Ioan.* 12. 10. Sacerdotes Iudaici, *Act.* 5.33. Simon Magus, 8.22.

¶ Historica Exempla.

*D. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus*, dum ſanctæ Trinitatis myſterium ſolus in cubiculo ſedens contemplatur, ita à ſeipſo abſceſſerat, vt à muliere, quæ illum conſulere cupiebat, ſæpius interpellatus nihil reſponderet, imo ne reſpiceret quidem; mulier denique, quia ſe contemptam putauit, abiret triſtis. Poſtero autem die, cum eum in Eccleſia audiret, in ſpiritu rapta, vidit de Trinitate diſputantem, atque audiuit: idcirco ſe illum die heſterno fruſtra quidem adiiſſe; quod eiuſmodi meditatione occupatus, ipſam neque videre, neque omnino ſentire potuiſſet, ac proinde nec redire dubitaret. Rediit, &, quod petierat, conſilium ſine cunctatione accepit. *Marull. l. 2. c. 4. & Sab. l. 2. c. 6.*

*D. Thomas Aquinas* Pariſiis cum Philippo, aut (vt Campanus ſcribit) Ludouico Gallorum rege cœnans, animo alienatus, cum ne oculis quidem conniueret, tandem percuſſa manu menſa exclamauit; aduerſus Manichæos concluſum eſt. Quod factum cum rex admiraretur, Thomas cum rubore reſpondit argumentum ſibi in mentem veniſſe, quo Manichæorum dogma penitus euerteret. *Fulgoſ. lib. 8. c. 7.*

*Atlantem Libycum* tanta cœleſtis curſus cognoſcendi voluptas inceſſit: vt ſpreto hominum commercio, in altiſſimum Africæ occidentalis montem ſeceſſerit ſolus. Itaque & monti nomen indidit, & ob ſingularem cœleſtium rerum cognitionem cœlum ſuis humeris fulcire dictus eſt. *Theatrum Zuingeri.*

*Indorum Gymnoſophiſtæ* ab exortu ſolis ad occaſum vſq; eodem in loco perſtant: alternis ſæpe pedibus toto die feruentiſſimis arenis inſiſtunt, ſolemque immobilibus oculis contuentur: vt hac ratione & animum contemplatione, & corpus laborum tolerantia exerceant. *Plin. l. 7. c. 2.*

*Archimedes*, qui machinationibus ſuis multum ac diu victoriam Marci Marcelli Syracuſas obſidentis inhibuerat, quum capta vrbe, animo & oculis in terram defixis, formas deſcribit, militi, qui prædandi gratia domum irruperat, ſtrictoque ſuper caput gladio, quiſnam eſſet, interrogabat? propter nimiam cupiditatem inueſtigandi, quod requirebat, nomen ſuum indicare non potuit; ſed proiecto manibus puluere, noli (inquit) obſecro, iſtum circulum diſturbare, ac perinde quaſi negligens imperii victoris obtruncatus, ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta confudit. *Valer. l. 8. cap. 7.*

P. *Scipio Africanus*, antelucanis horis in Capitolium aſcendens, in templo Iouis Opt. Max. prius contemplabundus ſedebat, quam in ſenatum diſcenderet; vt ea, quæ Reipub. ſalutaria eſſent, Deorum prius pace implorata, inuenire & patribus proponere poſſet. *Gell. l. 7. cap. 1. ex Iulio Hygino & C. Oppio refert: eoq; Iouis filium creditum.*

*Carolus Magnus* ad ceruicale pennam & encauſtum cum pergameno noctu reponebat, vt ſi quid in lecto cogitanti vtile oc-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

currerer, ſignare poſſet, ne è memoria laberetur. Vicinus etiam lecto erat paries cerà illitus, cui, ſi quid in tenebris occurriſſet, inſcriberet. *Æginardus in vita Caroli, & Henricus Erphordenſis.*

*Carolus V. Imp.* antequam quicquam aggrederetur, diu multumque prius deliberabat, in publicum non prodibat, neminem ad ſe intromittebat, ſæpe quin etiam morbum ſimulabat. Quo ipſo effecit, vt non prius eius conſilia deprehenderentur, quam in opus deducta eſſent, *Theat. vitæ.*

¶ SCRIPTORES.

De apprehenſione ſcripſit *Albertus Magnus.* De animo & cogitatione agit *Lucretius lib.4.* De cogitandi ratione, *Bruſonius lib.2. c.15.* cur in cogitatione profundiore ſomnus obrepat, oſtendit *Cælius Rhodiginus lib.6.c.3.* Sæpe altero cogitante idem cogitat aliter. *Marſil. Ficin.* 4.38. De primis motibus & de conſenſu, *Gerſon.2.* Cur, quomodocunque voluerimus, ſtatim cogitamus, *Lucre. lib 4.* De cogitatione etiam, *Lumen animæ, parte 2.c.33. Vincent. Belua.3. 1.2. Idem de conſideratione T.1.3.37. De cogitationibus, Efrem: Iacob. Carthuſ. Erford.*

*V. de Animus, Contemplatio, Conſideratio, Mens, Ratio.*

---

# Cognitio.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

COGNITIO, γνῶσις, εος, ἡ & γνωστὴρ, ῆρος, ὁ, cognitor dicitur. Proprie autem cognitor dicitur, qui litem alterius ſuſcipit coram, ab eo, cui datus eſt, ſicut procurator, qui abſentis nomine author fit. Cognitor à cognoſco venit: vnde etiam recognoſco, quod eſt opus compoſitum emendandi, aut limandi, aut reprehendendi cauſa reuideo. Actus vero ipſe recognitio dicitur.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Cognitio Dei ſuper omnes.*

Homo enim videt ea, quæ patent: Deus autem intuetur cor. 1. *Reg.* 16.

Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat: *Iob.* 31.

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prou.* 15.

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? *ibid.*

Omnes vitæ hominum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt Dominus. 16.

Non præterit Dominum omnis cogitatus: & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. *Eccl.* 42.

*Bonos ſingulariter.*

Et reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos. *Exod.* 2.

Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum. *Pſal.* 1.

Priusquam te formarem in vtero, noui te. *Ier.* 1.

Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus qui ſunt ſui. 2. *Tim.* 2.

Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. *Hebr.* 4.

*Malos non agnoſcit.*

Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine: Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: diſcedite à me omnes; qui operamini iniquitatem. *Matth.* 7.

Amen dico vobis, neſcio vos. 25.

Si quis autem ignorat, ignorabitur. 1. *Cor.* 14.

*Firmiter exigitur.*

Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiſcuntur Deum. *Pſalmo* 9.

Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. 45.

Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum 52.

Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. *Sap.* 13.

Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini, Iſrael autem me non cognouit. & populus meus non intelligit. *Eſai.* 1.

Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filii inſipientes ſunt, & vecordes. *Ier.* 4.

Confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. 9.

Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me: quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium & iuſtitiam in terra. *ibidem.*

Miſericordiam volui, & non ſacrificium: ſcientiam Dei plus quam holocauſta. *Oſeæ* 6.

Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem im[...] tiam hominum eorum, qui veritatem Dei in [...] quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis [...] manifeſtauit. *Rom.* 1.

*Multipliciter acquiritur, ſcilicet diuina illu[...]*

Qui dixerunt Deo, recede à nobis, ſcientiam [...] nolumus. *Iob.* 21.

Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Sign[...] lumen vultus tui Domine. *Pſal.* 4.

Propter hoc ſciet populus meus nomen meum [...] ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum. *Iſa* 52.

Confitebor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia [...] à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis [...] uit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit niſi [...] luerit filius reuelare. *Matth.* 11.

Nemo venit ad me, niſi pater meus, qui miſit me [...] Non quia patrem vidit quisquam niſi is, qui à Deo [...] trem. *Ioan.* 6.

Et ſcimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis [...] gnoſcamus, & ſimus in vero filio eius. Hic verus De[...] na. 1. *Ioan.* 5.

*Creaturarum conſideratione.*

Nimirum interroga iumenta, & docebunt te [...] & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpondebit tibi [...] piſces maris. Quis ignorat, quod omnia hæc manus [...] *Iob.* 11.

Cœli enarrant gloriam Dei. *Pſal.* 18.

Vani ſunt omnes homines, in quibus non eſt ſci[...] his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere [...] operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex [...] ſpecie delectari Deos putauerunt, ſciant quanto his d[...] cioſior eſt. Speciei enim generator hæc conſtituit. [...] opera eorum mirati ſunt, intelligant ab illis, quoniam [...] hæc, fortior eſt illis. *Sap.* 3.

A magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſ[...] creator horum videri. Creauit illis ſcientiam ſpiritus [...] pleuit cor illorum *ibid.*

Multa abſcondita ſunt maiora his, pauca vidimus [...] *Eccl.* 43.

Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi ea, quæ [...] tellecta conſpiciuntur. *Rom.* 1.

Ex parte enim cognoſcimus. 1. *Cor.* 13.

*Scripturarum declaratione.*

Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in illis [...] habere. Et illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me [...]

Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi; de [...] ſcripſit. *ibid.*

*Salubriter perquiritur.*

Noſſe enim te conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſti[...] tem tuam radix eſt immortalitatis. *Sap.* 15.

Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte [...] quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ ma[...] *Eſa* 11.

Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſci[...] uemus in conſpectu eius, ſciemus, ſequemurque, [...] Dominum. *Oſeæ.* 6.

Hæc eſt autem vita æterna: vt cognoſcant te ſolum [...] rum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum. *Ioan.* 17.

Et omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit De[...] non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas eſt. [...]

*Cognoſcit homo differenter.*

Homo videt ea, quæ patent. 1. *Reg.* 16.

Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, [...] piens exhauriet illud. *Prou* 20.

Veſtigium cordis boni, & facile bonam difficile [...] labore. *Eccl.* 13.

Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus [...] eſt? 1. *Cor.* 2.

*Cognoſcitur homo frequenter.*

In facie prudentis lucet ſapientia. *Prou.* 17.

Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus [...] lius commutabit. *Eccl.* 8.

Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bono, ſiue [...] *Eccleſ.* 17.

Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cogn[...] tus. 19.

*A ſtatu.*

Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium [...] da hominum manifeſta ſunt prudentibus. *Prou.* 27.

Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius: ſic [...] gitatu cordis hominis. *Eccl.* 27.

*Geſtu.*

Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſint [...] *Prou.* 20.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enun-
...o. *Eccl.*19.

¶ BIBLICI LOCI.

Cognoſcere, Hebræis honeſte ſignificat congreſſum viri cum ... *Gen.*4.v.1.17.25.& 38.26.1.*Reg.*1.4.*Luc.*1.*v.*34. dicitur & de ...lorum concubitoribus, *Gen.*19.5.

Cognitio dilectionis Chriſti quam neceſſaria, *Epheſ.*3.19. cogni... Chriſti quam neceſſaria, *Ioan.*17.3. non eſt ſecundum carnem.2. ...donum cœleſte eſt, *Matth.*16.17.*Epheſ.*1.17. *Coloſſ.*1.*v.*26.27. in ...*Ioan.*7.17.& 14.7.*Epheſ.*4.21.1.*Ioan.*2.3.& 3.6. quibus con... *Matth.*11.27. ſuos progreſſus habet, *Act.*8.35. *Epheſ.* 4. v.11.12. Cognitio Dei, & dona Spiritus ſancti aquis aſſimilantur. cogni... Dei mentibus hominum inſculpta eſt, *Rom.* 1. 21. quam neceſſa... *Ier.*9.v.23.24.1.*Cor.*1.31.2.*Cor.*10.17.*Oſe.*6.6.*Ioan.*17.3.*Epheſ.*18. in ...1.*Ioan.*2.3. ea ſub regno Chriſti ampliſſima, *Eſaiæ* 11. 9. *Ier.* ...cognitio Dei per Chriſtum ſola vera eſt, & valida, *Matth.*11.27. ...*Ierſ.*9.2.*Corinth.*4.6.*Heb.*1.3. quibus conceſſa, *Matth.*11. ...& ...1.*Ioan.*5.20. humilitatem parit, 1.*Cor.*8.1.& 14.25. fructus ...

Cognoſci Deus humana ſapientia non poteſt, niſi ipſe reuelet ... & humilibus. *Matth.*11.25.& 16.17.*Luc.*10.21.*Ioan.*7.28.& ...& 12.14.& 14.4.& 15.1.& 17.6. *Act.*17.23.1.*Cor.*1.v.17.18. ...& 3.19.*Col.*2.16.

Cognoſcere licet ſubinde homines ex verbis & factis, *Eccl.*19.27. ...7.9.*Matth.*7.16.& 12.33.*Luc.*6.44.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

...memor, inquit, naturæ, nunquam ſuperbies. Memor ...ipſius, ſi teipſum obſerues. *Anton.* & *Max.ſerm. de co*...

...accurata cognitio tui ipſius ſufficienter te veluti manu de... ...cognitionem Dei. *ibidem.*

...nolle, inquit, ignarum ſe eſſe, ſapientiæ eſt: & ſcire ſe ...feciſſe, iuſtitiæ. *ibid.*

...is maxime ſe nouit, qui ſe nihil putat. *ibid.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Perſius.

*...in ſeſe tentat deſcendere nemo:*
*...præcedenti ſpectatur mantica tergo.*

Hor.1.Serm.3.

*...abſentem Neuium cum carperet: heus tu,*
*Quidam ait, ignoras te? an, vt ignotum, dare nobis*
*Verba putas? egomet mi ignoſco, Mænius inquit.*
*Stultus & improbus hic amor eſt, dignusq; notari.*

Ter. Heaut.

*Dij veſtram fidem itan' comparatam eſſe hominum natu-*
*ram omnium:*
*Aliena melius vt videant & iudicent, quam ſua?*
*An eo fit, quia in re noſtra, aut gaudio ſumus præpediti ni-*
*mio, aut ægritudine?*

Hor.1.Serm.3.

*—Deniq; te ipſum*
*Concute, num tibi quid vitiorum inſeuerit olim*
*Natura, aut etiam conſuetudo mala, namq;*
*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.*

Perſius Satyra 1.

*Nec te quæſiueris extra.*

Perſius. Id.3.

*Diſciteq; ô miſeri, & cauſas cognoſcite rerum,*
*Quid ſumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo*
*Quis datus, aut metæ, quam mollis flexus, & vnde.*
*Quis modus argento, quid fas optare, quid aſper*
*Vtile nummus habet: patriæ, cariſq; propinquis*
*Quantum elargiri deceat, quem te Deus eſſe*
*Iuſſit, & humana qua parte locatus es in re,*
*Diſce.*

Idem 4.

*Reſpue quod non es, tollat ſua munera cerdo:*
*Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex.*

Iuuenalis.11.

*Illum ego iure*
*Deſpiciam, qui ſcit quanto ſublimior Atlas*
*Omnibus in Libya ſit montibus: hic tamen idem*
*Ignoret, quantum ferrata diſtet ab arca*
*Sacculus. è cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτὸν,*
*Figendum, & memori tractandum pectore, ſiue*
*Coniugium quæras, vel ſacri in parte ſenatus*
*Eſſe velis. nec enim loricam poſcit Achillis*
*Therſites, in qua ſe traducebat Vlyſſes*
*Ancipitem, ſeu tu magno diſcrimine cauſam*
*Protegere affectas: te conſule, dic tibi quis ſit*
*Orator vehemens, an Curtius, an Matho, buccæ*
*Noſcenda eſt menſura tuæ ſpectandaq; rebus*
*In ſummis minimisq;: etiam cum piſcis emetur.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Chilon* dicere ſolitus eſt, caue tibi ipſi, ſiue à teipſo, ſiue obſerua te ipſum. Nam Græce eſt φυλάσσειν ἑαυτὸν: vt admoneat, ſibi quemque debere ſuſpectum eſſe. Omnes ſibi cauent ab aliis: at frequenter nemo magis hoſtis eſt homini, quam homo ſibi, dum libidinem, dum iram, dum ambitionem aliaſque cupiditates adhibet in conſilium, *Laert.l.*1,*c.*4.*Stob.ſerm.*19.*Max.ſerm.*56.

*Idem* volebat, Noſſe ſe ipſum quemque debere: atque idcirco Apollini aureis literis ſacrarum eius dictum fuit. Nam qui ſe recte noſſet, animam atque corpus vt æquum eſt diligeret: neque quod vni eſt impertiendum, alteri præberet. Quod cum plerique perperam faciant, id nullius alterius culpæ eſt adſcribendum, niſi quod nos ipſos, id eſt, humanam compactionem agnoſcere nolimus. *Ful. l.*4.*c.*2.

*Socrates* dicebat, ſeſe nihil ſcire præter hoc vnicum, quod nihil ſciret: reliquos vero ne hoc quidem ſcire. *Anton. in Meliſſ. part.* 1.*ſerm.*59.

*Thales*, difficile eſt ſe noſſe, inquit: ſed beatum. Et hæc eſt ſecundum naturam vita. *Anton.* & *Max.ſerm.de cognit.ſui.*

*Plato*, qui nihil, inquit, propemodum ſcimus, arbitramur nos omnia ſcire, non permittentes autem alios, quæ ipſi neſcimus, agere, peccare cogimur ipſi cum agimus, *Anton.* & *Max.ſerm. de cognit.ſui ipſius.*

*Philemon* dicere ſolebat, homo cum ſis, id fac ſemper intelligas, & ſemper eris homo. *Anton.* & *Max. de cognit.ſui.*

*Thales*, cuidam percontanti quid eſſet difficile: Se ipſum, inquit, noſſe. Atqui hoc vulgus putat eſſe facillimum. Aliena rectius perſpicimus quam noſtra, & ſibi quiſque adulator eſt, *Laer. lib.*1.

*Socrates*, roganti cur nihil ſcriptum ederet, reſpondit: Quia video chartam multo pretioſiorem, quam ea quæ ſcribenda forent. *Stob.*

*Demonax* interrogatus, quando cœpiſſet philoſophari, tum dixit, cum cognoſcere me ipſum incepi. *Stob.ſerm.*21.

*Heraclitus*, iuuenis adhuc omnium ſapientiſſimus eſſe inde iudicabatur, quod rogatus quid ſciret, reſpondiſſet. Sat ſcio, quod nihil ſcio. *Ex Ariſtonymi ſcriptis recitat Stob.ſerm.*21.*Ant.in Meliſſa par.* 1.*ſerm.*59.*Max.ſerm.* 56.

*Diognes* interrogatus, quonam modo quis ſuimet præceptor fieri poſſet? reſpondit, ſi ſeipſum eis, quibus alios increpat, increpuerit. *Stob.ſerm.*1.

*Theocritus*, cuidam quærenti quare libros non ſcriberet? reſpondit: Quoniam, vt libet, non poſſum: vt vero poſſum, non libet. *Stob. ſerm.*21.*ex Ariſtonymo.*

¶ SIMILITVDINES.

Quemadmodum oculus alia videns, ſe ipſum tamen non cernit: Sic etiam mens noſtra corrupta, aliena vitia magis ſpectat quam ſua. *Apud Maximum ſerm.*56.

Quemadmodum ſolis lumen ſanum oculum ad ſe ipſum trahit: ſic Dei cognitio ſanam mentem per charitatem naturaliter ad ſe ipſam pertrahit.

Quemadmodum rerum viſibilium pulchritudo ſenſibilem oculum, ſic mentem quoque puram rerum inuiſibilium cognitio ad ſe pertrahit: inuiſibilia dico ea, quæ ſunt in corporea.

¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Philippus Maced.* cum ad Chæroneam Athenienſes viciſſet, animum elatum ratione compeſcuit: & ne quid poſthac per contumeliam & faſtum committeret, hoc inſtituit, vt quotidie mane excitaretur è ſomno, his verbis: Surge rex, & hominem te eſſe cogita. *Stob. ſerm.*21.*ex Æliano.*

*Alexander*, poſteaquam ex diuturno morbo conualuit, nihilo ſe ſe deterius affectum dixit. Admonuit enim nos (inquit) ægritudo, ne altum ſaperemus, vt pote mortales. *Stob ſerm.*21.

*Placilla Theodoſii* Imperatoris vxor pientiſſima, ſubinde maritum admonere ſolebat, iam in Cæſarem euectum, vt ſe olim priuatum hominem fuiſſe cogitaret. Quem putabat præ cæteris ad Romanæ Reipublicæ gubernacula aſſumptum, non vt ferocius ſuperbiret, atque iam Deum ſe factum exiſtimaret, vt alii, ſed vt hominem ſe eſſe cogitans, variis cum ſubditis fragilitatibus obnoxium, rite gubernaret imperium, tanquam Dei ſeruus. *Nicephorus Calliſtus lib.* 12.*cap.*42.

*Simonides* conuiuio quodam exceptus, in quo Pauſanias etiam erat. Iuſſus aliquid è ſapientiæ præceptis depromere, ſtatim dixiſſe ad Pauſaniam fertur: Memento te hominem eſſe. Id autem Pauſanias tunc temporis non magnopere curauit, captus iam ſuperbia, eo quod ad Medorum partes ſeſe applicuiſſet, & elatus ob hoſpitii ius, quod ei cum rege intercedebat: forſitan etiam vino depulſus à ſede rectæ rationis. cum vero iam eſſet captiuus, & cum fame luctaretur, iamque calamitoſiſſimam omnium mortem ante oculos cerneret, tunc in mentem ei venit Simonides, & magna voce exclamauit: O Cee hoſpes, magnum quiddam in tuo ſermone inerat. Ego vero inani perſuaſione ſum adductus, vt eum nullius momenti putarem. *Ælian.lib.*9.*de Var. hiſtor.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Bias* vt homines ad ſui cognitionem duceret, iubebat vt in ſpeculo vnusquisque ſuas actiones contemplaretur, vt honeſtas magis ornaret, turpes vero emendaret. *Stob. ſerm.* 21.

¶ SCRIPTORES.

De cognitione Dei & noſtra, *Pharetra*. De cognoſcendo Deo & laudando, *Raymundus Sebundius in Viola animæ*. Noſce teipſum, vt Deum noſcas, *Marſil*. 6.8. De ſapiente & cognoſcente ſeipſum & huius contrario ſcripſit *Carolus Bouillus*. De cognitione ſui, *Octauianus Mirandula*. Vide prouerb. *Noſce teipſum*. De ſui agnitione. *Sermo Auguſtini Dathi*. De cognoſcendo ſeipſum, *Stobæus Anton. Monachus Meliſſæ lib*. 1. *tit*. 59. *Raphael Volaterranus lib*. 28. Et prædictus *Auguſt. Dathus Epiſt*. 20. *Lumen animæ parte* 2. *cap*. 21. *Cæl. Rhodiginus l*. 3. *c*. 7.

# Color.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

COLOR, Græce χρόα, ας, ἡ, vel χρῶμα, ατος, τὸ & χρωματίζω, coloro dicitur. Eſt autem color, extremitas perſpicui in corpore terminato: *ſecundum Ariſtotelem libro, de Senſu & ſenſato.*

Color eſt motiuus diaphani, ſecundum actum: *ſecund. Ariſt*, *l*. 2. *de anima*.

Color eſt paſſio corporis opaci alteratiua viſus de potentia ad actum.

Color eſt qualitas ſecunda, ex commiſtione quatuor qualitatum primarum derelicta, alteratiua viſus de potentia ad actum.

Color eſt lux incorporea, in extremitate diaphani terminati. *ſec. B. Thom*. 1. *ſent. diſt*. 17. *q*. 1. *art*. 1.

A color venit coloro verbum, & diſcolor diuerſi coloris, & concolor eiusdem coloris. Colores præterea apud Rhetores dicuntur orationis ornamenta, hoc eſt, figuræ, quæ à Græcis σχήματα dicuntur.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIAE.

Color eſt rei perlucidæ in corpore certo & terminato extremitas. *lib. de Senſu*, *c*. 3.

Omnis color vim habet id mouendi, quod re ipſa perlucidum eſt, eaque illius natura eſt. *l*. 2. *de Animo*, *c*. 7. *T*. 67.

Color in naturam coloris expertem cadere poteſt. *ibidem T*. 71.

Color lumini, lumen aſpectui continuatum eſt. *lib*. 7. *de Nat*. *t*. 2. *T*. 12.

Ex coloribus hi ſimplices ſunt, quicunque elementorum naturam conſequuntur, ignis puta, aeris, aquæ, terræ. *lib. de Color. cap*. 1.

Niger color conſequitur elementa, quoties inuicem commutantur. *ibid*.

Eſt proprium colorum munus, non ſimpliciter, ſed ad aliquam miſtorum rationem habere. *lib. de color. c*. 2.

Nos nullum colorem purum ſpectamus, qualis plane eſt: ſed omnes permiſtos, atque aliis confuſos. *lib. de Color. c*. 5.

¶ EMBLEMA.

Andreæ Alciati.

Emblema CXVII.

INDEX *mœſtitiæ eſt pullus color: vtimur omnes*
*Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.*
*At ſinceri animi, & mentis ſtola candida puræ:*
*Hinc Sindon ſacris linea grata viris:*
*Nos ſperare docet viridis. Spes dicitur eſſe*
*In viridi, quoties irrita retro cadit.*
*Eſt cupidis flauus color, eſt & amantibus aptus,*
*Et ſcortis, & queis ſpes ſua certa fuit.*
*At ruber armatos equites exornat amictus,*
*Indicet & pueros erubiſſe pudor.*
*Cæruleus nautas, & qui cæleſtia vates*
*Attoniti nimia religione petunt.*
*Vilia ſunt giluis, natiuaque vellere burrhis:*
*Qualia lignipedes ſtragula habere ſolent.*
*Quem curæ ingentes cruciant vel Zelus amoris,*
*Creditur hic fulua non male veſte tegi.*
*Quisquis forte ſua contentus, xanthina geſtet:*
*Fortunæ æquanimis tædia quiq; ferat.*
*Vt varia eſt natura coloribus in gignendis,*
*Sic aliis aliud, ſed ſua cuiq; placeat.*

¶ SCRIPTORES.

De coloribus natiuis & factitiis, *Plinius lib*. 35. *c*. 6. Et qui colores vno non inducantur, *ibidem* 7. De coloribus libellus *Ant. Thyleſii & Ariſtotelis, & apud pleroſque, qui de Vrinis ſcribunt*. Vide etiam *Problemata Ariſt. ſect*. 10. *eius librum de coloribus ex tranſlatione Cæl. Calcagnini*. *Plutarch. de Placit. li*. 15. *Cæl. Rhodig. l*. 17. *c*. 1. *l*. 26. *c*. 16.

# Collega.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

COLLEGA, æ, à colligatione ſocietatis, & complex… ctus. *Iſidor. l*. 10. *Etymol. lit. C.*

Collegæ apud Iuriſperitos recentiores dicuntur, qui… tant: quaſi vna ſe colligant. At veteres ab eligendo colleg… lunt: quaſi in idem munus collectos diceremus. Hinc… vocantur, in quibus qui dent nomen eliguntur: dum… ciores non ſint. *Alc. de verborum ſignificat. Iacob. Spieg… lit. C.*

Collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt… teſtatis. *Author. Vlpian. ibid.*

¶ PHILOSOPHORVM SENTENTIAE.

Franciſc. Petrarch.

De ſtulto & temerario collega. Dial. XXX.

DOL.

Stultum habeo ac temerarium collegam. R. Eſt al… fateor, vt timeas, ſi ex diuerſo aliquid eſt, vt ſperes, hoc… buſdam calamitatis, ſic aliis gloriæ præbuit materiam… Terentii Varronis Æmilio Paulo mortem peperit. At L… nutii temeritas M. Furio Camillo: & Qu. Fabio Max… rem gloriam quæſiuit, notæ ſunt hiſtoriæ. D. Eſt mi… ceps & inconſtans. R. Eſto tu conſtans & modeſtus. N… tus clarior eminet, quam ſuo admota contrario. C… tius illum regas, quam te ille præcipitet? D. Eſt inſolen… lega. R. An tibi excidit, vt ipſi, de quo nunc diximus, Ca… ni militum conſulari poteſtate, quinque ſimul colleg… pares vltro ſe ſubmiſere? Habet hoc virtus excellens, … ſuis authoritatem, miratoribus reuerentiam ac pudor… nullo melius modo collegæ inſolentiam repreſſeris, qua… ac virtute. Sic efficies, vt illum tibi parem dici pudeat, … Minutium, & aut ſe ſponte ſubiiciat honeſtiore ſuffrag… cum tibi populus ſubiecisset, aut omnes intelligant il… nomine, rebus imparem, & quicquid bene geſſeris, tu… quid ſecus, illius. D. Collega mihi ſtultus obtigit, a… Quædam per contrarium diſcuntur. Solent magiſtri… diſcipulis incertum aliquid proponere, quod cum re… tis ingenium, ad vera facilius retrahatur. Redit ad m… ſcuri hominis clarum verbum. Ante non magnum tem… Florentia ciuitas ſtatum mutaſſet, quod crebro nimi… facit, atque ad imam plebem fræna Reipublicæ peruen… ex inſolenti grege, qui diu tenuerat illam, & mœſtus a… ni inopis Mechanici humilitatem ſpernens. Et tu, inqu… literas noueris, neque vnquam patrios fines exceſſeris, … artificio vitam trahens, cum paribus tuis, qualiter h… tam nobilem vrbem reges? Ille autem nihil motus: Ec… inquit, eſt? Quid vos egeritis nullus ignorat. Si per co… rium agimus, aberrare non poſſumus. O verbum dign… minis ex ingenio prodiiſſe. Tu nunc igitur in collega… rium tibi ſtatuas exemplar, cui diſſimilimus fieri velis.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Scipio Æmilianus* creatus Cenſor, addito colleg… viro magnæ quidem nobilitatis, ſed vitæ diſſolutioris, … dixit, ſe ex maieſtate Reipublicæ omnia geſturum, ſi… dediſſent collegam, ſiue non dediſſent, innuens, fatius… habere collegam cenſuræ, quam talem collegam. *Valeri… mus lib*. 6. *cap*. 4. *Plin. de Viris illuſtribus*, 58. & *Bruſon…* *to cap*. 5.

# Comedere, Comeſſat…

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

COMEDERE, Græce, φάγειν. Nam φάγω & ἐσθίω, … ce, comedo dicitur. Et eſt cibum ſumere per potenti… lem ſumentis conuertibilem in naturam eius. *Ex B. Th… q*. 51. *art*. 3.

Comeſſatio, Græce κῶμος, ου, ὁ, & κωμασμός, ου, ὁ, come… tur. Eſt autem comeſſatio proprie cibus poſt cœnam ſum… Merenda cibus, qui ſumitur ante cœnam: & Ientaculum … ſumitur ante prandium, quod ab Iento verbo, de quo … Ientaculum. Diciturque comeſſatio à vicis, quos Græ… cant, & eſum ſupino, de edo: quoniam ante oppi… ctionem veteres in vicis habitantes alii alios, conuiuiis g… tabant.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Biblici Loci.

[Com]meſſationes damnantur, *Prou.* 31. *v.* 17. & 23. *v.* 20. 21. & 28. 7. [...] 13.34. *Rom.* 13.13. *Galat.* 5.21. Vide ebrietas, damnatur. Comeſ[ſationis] & ebrietatis exempla: Adam & Heua, *Geneſ.* 3.6. Noe, 9.21. [Lot,] 19.33. Abraham, 21.8. Eſau, 21.33. Iacob & Laban, 31.54. Ioſeph [& fra]tres eius, 43.34. Iſraelitæ, *Exod.* 16.3. & 17.3. & 32.6. *Num.* 11.4. [...] 14. Samſon, 16.25. Filii Heli, 1. *Sam.* 2.15. Ionathas, 14.27. Amnon, [2. S]am. 13. *v.* 23.28. Vrias, 11.13. Ela, 1. *Reg.* 16. *v.* 8.9. Iſraelitæ, *Nehem.* 9. [...] Holofernes, *Iudith* 12. *v.* 17.18. & 13.2. Aman, *Eſth.* 5.9. Aſſuerus [...] *Eſth.* 7. *v.* 1.2. Filii Iob, *Iob* 1.5. Iudæi, *Eſai.* 22.13. Sacerdotes & [pro]phetæ, 28.7. Ptolomæus, 1. *Macch.* 16.16. Herodes, *Matth.* 14.6. [*M*]*arc.* 6.21. Diues, *Luc.* 16.19. *Vide Conuiuiorum cum à bonis, tum à [m]alis celebratorum exempla.*

¶ Scriptores.

De Comeſſationum apud Græcos origine, *Ariſt. lib.* 7. *Polit. c.* 10. De variis conuiuiorum vocabulis, *Cælius lib.* 14. *c.* 57.

*Vide Conuiuium, Luxus, Intemperantia, Ebrietas.*

# Comitas.

¶ Definitiones et Etymolog.

[C]omitas, Græc. εὐτραπελία, ας, ἡ; & εὐτράπελος, ȣ, ὁ, comis dici[tur]. Eſt autem comitas cum moderatione iocatio, *ſecundum [Ariſt.] l.* 4. *Ethic.*

Comitas eſt virtus media inter ſeueritatem, & remiſſionem. In [altera] quidem à virtute diſcedimus: in altera omnia [...] animi abiectione remittimus.

¶ Apophthegmata.

[Diogenes] ſolitus eſt dicere manus non eſſe porrigendas amicis, [...] digitis. Innuens, non ſatis eſſe: ſi comes nos præbea[mus], ſed comitati comitem adiungendam beneuolentiam, [...]. *Laert. l.* 6. & *Eraſ. l.* 3. *apoph.*

[Socrates:] Æſchines cum cuperet eſſe ex numero diſcipulorum [...] iamque apud præceptorem excuſaret paupertatem, mo[...], quum alii Socratis amici multa ſubinde largirentur, ſe [...] poſſe: Annon intelligis, inquit Socrates, quam magnum [...] dederis, niſi fortè teipſum parui æſtimas? Comiter ſu[...] diſcipulum egenum, & nihil mercedis poſtulauit ab eo, quem [...] eſſe nouerat. *Laert.*

[...] rogatus à quodam, quo pacto quis maximè placere [...] omnibus? Si, inquit, loquatur illis iucundiſſima. *Plut. in [...] apoph.*

[...] fratri ſuo quærenti, quod ciues erga ſe non perinde af[fecti es]ſent, atq; erga illum: ſed inhumanius tractarent, quod non[...] eſſet creatus Ephorus: Tu (inquit) extra omnem co[...] plurimum poſſe ad conciliandum ciuium fauorem. *Plut.* [...]

[Anonymus], quidam cauſam detulit ad oratorem: is negauit ac [...] alterum qui recepit. At is qui detulerat, dicere ſolebat, ſibi [...] fuiſſe orationem eius qui negarat, quam eius qui rece[pit]. Quod ſi ille comiter recuſaſſet, hic grauiter & inamœno vultu [...]. *Eraſ. l.* 8. *apoph.*

[...] dicebat ſe operam ſuam, in eo quod non contra officium [...] ſolere polliceri omnibus: ſed impertire illis tantum, a[...] optime poni arbitraretur. *Cic. ad Quint. fratrem, de peti[tione con]ſulatus.*

[...] *Imp.* amicis incuſantibus, quod parum memor impe[ratoriæ m]aieſtatis, nimium eſſet omnibus expoſitus, reſpondit: Ta[lem ex]hibeo me imperatorem priuatis, qualem optarem ipſe pri[uatus]. *Eraſ. Rat. l.* 8. *apoph. Bruſ. l.* 3. *c.* 4.

*Vide Clementia, Humanitas.*

# Commendatio.

¶ Definitio et Etymolog.

Commendatio, Græcè σύστασις, εως, ἡ, & συνίστημι, commendo [dicitur]. Eſtque commendatio modo laudatio, modo commiſ[ſio]. Quia commendo iunctum datiuo, ſignificat committo: vt, [co]mmendo te regi. Quando verò iungitur accuſatiuo, cum Apud, [vel a]blatiuo cum In, ſignificat laudo: vt, commendabo te apud [prin]cipem vel regem, vel in ſenatu. Inde literæ commendatitiæ di[cuntur], quibus aliquis commendatur.

¶ Apophthegmata.

Quidam petiit ab Ageſilao, vt ſe ſcriptis ad hoſpites & amicos ſuos Aſiaticos literis commendaret, quo apud illos ius ſuum conſe-queretur, reſpondit: Nihil eſſe opus literis commendatitiis. Nam mei, inquit, hoſpites ſua ſponte quæ iuſta ſunt faciunt, etiamſi illis non ſcripſero. Apud bonos & in bona cauſa ſuperuacua eſt commendatio, quum ipſa res impetret quod precibus exoraretur. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Auguſtus Cæſar* filios ſuos nunquam populo commendauit, niſi cum hac exceptione: Si merebuntur. Honorem non authoritati, ſed meritis tribui volens. *Eraſ. lib.* 4. *apoph. ex Suet.*

*Antoninus Pius* rogatus cui filium commendaret? vobis, inquit, ſi promeretur, & diis immortalibus. Fauorem noluit ſuæ authoritati tribui. ſed filii meritis *Iulius Capitolinus.*

*Vide Affabilitas, Beneuolentia, Humanitas.*

# Commiſeratio.

¶ Definitio et Etymologia.

Commiseratio, Græce, οἰκτιρμὸς, ȣ͂, ὁ, & οἰκτίρμων, ονος, ὁ, miſericors dicitur. Et eſt commiſeratio, dolor quidam ex apparenti malo corruptiuo, ac dolorem inferente in non dignum pati, quod vel ipſe putabit poſſe pati, vel ſuorum aliquem: idq; ſic, vt propinquum videatur. *ſecundum Ariſt. lib.* 2. *Rhetoricorum.*

Commiſeratio eſt, cum vel aſpectu alicuius, vel oratione, vel etiam cogitatione adducimur, vt eum miſeremur.

¶ Exempla Biblica.

Commiſrrationis exempla: Abraham, *Geneſ.* 14. *v.* 14. Melchiſedech, *v.* 18. Ruben, 37.21. Ioſeph, 43. *v.* 30. & 45. *v.* 1. Obſtetrices, *Exod.* 1. *v.* 17. Filia Pharaonis. *Exod.* 2. *v.* 6. Moyſes, *v.* 12.17. & 32. *v.* 32. *Num.* 12. *v.* 13. Gedeon, *Iudic.* 8. *v.* 5. Iſraelitæ, 21. *v.* 15. Booz, *Ruth* 2. *v.* 8.9. Samuel, 1. *Sam.* 16.1. Dauid, 30. *v.* 32.42. Sobi & Machir, 2. *Sam.* 17. *v.* 27. 28, 29. Pueri mater, 1. *Reg.* 3. *v.* 26. Abdias, 18.4. Elias 17. *v.* 19. Eliſæus, 2. *Rex.* 4. *v.* 2. & 6. *v.* 23. & 8.12. Ioſaphat, 2. *Paral.* 22. *v.* 11. Azarias Barachias, &c. 2. *Paral.* 28. *v.* 15. Nehemias, *Nehem.* 1. *v.* 4. & 23. Amici Iob *Iob* 2. *v.* 11. Iob, *Iob* 29. *v.* 11.12.13.14.15.16. & 30. *v.* 25. Eſther, *Eſth.* 7. *v.* 3. Tobias. *Tob.* 1.19. Eſaias, *Eſai.* 21. *v.* 3. & 22. *v.* 4. Ieremias, *Ierem.* 4. *v.* 19.31. & 19. *v.* 1. Thren. 2.11. Abedmelech, *Ierem.* 38.7.9. Baruch, 45. *v.* 3. Dominus, 48. *v.* 32. Amos, 9. *v.* 3. Ezechiel. *Ezech.* 3. *v.* 14. & 9. 4. Darius. *Daniel*, 6.18. Onias. 2. *Macch.* 3. *v.* 16.17. Antiochus, 4. *v.* 37. Diſcipuli, *Matth.* 15. *v.* 03. Iesvs Christvs. *Matth.* 8.3. & 9. *v.* 2. 36. & 14. *v.* 14. & 15. *v.* 32. & 20.34.23.37. *Marc.* 1. *v.* 41. & 6. *v.* 17. & 8. *v.* 2. *Luc.* 7. *v.* 13. & 19. *v.* 41. *Ioh.* 5. *v.* 6.9. & 11. *v.* 33.35. & 19.26. Paterfamilias. *Matth.* 18. *v.* 27. Samaritanus, *Luc.* 10.33. Viduæ, *Actor* 9. *v.* 39. Paulus, 17. *v.* 16. *Rom* 9.2.3. 2. *Corinth.* 2. *v.* 7.8. & 12.21. *Galat.* 4. *v.* 19. *Philip.* 3.18. *Philemon.* *v.* 10. Cuſtos carceris, *Actor.* 16. *verſ.* 33. Fideles Theſſalonicenſes, 20.37. Cæſaræenſes, 21.12. Barbari, 28. *v.* 2. Hebræi, *Hebr.* 10. *v.* 33.

¶ Historica Exempla.

*Heraclitus Epheſius Philoſophus*, ad omnem hominum occurſum fleuiſſe dicitur. Dolebat ille, quod nihil ſani eſſet in vita, nihil in homine non caducum, fluxum, & deceptibile. Fleuit ille itaque hominum mala, meliore haud dubie affectu, quam Democritus, qui hæc eadem ridebat. Nam hic contemptum arguit & ſtultitiam, ille iuſtitiam & charitatem. *Sabellicus lib.* 2. *c.* 2.

*Dionyſius Siciliæ tyrannus*, cum mercenarii ad eum interficiendum impetum feciſſent, miſerabili veſte amictus prodit, comamq; puluere reſperſit, & poteſtati militum ſuam vitam permiſit. Mercenarii eius miſerti, ſaluum & incolumem dimiſerunt. Dionyſius eos non ita multo poſt in vrbe Leontinorum circumuentos ad vnum trucidauit. *Polyæn. lib.* 5.

*Seleucus Antiochi F. Syriæ rex*, Aſiaticas ciuitates ingenti claſſe aggrediebatur, ob auxilia Berenicæ, nouercæ ſuæ & fratri ex ea nato exhibita. Sed ſubita tempeſtate naues omnes amiſit. Quæ res Seleuco hoc boni peperit, vt Aſiatici omnes, ira in miſericordiam verſa, ſponte ſua in fidem infenſiſſimi hoſtis redierint. *Sabell. libro nono, Enn.* 4.

*Athenienſibus* naues conſcendentibus commiſerationis campus ampliſſimus. *Theat. Zuing.*

*Antiochus Syriæ rex*, qui nobilis appellabatur, audiens Oniam ſummum ſacerdotem inique occiſum, flexus ad miſericordiam, lachrymas fudit. 2. *Macch.* 4.

Plura exempla vide *in Theatro vitæ humanæ, Tom.* 1. *pag.* 197. 862. *Tom.* 3. *p.* 2884. *T.* 4. *p.* 5298. & 3308.

*Vide Miſericordia, & paulo poſt Compaßio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Commodatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

COMMODATIO, à verbo commodo venit, quod χρήζω, dicitur. Et eſt alicuius rei ad alienum ſpecialem vſum gratuito facta conceſſio, ſecundum gloſ. in cap. vnico. de Commo. Itaque commodare, eſt alicuius rei vſum ad tempus concedere. *Cicero: Dando & accipiendo, mutuandisq́; facultatibus accommodandis nulla re egeremus.* Differt autem hoc verbum à mutuo: quod mutuamus; vt Paulus Iuriſconſultus inquit, non eandem ſpeciem recepturi. Mutui datio in his rebus eſt, quæ pondere, numero, menſuraue dari ſolent; quoniam earum rerum datione poſſumus in creditum ire, quia magis in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quàm per ſpeciem. Nam in cæteris rebus ideo ire in creditum non poſſumus: quia aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poteſt.

¶ ADAGIA.

Alii ſementem faciunt, alii metent. ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δὲ ἀμήσονται.

*Alij laborant, alij percipiunt emolumentum.* Einer macht Beutel/der ander ſchneidt ſie ab.

Mazam pinſuit à me piſtam. μάζαν γε μεμαχὼς τὺν ὑπ' ἐμῦ μεμαγμένην.

*De ijs dici ſolitum, qui ſibi alienæ induſtriæ laudem vendicant, & magnam gloriam alieno labore partam, verbis in ſe transmouent.*

Tunica pallio propior eſt. *Plaut.* La chemiſe eſt plus pres que la robe.

*Quo ſignificatum eſt, ex amicis non alijs atque alijs magis eſſe deuinctos, neque parem omnium habendam eſſe rationem.* Das Hemt ligt mir näher an als der Rock. Es iſt jeder jhme ſelbſt die beſte Trew ſchuldig.

Intus canere. Aſpendius citharœdus.

*Qui priuati commodi impendio ſtudioſi eſſent, ac fere quicquid agerent, id omne ad domeſticam referretur vtilitatem, ij prouerbio, Intus canere, ijdem apud Græcos ἀσπένδιοι κιθαρισταί, id eſt, aſpendii citharistæ dicebantur.* Es gedenckt ein jeder in ſeinen Sack.

Nequicquam ſapit, qui ſibi non ſapit. μισῶ σοφιςὴν, ὅςις οὐχ αὑτῷ σοφός.

*Sapientem eum odi, qui ſibi ipſi non ſapit. Senſus patet,*

Ad ſuum quemque quæſtum æquum eſt eſſe callidum.

*Quiſque aduigilat ad id, quod expetit.*

Decora teipſum. γέραιρε σαυτόν.

*Iocus prouerbialis in eum, qui ſe magnificentius gereret.*

Anguillas captare. ἐγχέλεις θηρᾶσθαι. *Peſcher en eau trouble.*

*Dicuntur, qui priuati commodi cauſa cient tumultus. Quadrabit in eos quibus tranquillo Reip. ſtatu nihil eſt emolumenti: proinde ſeditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in ſuum priuatum vertant commodum.* Im trüben Waſſer fiſchen.

Vna lauabor. παραλοῦμαι.

*Dici conſueuit, vbi quis inſinuat ſe in ſocietatem alterius, aut vbi quis admittit aliquem in ſocietatem, vti qui pauperior eſt, ſumptum effugiat.*

Manum admouere. τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν.

*Dicebantur, qui ſeſe inſinuarent in rei cuiuſpiam egregiæ communionem.*

Vndecunque lucrum capiunt. *Prendre à toutes mains.*

*In aduocatos, improbos, calumniatores, in malos medicos, qui captant vndecunque, ſi quis incidit in caſſes, quem poſſent expilare, congruit illud Homeri ex Odyſſ. δ.*

Αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάασκον
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισι, ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.
*Semper enim, quaqua patet inſula, piſcibus hamo*
*Inſidiabantur, ventrem fames enecat atra.*

Genu ſura propius. γόνυ κνήμης ἔγγιον.

*Hoc adagium ex euentu quodam eſt natum. Cum in prælio quidam conſpiceret duos amicos pariter de vita periclitantes, fratrem & conſobrinum, neque poſſet vtrique ſimul ferre ſuppetias, omiſſo conſobrino fratrem defendit, atque hanc interim ſententiam pronuntiauit:*

Omnes ſibi melius eſſe malunt quàm alteri.

*Terent. in Andria. Idem in eadem fabula. Heus proximus ſum egomet mihi. Nemo ſeipſo diligit quenquam magis. Affine: Sibi quiſque amicus eſt.*

Simonidis cantilena. Σιμωνίδου μέλη.

*De vafris ac ſubdolis dictum eſt. Hunc Simonidem tradunt primum aſtutiam & quæſtum in artem induxiſſe.*

Mihi ipſi balneum miniſtrabo. ἐμαυτῷ βαλανεύω.

*Vbi quis ſuis inſeruit commodis, aut vbi quis non expectato alieno officio ſuum agit negotium.*

Sibi canere. ἑαυτῷ ψάλλειν.

*Dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, ſed animo obſequens ſuo.*

Aſtutior Coccyce. μηχανικώτερος κόκκυγος.

*Dicebatur qui aſtu ſibi conſuleret.*

Opto vicino vt habeat, magis autem ollæ.

*Potiſſimum eſt habere domi, quibus eſt opus, proximum habere diuitem à quo poſſis petere.* Sorg ein jeder ſelbſt/Gott vor vns alle.

Veniat hoſpes, quiſquis profuturus eſt. ξεῖνος ἐλθέτω ...

*Id eſt: Veniat qui proderit hoſpes. Admonet ... demum aduentum eſſe gratum, qui commodi quippiam ... Ouidius.*

*Ipſe licet venias, muſis comitatus Homere.*
*Si nihil attuleris, ibis Homere foràs.*

Wer viel mitbringt/der iſt der werdeſt Gaſt.

Suam quiſque homo rem meminit.

*Qui in alieno negotio dormitat, in ſuo vigilat.*

Mercatorem ſe eſſe ſimulat. ἔμπορος εἶ σκηπτόμενος.

*Dicendum in eum, qui ob timiditatem cauſam ... prætexit, ne cogatur ſubire diſcrimen.*

Ciuitates ludimus. πόλεις παίζομεν. *Zenod.*

*Quadraturum videtur, quoties ſuum quiſque com... cunque ſectatur via, & æmulo competitoriq́; modis om... inſidias, Zenod.*

# Communitas.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

QVIDQVID ſceleris & iniquitatis inebriat mu... mittit in examine veritatem. *Aug. contra Parmen.*

In ſolicitudine citò ſubrepit ſuperbia, dormit... luerit, tu autem, qui in communitate viuis, non facies, ... medes, quod iuberis: ſubijcieris, cui non vis: ſeruies ... *ad Ruſticum.*

Pleniſſima peccatorum obtinetur ablutio, quando ... ſiæ vna eſt oratio, & vna confeſſio. Si enim duorum ... ctorum pio conſenſui omnia, quæ popoſcerint, dom... da promittit, quid negabitur multorum millium pl... ſeruantiam pariter exequenti, & per vnum ſpiritum ... ſupplicanti? *Leo Pap. ſer.*

Publica præferenda ſunt propriis: & ibi intelligen... pua ratio vtilitatis, vbi vigilat cura communis. *ibid.*

Prouidè decreuit antiquitas communitatem edic... admoneri, per quæ & debitum omne corrigitur, & ... recundia non grauatur. Cuncti enim ſibi æſtimant ... lum conſtat exponi: & ſimilis fit innocenti, quem co... ommunione purgari. *Caſſ. lib. 3. epiſt. 18.*

Nam ſi diſparibus calamis conuenit vnum melos ... to magis viris prudentibus aptum eſt iuſtum concor... dere. *ibid. epiſt. 9.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Horat. 2. Serm. 2.

*Nam propriæ telluris herum natura neque illum*
*Nec me, nec quenquam ſtatuit, nos expulit ille:*
*Illum nequities, aut vafri inſcitia iuris,*
*Poſtremum expellet certe viuacior hæres.*

Senec. Hip.

*Hoc equidem reor*
*Vixiſſe ritu, prima quos miſtos dies*
*Profudit: nulla his auri fuit*
*Cæca cupido: nullos in campo ſacer*
*Diuiſit agros arbiter populis Lapis.*
*Nondum ſecabant credula pontum rates.*

Virg. 2. Georg.

*Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.*
*Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum*
*Fas erat: in medium quærebant, &c.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHIC...

Stulta auaritia mortalium poſſeſſionem propriet... cernit, nec quicquam ſuum eſſe credit, quod eſt publ... piens nihil iudicat ſuum magis, quàm illius, cui cum ... nere conſortium eſt. Nulla eſſent communia, niſi par... tineret ad ſingulos. *Senec. 29. epiſt.*

¶ SIMILITVDO.

*Xyſti Pythagorici.* Quorum communis eſt Deus, ... horum niſi & poſſeſſio communis ſit impii ſunt. *in En...*

*Huc refer ea, quæ de Amicitia vera, ac Charitate ... annotata ſunt.*

# Compaſsio.

¶ DEFINITIO.

COMPASSIO, Græc. συμπάθεια, ας, ἡ, quæ & à noſtri... dicitur, à dolore cordis. *De qua vide infra in Miſer...*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Auris audiens beatificabit me, oculus videns teſtimonium reddebat mihi, eo quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor, benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. *Iob 29.*

Omnia quæcunque vultis bona, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & Prophetæ. *Matth. 7.*

Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. *Rom. 12.*

*Non ſolum iuſtis in afflictionibus compatiendum eſt; ſed etiam peccatoribus & iniuſtis.*

Propter deſtructionem Babylonis repleti ſunt lumbi mei dolore, ſicut anguſtia parturientis. *Eſai 21. 3.*

Recedite à me (dicebat Eſaias, videns ſpiritualem calamitatem ſuperuenientem populo ſuo) amare flebo, nolite incumbere, vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. 22. 4.

Triſtitia eſt mihi magna (dicebat Paulus, compatiens fratribus, & cognatis ſuis pereuntibus) & continuus dolor cordi meo. *Rom. 9.*

Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati, ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt, & gloria. *ibid.*

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? *2. Cor. 11.*

Filioli mei, quos iterum parturio. *Gal. 4.*

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Piè eſt illa triſtitia (ſi dici poteſt) bona miſeria, vitiis alienis triſtari, non implicari: mœrere, non hærere: dolore contrahi, non allici. *Aug. in epiſt. ad Sela.*

Quum aliena infirmitati compatimur, valentius à noſtra roboramur, vt amore futurorum mens ad præſentia aduerſa ſe præparet, & cruciatus corporis, quos timebat, expectet. *Greg. l. 7. Mor.*

Tam plena cordis noſtri compaſſio eſt, quum mala inopiæ pro illo ſuſcipere non meruimus, vt illum paſſione liberemur. Maius eſt aliquando compati ex corde, quam dare: quia quiſquis imperfecte compatitur, minus æſtimat omne, quod dat: & quodlibet plerumque dat, qui non compatitur. *lib. 20.*

Tanto quiſque perfectior eſt, quanto perfectius ſentit dolores alienos. *lib. 19.*

Si mens per compaſſionem doleat, vt etiam larga manus affectum doloris oſtendat. *In homil.*

Sicut pura veritas non niſi puro corde videtur: ſic miſeria fraterna miſero corde verius ſentitur. *ibid.*

Compaſſio eſt, quum malum inopiæ pro proximo non metuimus, vt eum à paſſione liberemus. *ibid.*

Magnæ actum pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet, vt in ſua infirmitate cognoſceret, quam miſericorditer alienam infirmitatem toleraret. *In hom. Paſch.*

Condoles, condoleo. ſi non doleo tantum, & maximè ſciens à ſalute corporis abſiſtere membrum, quod obſtupuit, & ægrum ſeſe non ſentientem periculoſius laborare. *Ber. de Conſ. ad Eug.*

Nonnulli dura ceruice & attrita ſunt fronte: vt quo magis eis compatimur, tanto magis noſtra compaſſione & patientia abutantur. *Idem ibid.*

Vulneratus miles non ſentit ſua, cum benigni ducis contuetur vulnera. *Idem ibid.*

Impoſſibile eſt ſcire afflictiones afflictorum ei, qui experimentum afflictionis non habuit. *Chryſ. in epiſt. ad Hebr. ſerm. 30.*

Religioſa triſtitia aut alienum peccatum luget, aut proprium, nec hoc dolet, quod diuina iuſtitia agitur: ſed de eo mœret, quod humana iniquitate committitur, vbi magis plangendus eſt faciens iniqua, quam patiens. *Leo Papa.*

Triplex eſt modus compaſſionis, eſt quippe compaſſio alia ex vitio, alia ex natura, alia ex virtute. Compaſſio ex vitio eſt, quando quis illic reprehenſibili dolore tangitur, vbi illicito prius amore tenetur. Compaſſio ex natura eſt, quando ex inſito ſibi pietatis affectu animus alienis condolet, quoties contra pietatis, vel inhumanitatis menſuram, naturam premi ſiue affligi videt. Compaſſio ex virtute eſt, quando propter Deum alienis doloribus compatimur, quum ſcilicet iuſtitiam premi, vel innocentiam affligi videmus. Compaſſio ex vitio, culpabilis eſt. Compaſſio ex natura irreprehenſibilis eſt. Compaſſio ex virtute laudabilis eſt. Prima reprehenditur, tertia laudatur: ſecunda nec culpam habet, quia ex natura eſt, nec præmium, quia ex virtute non eſt. *Hugo de tribus volun. in Chriſto.*

Tria ſunt, per quæ probatur vera compaſſio, ſcilicet occulta beneficentia, paupertas, & mors. Beneficium enim ſi impendatur occulte, humanæ laudis extinguit fauorem: quando autem pauperis miſeria aliquis, temporalis remouet ſpem retributionis: quum pro inope pati mortem non renuit, amorem mundi non præponit. Tria ſunt enim tria illa, quæ ſolent enarrare compaſſionis membra, humanus ſcilicet fauor, temporalis retributio, & amor mundi. *De ſpir. anim. c. 5.*

Longitudine temporis tentatio augetur, per triduum enim creſcentibus curis paterna viſcera cruciantur, & prolixo ſpatio pater filium intuetur, cibum cum eo ſumit, tot noctibus pendet puer in amplexu patris, cubat in gremio, & per ſingula momenta in paterno affectu dolor occidendi filii cumulatur. *Alcuinus de immolat. Abraha.*

Cuius pectus tam ferreum, cuius cor tam lapideum, vt gemitus non exprimat, lachrymas non effundat, quum proximi vel amici morbum vel interitum intuetur? vt patienti non compatiatur, & dolentibus non condoleat? Ipſe Ieſus, cum vidiſſet Mariam & Iudæos plorantes, infremuit ſpiritu, turbauit ſemetipſum & lachrymatus eſt. *Inn. de vilit. cond. hum.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Sicut pes libenter ſeruit oculo, quaſi ſibi ſeruienti, ſciens, quia niſi oculus ſuo miniſterio fuerit vſus, nec ipſe ſuo poterit vti: & oculus libenter ſeruit pedi, quaſi ſibi ſeruienti, ſciens, quia niſi pes ſuo officio fuerit vſus, nec ipſe ſuo poterit vti: Sic & ſancti inuicem ſibi debent eſſe ſubiecti, vt minor maiori non inuideat quaſi maiori, ſed libenter obſequatur ei, quaſi ſibi ſeruienti, in eo ipſo quod maior: & maior non contemnat minorem, quia maior eſt, ſed libenter ei obſequatur, quaſi ſibi ſeruienti. *In c. 20. Matth. hom. 35.*

*D. Baſilij.* Quemadmodum ij, qui ſunt in littore conſtituti, ergà eos, qui in mari naufragium patiuntur, miſericordia mouentur, nō tamen ob hanc curam & miſericordiam propriam amittunt ſecuritatem: Sic & illi, qui proximorum peccata lugent, & queruntur, propriam vitæ ac conſcientiæ puritatis lætitiam non amittunt: quin potius ob has pro fratribus lachrymas effuſas lætitiam augent, gratiamque Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti magis promerentur. *De Deo.*

*Auguſtini.* Conſiderate, & videte, quomodo quid fiat in nobis carnaliter, quando ſanum eſt caput, quomodo congaudent omnia membra, & placent ſibi de ſingulis illis membra cætera. Econtrario autem, quando patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Ecce ſpinam calcat pes: quid tam longe ab oculis, quam pes? longe eſt è loco, proximus charitatis affectu. Modicum pungit ſpina, perpetuum locum tenet in pede; vide quomodo illuc conuertuntur omnia membra. Primo ipſa ſpina dorſi incuruat ſe, & deponunt ſe omnia membra. Nunquid oculi ceſſant quærere? Nunquid aures ceſſant audire? forte alii, qui vident vbi ſit, dicunt: Ecce, ibi eſt, ſtatim hoc audiunt aures, & ſequuntur conſilium: & ibi oculi quærunt, & manus operantur, &, vt dixi, totum corpus illuc incuruatur, & nihil vacat in homine ad ſubueniendum. Et ſolum in pede factum eſt vulnus, & totum quod eſt in homine, operatur. Sana ſunt omnia membra, pes dolet, & omnia ſimul. *hom. 15. de 50. popul.*

*De ceruis* nonnullis talium cognitionum ſtudioſi ſcripſerunt, cum fretum ad inſulam tranſeunt, paſcuarum gratia, ſic ſe ordināt, vt onera capitum ſuorum, quæ geſtant in cornibus, ſuper inuicem portent: ita vt poſterior ſuper anteriorem ceruice caput collocet. Et quia neceſſe eſt, vnum eſſe, qui præcedens cæteros, ante ſe non habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur, vt laſſatus ſui capitis onere, & ei ſuccedat, cui ferebat caput, cum ipſe præiret. Ita inuicem onera ſua portantes, fretum tranſeunt, donec veniant ad terræ ſtabilitatem. Iſtam fortaſſe ceruorum naturam intenderat Salomon, cum ait: Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. *lib. 83. Quæſt. quæſt. 71.*

*Vide paulo ante Commiſeratio: & infra Miſericordia.*

# Conatus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CONATVS, incumbens in aliquod ſtudium vel animi vel corporis impetus. *lib. 1. in fin. ff. Quod quiſque iur. Iac. Spieg. Lexico iur. lit. C.*

Conari, hoc eſt, niti, & dare operam, vt aliquid fiat, leuius eſt, quam facere, Donato authore. Eſt tamen, vbi conatus inſtar facti habetur, atque punitur. Qua de re Felinus diſſerit ſingulari tractatu, à nemine non magnopere probato. *Idem ibid.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Quærendi defatigatio turpis eſt: cum id, quod quæritur, ſit pulcherrimum. *Cic. 2. de Finib.*

Non eſt conſentaneum, vllam honeſtam rem, actionemue, nē ſollicitus ſis, aut non ſuſcipere, aut ſuſceptam deponere. Quod ſi curam fugimus, virtus fugienda eſt: quæ neceſſe eſt, vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur atque oderit: vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. *Lælius.*

Sine ſtudio & ardore quodam amoris in vita nihil quidquam fit egregium. *1. de Orat.*

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc præcipuè colenda eſt nobis, hæc ſemper adhibenda; hæc nihil eſt quod

non

non aſſequatur : qua vna virtute omnes reliquæ virtutes continentur. 2. *Orat.*

Parum valet doctrina : niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia comprobetur. 3. *ad Herenn.*

Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe in vniuerſum profundat, & quod totum repentè volet : ſic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè leuioribus principiis natura ipſa prætexit. 2. *de Orat.*

Omnium rerum principia parua ſunt : ſed ſuis progreſſionibus vſu augentur. 5. *de Finib.*

Nihil in ſimplici genere omni ex parte perfectum atque beatum natura expoliuit : tanquam cæteris non ſit habitura quod largiatur, ſi vni omnia conceſſerit. 1. *de Iuuent.*

In omni diſciplina, infirma eſt artis præceptio, ſine ſumma aſſiduitate exercitationis. 3. *ad Heren.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Plutarchi.* Qui boue venatur leporem, & aratro iaculatur, & ſagena captat ceruos, ſi non aſſequitur, non poteſt accuſare fortunam, ſed ſuam ipſius ſtultitiam : Sic qui conantur, quod non queant efficere, non debent incuſare fortunam, ſed ſuam dementiam. *In Moralibus.*

*Lactantij.* Sicut in itiere celerando nihil prodeſt viam noſſe, niſi conatus ac vires ſuppeditent ambulandi : Ita ſcientia nihil prodeſt, ſi virtus propria deficiat. *Lib. 6. de vero cultu, c. 5.*

## ❡ ADAGIA.

Miſcebis ſacra prophanis.

*Qui nihil habent penſi, quippe nihil non audent; miſcent ſacra prophanis. Horatius.*

Aut terra, aut mari.

*Plautus in Pſeudolo, dixit, pro quacunque ratione.*

Commouere ſacra.

*Plautus ibidem dixit, pro eo, quod eſt extrema experiri præſidia.*

Mare cœlo miſcere.

*Prouerbialis hyperbole eſt, pro eo, quod eſt, omnia perturbare, nihilq; non facere. T. Liuius.*

Terra marique.

*Quoties extremum conatum ſtudiumq; ſignificamus.*

Fruſtratus conatus.

*Qui ſpe fruſtratus ſua non aſſequitur id quod ambiebat, in hunc non incongruè torquebitur illud Homer. Iliad. 8.*

Βαλέειν δ᾽ ἐ ὁ ἵετο θυμός,
Καὶ τοῦ μὲν ῥ᾽ ἀφάμαρθ᾽.
*Animus cupit hunc configere telo,*
*Verum illum fallente manu non attigit.*

Inanis conatus.

*Vbi ſentiemus fruſtra ſumi operam, neque quicquam promoueri diutinis laboribus, non ineptè quadrauerit illud ex eodem libro.*

Ἀπρήκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. id eſt :
*Pugnam infrugiferamq; & inutile ducere bellum.*

Pro mea virili.

*Quum pollicemur, nos operam noſtram præſtituros; Pro mea virili, dicimus.*

Remis veliſque.

*Inde translatum, quod cum nauis ſimul & remigio & velo impellitur, ſummus eſt nautarum conatus.*

Ancoras tollere.

*Pro eo quod eſt, moliri diſceſſum. Quod genus & illud :* Triaria nectere. Oras ſoluere.

Omni pede ſtandum. ὅλῳ ποδί.

*Pro eo quod eſt ſumma vi, ſummoq; niſu. Quintilianus ab agricolis profectum eſſe teſtatur.*

Omni conatu inuadere.

*Si quem ſignificabimus totis viribus in quempiam tendere oppugnandum, conueniet illud Homeri :*

Αἰνείας δ᾽ ἐπόρουσε σὺν ἀσπίδι δουρί τε μακρῷ. id eſt :
*Obuius Æneas clypeoq; inſurgit, & haſta.*

Toto pectore.

*Quum ſyncerum & abſolutum amorem ſignificamus, Toto pectore dicimus, & toto animo : prius etiam ad ſtudium diligentiamq; referri poteſt.*

Premenda occaſio.

*Qui ſignificabit modis omnibus inſtandum eſſe, nec mittendum è manibus ſemel oblatam occaſionem, accommodabit illud ex Od. δ.*

ὑμεῖς δ᾽ ἀστεμφέως ἐχέμεν, μᾶλλόν τε πιέζειν. id eſt :
*Vos premite, & vinclis magis arcte ſtringite captum.*

*Quod quidem detorquere licebit ad id, quum dicemus, impetus animi hoc magis ac magis eſſe coercendos rationis moderamine, quo magis efferueſcunt, & ad malum ſolicitant.*

Cum haſta, cum ſcuto. σὺν δορί, σὺν ἀσπίδι.

*Vbi quis omni conatu rem aggreditur.*

Cominus atque eminus. ἐγγύθεν καὶ πόῤῥωθεν. id eſt :

*Cominus atque eminus. Translatum a bello, in quo nunc conſerti pugnant gladijs, nunc machinis procul tela in hoſtem torquent.*

Omiſſis nugis rem experiamur.

*Qui conuitijs omiſſis iubebit ipſa re periculum fieri vter vincat aut vincatur : non intempeſtiuiter acccommodauerit illud :*

Βέλτερον αὖτ᾽ ἔριδι ξυνελαυνέμεν, ὄφρα τάχιστα
Εἴδομεν ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ.
*Sed præſtat pugnam committerere cominus ...*
*Vtri Iupiter eſſe velit laudemq; decuſq;*
*Perſpicuum fiat.*

Omni certaminis genere.

*Cum innuimus omni certaminis genere congreſſum ... quis dicat : In omni diſciplina diſputatum acriter, ... ex Odyſſ. θ.*

Πύξ τε παλαισμοσύνῃ τε καὶ ἅλμασιν ἠδὲ πόδεσσιν.
*Et pugnis pedibusq; & ſaltibus atque palæſtra.*

*Item : Vbi quis oſtendit ſe nullum detrectare certam... quoduis ingenij experimentum paratum eſſe.*

Surſum ac deorſum.

*Prouerbium accommodabitur vel ad omnia tentantem ... omnia confundentem : vel ad diligentiam omni ex parte ... circumſpicientis. Terentius in Eunuch.*

Rem nouam aggredior.

*Si quando ſignificabis, te rem arduam, ac nouam ... alijs adhuc intentatam, accommodabis illud ex Odyſſ. χ.*

Νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον, ὃν οὔπω τις βάλεν ἀνήρ,
Εἴσομαι αἴ κε τύχωμι.
*Nunc alium tentabo ſcopum quem ſi attingere p...*
*Quem nondum quiſquam tetigit.*

Summis vti velis. ἄκροις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις.

*In eos, qui maximo conatu adnituntur atque incum... qui omnem captant occaſionem.*

In magnis & voluiſſe ſat eſt.

*Eam Angelus Politianus non inſcitè vertit Græc. ...* γάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον. *Conuenit, vbi quis maiora ... tur, tametſi rei ſuſceptæ magnitudini non ſatisfacit, ... nomine laudem promeretur, quod rem pulcherrimam ...*
Den Willen für die Werck nemmen. *Item,* Kan... Berg/ſo bleib doch nit im Thal.

Sine ope diuina nihil valemus.

*Manca eſt omnis mortalium induſtria omniaq; ... nor aſpiret diuinus, ad id accommodare licebit Homer...*

Πάντες δὲ θεῶν χατέουσ᾽ ἄνθρωποι.
*Mortalis diuum auxilium deſiderat omnis.*

Omnibus neruis.

*Id eſt, ſumma vi ſummoq; ſtudio.*

Omnibus neruis.

*Quum innuemus in negotio quopiam omnes exprom... omnes neruos intendendos, conueniet illud Homeri :*

Καὶ τότ᾽ ἔπειθ᾽ ὑμῖν μελέτω κάρτος τε βίη τε.
*Dein vobis curæ ſunto vireſq; vigorq;.*
Adſimili ſpecie Pindarus dixit Olymp. 10.
Τίς δὴ ποταίνιον ἔλαχε στέφανον
Χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρματιν ἀγώνιον,
*Quis tandem aſſecutus deſiderabilem coronam ma... busq; & curribus?*

Omnem vocem emittere. πᾶσαν φωνὴν ἱέναι.

*Omnem vocem mittere dicebantur, qui nil omitteba... ſuaderent. Ciceroni adſcribitur.*

Omni telorum genere oppugnare.

*Pro eo, quod eſt modis omnibus inſectari. Cui finitim... ſim ac punctim.*

Manibus pedibuſque.

*Extremum conatum ſignificantes dicimus : Manibu...*
Mit Hånd vnd Füſſen.

Pro virili.

*Quum pollicebimur, nos operam noſtram præſtitur... virili, conueniet illud Veneris ad Iunonem.*

Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί.
*Si præſtare queam, & fieri res ipſa poteſſit :*

Idem verſus habetur Odyſſeæ ε. & Iliad. σ.

*Vſurpat veluti prouerbij vice Plutarchus, in libello de ... do adulatore ab amico.* Εἰ γὰρ εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν, ... εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν. Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελ... λακος δὲ ταύτην. αὔδα, ὅ, τι φρονέεις. *Id eſt :* Nam rectè ... lud à maioribus noſtris, amicum ſic promittere :
*Si præſtare queam, & fieri res ipſa poteſſit.*
Adulatorem verò ad hunc modum :
*Dicito, quicquid habes in pectore.*

*Vide Actio, Exercitatio, Studium, Labor.*

# Conceptio.

## ❡ DEFINITIO.

CONCEPTIO, Græcè σύλληψις, ιος, ἡ, & συλλαμ... pio dicitur. Eſt autem concipi, procedere à genera... ctum eſſe ab eo, & eſſe clauſum intra terminos ...

... Sent. dist. 8.1. Hebr. *Heron*, ab *harah*, concepit. ... viri, ſecundum Ariſtotelem completur in 40. diebus: ... in 30. mulieris verò, *in* 60. Verſus:

*Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine trini,*
*Bis ſeni carnem, ter ſeni membra figurant.*

... conceptio transfertur ad animum: vt, Tantum ſcelus animo ... non potui. Conceptus mentis; ἔννοιαι, verba concepta, ... verbis iuuare.

### ❡ SIMILITVDO.

... Chryſoſtomi. Omne animal conceptionis ſuæ ſeruat hono- ... tempus: homo autem ſolus contemnit. *In cap. 20. Matth.*

*Vide Homo, Natura, &c.*

---

## Concio.

### ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

... Græcè ... ; ἀγορεύω, concionor dicitur. Eſt autem concio, populi multitudo congregata ad audiendum aliquem pro communi vtilitate. Et tum ipſa oratio, tum locus concio appellatur. Diciturque à concio, quod modo ſigni... modo perturbo & commoueo, Idemque qui orat, ... dicitur. Concionis triplex eſt acceptio.

... vnde verba fiunt. Hebr. *Migdalebets*, βῆμα, ἀκροα... lib. 1. Vocato ad Concilium populo, ſummiſſis faſcibus ... concionem aſcendit.

... populi aſſiſtentis conuocata. Cicero in Læl. Con... imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet. Hebr. *Ka...*

... quæ ad populum habetur. Hebr. *Debarim*, verba. Gr. ... *Harangue, Sermon, Predication*. Concionator, *Koheleth*, ...

### ❡ BIBLICI LOCI.

... Concionatores mittuntur à Ioſaphat Rege per vniuerſam Iu... *Paral. 17. v. 7.* Concionatorum, Paſtorum, & Prophetarum ... *Sam. 12. v. 13. Eſai. 58. v. 1. & 61. v. 7. Ier. 1. v. 5. Ezech. 3. v. ... v. 17. Act. 3. 18.*

### ❡ SIMILITVDINES.

... Quemadmodum agricola vbertim ſeminat, ſic vbi ... repurgatum, & ab herbarum nocumentis liberum: ... concionator ſpirituale aruum videns, ſublatis ijs quæ impe... verbi Dei faciat. *hom. 1. in Geneſin.*

... corporali morbo laborant; quamuis ſexcenties medi... afferat, & valetudinarius medicinæ curam reſpuit, & ... imponens pharmacum, infirmus impatiens doloris illud ... inde vtilitate ſuſcepta: Ita nihil effecerit Eccleſiaſtes, ... auditores. *hom. 1. in Geneſin.*

... imponunt cataplaſmata magis efficacia, & dein... eaque leniunt: Sic & patres filios ſuos videntes in... moribus prius verberibus corripiunt, deinde admonent ...: Ita & concionator poſt increpationem conſolatur au... *6. in Geneſ.*

... falces acuunt, aream parant, boues nutriunt, &c. Sic ... artifices prius apparatum faciunt eorum, quę rei geren... requirit, vt facilè conficiant peragenda. Sic & concio- ...

... arguerit medicum, qui ſuum egit officium: Ita ... medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum im... posthac erit curam adhibere vt emendentur. *ho... Geneſ.*

... puerum ſuum quotidie, in ludum ire videns, & nihil ... multo tempore impatienter ferret: Ita & concio... ſpirituales habens filios in ſchola Dei, qua conue... profecerunt: Si autem magiſter pueri egiſſet, quod ſui ... autem pueri eſſet cauſa omnium: nonne omnem ... transferres? *ibid.*

... precioſos lapides & gemmas quærunt, in mari mole... ferentes, quo deſideratis potiantur: Multo magis ... animum intendere, vt qui in profundo latent, lapi... comprehendamus. *ibid.*

... modum ſi agricola craſſum & pinguem agrum inue... officij intermittit, ſulcos ſecat, aratrum ducit, ſentes ... ſeminat, ſpe paſcitur, quotidie agri fertilitatem ... ſementis geminæ ſegetem & meſſem expectat: Ita & ſi ... concionatores, vt cum viderint alacritatem auditorum in ... deſiderium vigere, ipſi quoque maiori ſtudio, & promptitudine, quantum vires ſuppetunt, in ædificationem auditorum, & gloriam Dei aliquid adferre debent. *hom. 30. in Geneſ.*

Ægrotum ferunt medici calcibus ferientem, inceſſentem contumeliis & conuiciis, nec offenduntur; quia nihil aliud quam ſalutem hominis ægroti quærentes, licet facientis indecora (quoniam ſæpè lacerant medicorum veſtes) nec ideo à cura deſiſtunt: Sic concionator licet mala perpetiatur ab auditoribus, &c. *ibid.*

Sicut medicus, infirmum videns ſuis mandatis non obtemperantem, ſed vacantem iis, quæ morbum faciunt incrudeſcere, ſæpenumero infirmum relinquit in ſua ægritudine: ita & nos. *hom. 31. Geneſ.*

Quemadmodum pictores modo hos, modo illos colores, abraſis prioribus imponunt, facturi formoſam imaginem: Sic & concionator, nunc de cœlo, gehenna, &c. *ibid.*

Sicut medici, qui non vno curationis modo vtuntur, ſed cum viderint primis remediis non eſſe depreſſum morbum, alia atq; alia rurſus excogitant: Ita multis medendi generibus vtatur animarum medicus. *hom. 31. in Geneſ.*

Sicut moris eſt medicorum, quamuis vident morbos eſſe grauiores, quam vt arte tolli poſſint, non omittunt tamen officium ſuum: ſed omnem ſuam artem proferunt, an forte poſſint ægrum vel longo tempore reparare, vt ſi tamen nil profecerint, maiorem habeant excuſationem; Itidem concionator nil prætermittit quod ſui officii eſt, &c. *hom. 40. in Geneſ.*

Sicut quum magna ſumptuoſaq; fercula apponuntur, conuiuarum ſatietas facit, vt aliquid ſplendori decedat appoſitorum, & magna nonnunquam nullius videantur momenti, eo quod conuiuæ abſq; edendi auiditate aduenerunt. *hom. 44. in Geneſ.*

Sicut homo vbicunq; fuerit cæteris animantibus præſtat: Ita doctorem decet ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue vbicunq; locorum fuerit, omnibus aliis hominibus excellere, adeo vt aſpectu, inceſſu, habitu, & aliis, cæteris præſtantior videatur. *hom. 37. in Geneſ.*

Sicut paterfamilias mittens meſſores, metit feſtucas de agro, & comportat eas in aream, vt illic trituret & ventilet, & diſcernat triticum à paleis: Sic & Dominus mittens Apoſtolos, cæteroſque doctores, quaſi meſſores præcidit omnes gentes de mundo, & in aream Eccleſiæ congregat. *In c. 3. Matth.*

Sicut qui retia iactat in aquam neſcit quos piſces comprehenſurus eſt, ſed quod Deus illi tranſmiſerit, illi intrant in retia: Sic & doctor quando diuini ſermonis retia ſuper populum iactat, neſcit qui ſunt acceſſuri ad Deum, ſed quoſcunque Deus excitauerit, illi adhærent doctrinæ. *In c. 4. Matth. hom. 7.*

Omnis artifex ſecundum profeſſionem ſuam opportunitatem operis videns gaudet. Carpentarius ſi viderit arborem bonam, concupiſcit præſcindere eam ad opus artificii ſui. Agricola ſi viderit terram pinguem, deſiderat eam arare. Et quid dico de rationalibus hominibus? ipſe irrationalis equus de ſtabulo exiliens, ſi viderit campos patentes, rapit frenum, & excitatur ad curſum: ſic & Dominus videns magnam congregationem populi; excitatus eſt ad docendum: Sic & omnis ſacerdos, ſi viderit Eccleſiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur vt doceat. *In Matth. hom. 9.*

Si medico opprobrium eſt, qui nec alterius habet ſanitatem in manu, nec ſuam: ſi velit alios curare, & ipſe debilis ſit quaſi teſtimonium imperitiæ ſuæ portat in corpore ſuo propriam paſſionem: Quomodo doctori ſit opprobrium, alios velle eruere à peccato, & ipſum in maioribus eſſe peccatis, dum poſſit amplius ſeipſum eruere à peccatis, quam alios? *In c. 7. Matth.*

Quemadmodum paterfamilias ſtudioſus ſcit in domo ſua, quid vnuſquiſque neceſſarium habet: Ita & ſacerdos ſingulorum mores & actus & conuerſationem debet diſcere; vt quale quibuſque medicamentum neceſſarium fuerit ſubminiſtret: cui conſolatio conſolationem: cui increpatio, increpationem. *In cap. 9. Matth. homil. 8.*

Teſtimonium ſtudioſi agricolæ eſt meſſis fœcunda: aſſidui autem doctoris documentum, eccleſia plena. *In 20. cap. Matth. homilia 36.*

Sicut ædificatores, nodoſos lapides, & habentes torturas, ferro dolant, poſtea verò ponunt eos in ædificio, alioqui non dolati lapides lapidibus non cohærent: Sic & Eccleſiæ doctores vitia hominum, quaſi nodos acutis increpationibus primum, circumcidere debent, & ſic in Eccleſiæ ædificatione collocare: alioquin vitiis manentibus Chriſtiani Chriſtianis concordare non poſſunt. *in Matth. hom. 40.*

Sicut gaudet medicus, quando eum ægrotantium multitudo proſequitur, ſicut lætatur rex, quando eum magni exercitus manus armata circumdat. Sic exultat ſacerdos, quando eum audientium populus magnus auſcultat. *hom. 31. in Matth.*

Sicut pulli gallinarum paſtum ſuum quærentes, per diuerſa vagantur, maternis vocibus congregantur ad ipſam, & iterum ſimpliciter paſcentes diſperguntur, & iterum maternis vocibus congregantur: Sic & populus Dei carnalem voluptatem, & mundialem concupiſcentiam ſequentes, per diuerſos vagantur errores, quos eccleſia mater per ſacerdotes modo increpationibus modo blandimentis, quaſi quibuſdam vocibus congregare & allectare feſtinat. *In Matth. 23. hom. 46.*

Quemad-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Quemadmodum gallina habens pullos, vocando illos non ceſſat, vt aſſidua voce vagoſitatem corrigat pullorum ſuorum. Sic & ſacerdotes in doctrina ceſſare non debent, vt ſtudio ſuo, & aſſiduitate doctrinarum ſuarum negligentiam populi errantis emendent. *In 23. Matth. Hom. 46.*

Sicut nauis tunc præcipuè gubernatorem neceſſarium habet, quando tempeſtatem patitur: quando autem proſperata eſt, ipſa ſe dirigit: & miles tunc præcipuè neceſſariam habet annonam de rege, quando bellum & periculum inſtat: quando autem pax vndecunque poſſunt ſe milites ſuſtentare: Sic Eccleſiæ præcipuè in tempore perſequutionis, doctrinam ſacerdotis neceſſariam habent, quaſi ſpirituales milites ſpiritualem annonam, quando autem ſecuritas eſt, vnicuique naturalis ſufficit intellectus. *In Matth. 24. Hom. 50.*

In charta vbi nihil ſcriptum eſt: facilimè ſcribitur: literis verò plena, non ſimiliter certe: neceſſe enim eſt priora delere: & medicus qui nihil offert, & qui ædificat illico ruitura, peior eo eſt qui nunquam ædificauit. Et terra facilius aratro proſcinditur, quæ nihil habet,, quàm quæ vepribus refertiſſima. Nequaquam igitur cuncta ſcire velimus, ſed patimur etiam nonnulla ignorare, vt ſi iurgium inueniremus, duplicem ei laborem non præbeamus, imò verò ne vt multi ſemper ægrotemus, qui falſis opinionibus occupati, emendari ac corrigi nunquam potuerunt. Non autem æqualis labor eſt ſeminare, poſteaquam radicitus priora euulſeris, & in agro nudo ſerere. Illi enim euertere multa prius neceſſe eſt, & tunc illa inculcare; ſic verò præparatum rus præbet aditus. *Homilia 75. in Matth.*

*Theodoreti epiſcopi.* Si corporibus mederi ſcires, multi autem circumſiſtentes rogarent vt medereris, & diuerſas affectiones oſtenderent, vt verbi gratia, oculorum ſuffuſiones: & aurium vlcera, & dolorem dentium: & hi quidem neruorum extenſionem, illi reſolutionem ac paralyſim: & hic quidem bilis inundationem & repletionem, illi verò, pituitæ: dic mihi quid faceres, vnumne omnibus medicamentum componeres, an vnicuique morbo id quod conuenit? ER. Id ſcilicet quod vnicuique morbo conuenit, & ad morbum propulſandum eſt appoſitum. OR. Ergo calidas quidem affectiones refrigerans, frigidas autem calefaciens, & intenſa quidem remittens, reſoluta autem corroborantibus medicamentis confirmans, & humida quidem exſiccans, ſicca verò humectans, morbo quidem expelleres, ab iis verò remiſſam ſanitatē reduceres. ER. Ita curare præcipit lex artis medicæ, Contraria enim, inquiunt, contrariis curantur. OR. Sin autem plantandi arbores artem teneres: iiſdem ne arboribus eandem exculturam adhiberes: an malo quidem vnico eam, quæ ei conuenit: & ficus, quæ eſt ei accommodata: & piro & malo ſimiliter, & viti, quæ eſt ei appoſita & congrua, & eam vt ſemel dicam, arbori quæ conuenit? ER. Clarum eſt, quod vnaquæque arbor, propria cultura opus habet. OR. Sin autem fabricandarum nauium artem exerceres, videres autem mali receptaculum tui artificii opera indigere: eamne quæ clauo conuenit, curationem adhiberes, an eam quæ mali receptaculo? ER. Hæc quidem ſunt extra omnem controuerſiam. Vnumquodque enim propriam curam & ſtudium requirit, & arbor & pars corporis, & inſtrumenta & partes nauis. OR. Quomodo ergo non eſt miſerum, corporibus quidem & rebus inanimatis conuenientes curationes adhibere: in animis autem hanc medendi regulam non ſeruare? *Dial. 2. fol. 81.*

*Olympiodori*, Sicut ſtimuli boues pungunt, vrgentq; aratro ſulcum proſcindere: ita & Theologorum verba excitant nos, qui ſpe bona aramus, proſcindere ſulcum ſpiritualem, vt cum purgatus fuerit ager cordis noſtri, pulchros in eo virtutis ſurculos conſeramus. Similia quoque ſunt clauis ignitis atque candentibus, qui altius ac facilius lignis infiguntur: Ita & ſapientium verba Theologorum, in penitiſſimos ſinus intellectus noſti altius figuntur. *In commentarijs in Eccleſ. c. 12.*

*Gregorij Nyſſeni pontificis*, Quemadmodum hi pueros è parentum manibus ſuſceptos adhuc infantes & balbutientes, non protinus abditis diſciplinarum præceptionibus onerant, ſed primo literarum formas inſculpunt in ceris, earumque nomina declarant, & ipſorum manus per impreſſos illos literarum ductus agunt, & exercent, mox eos ad ſyllabarum cognitionem prouehunt, atque ita deinceps ad verborum expreſſionem perducunt: Sic etiam Eccleſiæ duces initio documenta quædam, quæ ſint inſtar elementorum, auditoribus proponunt: deinceps gradatim ea quæ perfectiora, magiſque recondita ſunt, patefaciunt. *In Orat. de pauperibus amandis, & benignitate complectendis. fol. 31.*

*Olympiodori*, Similia ſunt clauis ignitis atque candentibus qui altius ac facilius lignis infiguntur: Ita & ſapientium verba Theologorum in penitiſſimos ſinus intellectus noſtri altius figuntur. *In Eccleſiaſt. c. 12. fol. 148.*

*Clementis*, Videntur mihi ij qui loquunrur verbum veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radiis ſolis: qui vt pro ceſſerint, & apparuerint mundo, celari vltra aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab hominibus, quam videre omnibus, præſtant. *Libr. 8. Recognit.*

*Iuſti epiſcopi.* Dentes prædicatores dicit, qui ita
ſalubriter communiendo, in corpus Chriſti traijc
rum gregibus comparantur: quia expoſito ve
uitate ſpiritus proceſſerunt. Aſcenderunt quoque
accepta per baptiſmata remiſſione peccatorum
Chriſto. *In Cantica Canticorum.*

*Nazianzeni.* Magnum quid eſt docere, verum
caret cur te ipſum facis paſtorem, quum ſis ouis
contendis, quum pes exiſtas? cur exercitum du
inter milites adhuc cenſearis? cur magnum, ſed
lucrum maris ſectaris, quum ſine periculo terram
ne ſi vires ſecundum Chriſtum, ſenſuſque habeas
que lumen ſplendeat cognitionis: loquere ſapien
tur inter perfectos, nec non abſconditam in myſter
tempus ceperis, & tibi concredita fuerit. Quid e
habes, quod tibi datum non ſit? aut quod ne
Si verò adhuc paruulus es, & humi reptans intel
vt cum ſublimioribus progrediaris, fias Corinth
cibum quæris ſolidiorem, quem membra non
trimentum faciunt per imbecillitatem? loqu
melius habes quam quod taceatur: ſi quidem
nare opus eſſe laudabile noſti: vbi verò ſilentium
mone, ibi quietem dilige: decet enim quædam
nonnulla laudare, alia verò amarulenter reijcere.
*modeſtia in diſputationibus.*

Quemadmodum in ſubmerſione aquarum, q
profundo celantur: quædam verò impulſa ebu
eiectionem promittunt, differunt tamen: quæd
tur: Ita ij, qui de Deo philoſophantur, ne dica
ingrati. Hi enim omnino occultam & latentem
tem. Alij enim parturiunt, qui quidem quod
quod autem pium eſt, nequaquam liberè prof
domeſtica quadam diſpenſatione vtantur in ſerm
ob timiditatem illac fugiant: & mente quidem
iunt, populum autem nequaquam ſanant, tanqu
liorum adminiſtrent præſidentiam, quidam aute
ſaurum, dum nequaquam dolorem in pietatis
vt ſoli ſeruentur ſalutem putant, ſi non & alii
impertiantur. *In Orat. poſt reditum ſuum ex a*

*Theophilacti.* Quemadmodum qui ductare
optimum militem antea egerit, neceſſe eſt: Sic
portet his eſſe virtutibus præditum, quas poſt
lis exacturus, inde namque ediſcimus, etſi doc
mur, quemadmodum inſtruere alios debeamus.
*pit. 1.*

*Origenis.* Sicut pontifices cum offerebant,
prouidendum, ne macula ineſſet hoſtiæ, ne vit
vt poſſet accepta Deo eſſe & grata: Ita & qui E
cat, & verbum Dei annunciat, curare omninò de
dicando macula, ne quod in docendo vitium,
culpa naſcatur: ſed (vt ita dixerim) ſi fieri poſ
mò immolet, ſe primum vitiis iuguler, & ſua
bra mortificet: vt non ſolum doctrina, ſed & vita
pulorum ſalutem oblationem ſuam acceptam fa
*ſtola ad Rom.*

*D. Hieronymi.* Sicut acetum dentibus, & fum
culis: Ita Sacerdos in Eccleſia prauus peracre
lium ſenſus obtundere facit: atque erroris ig
dis eorum ab intuitu fidei ſeu intellectu recti
velut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfid
moleſtiam generat, & lachrymas: Sic malè viue
ſe fidem ſuam ex operibus oſtendere iuſſerunt,
eſt. Oculi quippe & dentes, prædicatores ſunt
& recta itinera præuidere, & alimenta ſpiritu
Porrò acetum quod à vino degenerat, & fumus
dens euaneſcit, eos qui ab Eccleſiaſtica ſuauitate
perbiam vel ſocordiam recedentes hanc etiam
figuratè denuntiant, de quibus dicit Iohannes:
ſed non erant ex nobis. *libro ſecundo Commen*
*cap. 11.*

*Auguſtini.* Sicut malignus ſuaſor peccan
ſerit, meritò pœnam deceptoris incurrit: Ita
dicator, etiam ſi ab hominibus reſpuatur,
officii mercede fraudetur. Res enim certa ſit
tum dico non præmium facientis, ſed animum
tum eſt nobis, vtrum aſſenſurus ſit cui prædi
tum eſt talibus etiam veritatem prædicari o
eſt, fideliter eam prædicantibus retributionem
piatur, ſiue ſpernatur, ſiue etiam propterea qu
aduerſa patiantur. Dominus non ſuos certos
eſſent eorum pacem ſuſcepturi, quibus eam p

…, vt eam ſine cunctatione prædicarent. *Contra Creſco-*…

…triticum, & ſpinas metunt, qui bona præcipiunt, & … Non ergo qui eos audiebant & faciebant quæ ab …antur, de ſpinis legebant vuas: ſed per ſpinas de vite le-… vuas: tanquam ſi manum aliquis per ſepem mittat, vt … de vite quæ ſepi fuerit inuoluta, vuam legat, non ſpina-… fructus iſte, ſed vitis. *Libro ſecundo, De ſermon. Domini* …

… O vere ſal terræ, quo præcordia noſtra ne poſſint ſeculi … errore, condiuntur. O lucerna digne ſupra candelabrum … poſita, quæ late Catholicis orbibus de ſeptiformi ligno pa-… lætitiæ lucem effundens, denſam licet hæreticorum cali-… diſcutis, & lumen veritatis à confuſione tenebrarum ſplen-… ſermonis enubilas. Os tuum, fiſtulam aquæ viuæ, & … æterni merito dixerim: quia fons viuæ aquæ ſalientis … æternam, Chriſtus effectus eſt, cuius deſiderio ſitiuit in te … & vbertate tui flumini inebriari terra mea concupiuit. … epiſt. 31.

… Gallo ſimilis eſt prædicator, qui inter tenebras vitæ pre-… venturam lucem prædicando quaſi cantando nuncia-… enim. Nox præceſſit, &c. Intelligentiam gallus accepit, vt … temporis horas diſcutiat, & tunc demum voces exci-…: quia ſanctus prædicator in auditoribus ſuis prius … vitæ conſiderat, & tunc demum ad audiendum con-… vocem prædicationis format. Quaſi enim noctis horas di-… eſt, peccatorum merita diiudicare. Quaſi noctis horas di-… actionum tenebras, aperta increpationis voce corrige-… intelligentia datur, quia doctori veritatis, virtus diſcretio-… quibus, quid, quando, quomodo inferat, diuinitus … non enim vna eademque omnibus exhortatio conue-… enim quæ aliis officiunt, aliis proſunt. Plerumque her-… animalia reficiunt, alia occidunt: & leuis ſibilus e-…, catulos inſtigat. Et medicina quæ huic morbum im-… vires iungit. Et panis, qui vitam fortium roborat, par-… Pro qualitate igitur audientium, formari debet …orum. *Moralium lib. 38. c. 5.*

… intentæ mentes auditorum, niſi quaſi quædam in … ſtratæ chordarum? quas tangendi artifex, vt non … diſſimile canticum faciant, pulſat, & idcirco chordæ … modulationem reddunt, quia vno quidem plectro, ſed … impulſu feriuntur. Vnde & doctor quiſque vt in vna cun-… charitatis ædificet, ex vna doctrina, non vna eadem-… tangere corda audientium debet. *Moralium lib.* …

… edere cantus parat, prius alas ſolerter excutit: & … feriens vigilantiorem reddit: Ita prædicatores cum … prædicationis mouent, prius ſe in ſanctis actionibus ex-… in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce: ſed … ſublimia facta excutiunt, & tunc ad bene agendum … reddunt. Prius ſua punire fletibus curant, & tunc … ſunt punienda, denunciant. Prius alis inſonant, … emittant: quando ante quam verba exhortationis … omne quod locuturi ſunt, operibus clamant. *Moral. lib.* …

… mihi cotis officium, quæ ferrum reddit acutum, quum … ad ſecandum. Pulchrum depinxi hominem, pictor fœtus: … perfectionis littus dirigo, qui adhuc in delictorum flu-… *In Paſtoral.*

---

# Concordia.

## ¶ DEFINITIO.

…CORDIA, Græce ὁμόνοια, ας, ἡ, & ὁμοφωνέω, concordo dici-… ad alterum, inquantum ſcilicet diuerſorum cordium … ſimul in vnum conſenſum conueniunt, vnde concordia … appetituum diuerſorum appetentium: Pax vero eſt vnio … vnius appetentis. *ex B. Thom. ſecunda Secundæ, quæ. 29.* … concordo verbum, quod eſt conuenio: & concors, eius-…, id eſt, mentis, & animi. Et diſcors, qui corde & animo … Concordia. Hebraic. *Schalom*, id eſt, pax: & *Ratſon*, beneuo-… Accord. quaſi d. idem cor.

## ¶ Loci Biblici.

…cordia fratrum commendatur. *Pſalm.* 133. 1. *Prouerb.* 18. 19. … *Matth.* 5. 9. *Rom.* 12. 16. & 15. 6. 1. *Cor.* 1. & 10. 2. *Cor.* 13. 11. *Eph.* … 4. 3. *Phil.* 1. 27. & 2. 2. & 4. 2. 2. *Theſſ.* 3. 16. *Tit.* 3. 2. *Hebr.* 10. 24. & 12. … 3. 8.

## ¶ Patrvm Sententiae.

… Nazianzeni. Ordo in Eccleſia ita ſtatuit, vt alii ſint oues, alii vero paſtores: ita vt hi imperent, illi vero obediant, ſitque homo tanquam caput, illud pedes, illud manus, hoc oculi, illud vero aliud corporis membrum, quo omnia recte inter ſe conueniant, commodumque tam ad præfectos quam ad ſubditos redundet, quemadmodum in corporibus membra nequaquam à ſe diſſident, ſed cuncta corpus vnum ex diuerſis ſunt compoſita, nec idem omnium eſt officium ac vſus, ad mutuam neceſſitatis beneuolentiam: neq; oculus graditur, ſed ducit: quemadmodum nec pes cernit, ſed vadit: nec lingua excipit voces, id enim ad auditum pertinet: ſicut nec auditus loquitur, nam linguæ id eſt officium: naſus vero odoris eſt inſtrumentum: at guttur cibum guſtat, inquit Iob: manus autem dandi & accipiendi eſt inſtrumentum: mens vero cunctis omnibus dux eſt, penes quam & ſentire, ac in quam eſt ſenſus: Ita & apud nos, qui commune corpus Chriſti ſumus: omnes enim corpus vnum in Chriſto, ac per vnum Chriſtum inter nos membra ſumus, hoc enim imperat ac præſidet; iſtud vero obedit & dirigitur; nec amborum idem eſt officium, quemadmodum nequaquam eorundem eſt imperare & ſubeſſe; ſed ambo vnum fiunt in vnum Chriſtum, ab eodem compoſita & conglutinata ſpiritu, licet imperantes à ſubditis, turſus tanquam medium, & doctrina, & exercitatione, & æſtate diſtent. *In Orat. de modeſt. in diſput.*

*D. Auguſtini.* Cum Scipio in ſecundi libri fine dixiſſet, vt in fidibus ac tibiis, atque cantu ipſo, ac voce concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantem, aures eruditæ ferre non poſſunt, iſque concentus ex diſſimillimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur & congruens: Sic ex ſummis & mediis, & infimis interiectis ordinibus, vt ſonis moderatam ratione ciuitatem conſenſu diſſimillimorum concinere, & quæ harmonia à muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in ciuitate concordiam, arctiſſimum atque optimum in Republica vinculum incolumitatis, eamque ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poſſe. *Lib. 1. de ciuit. Dei, c. 21.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Silius 9.

*Velle ac nolle ambobus idem, ſociatq; læto*
*Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus.*

Calpur. Ecl. 2.

*Eſte pares, & ob hoc concordes viuite, nam vos*
*Et decor, & cantus, & amor ſociauit, & ætas.*

Claud. Epit. Palladii ac Seren.

*Viuite concordes, & noſtrum diſcite munus.*

Ouid. 8. Metam.

*Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon*
*Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa*
*Conſenuere caſa, paupertatemq; ferendo*
*Effecere leuem: nec iniqua mente ferendam.*
*Nec refert dominos illic, famulosve requiras,*
*Tota domus duo ſunt, iidemq; parentq; iubentq;.*

## ¶ Apophthegmata.

*Antiſthenes*, Fratrum interſe concordiam dixit quouis muro firmius munimentum. Id dictum & ad ciuium concordiam accommodari poteſt. *Laert. l. 6. c. 1.*

*Muſonius* dicebat, nullas nuptias ſine concordia eſſe honeſtas: nec vllam ſocietatem vtilem. Improbos vero inter ſe concordiam alere non poſſe, Sicut lignum rectum cum curuo, aut duo ligna curua inter ſe conuenire nequeunt. *Stob. ſer. 78.*

*Leo Byzantius.* Leo Byzantinus Sophiſta venit Athenas, populo diſſidiis tumultuanti concordiam ſuaſurus: vbi prodiſſet in ſuggeſtum, corpore admodum puſillo, omnium riſus obortus eſt. Ille fortuitam occaſionem vertens in prooemium: Quid, inquit, ô viri Athenienſes, ſi conſpiceretis vxorem meam? quæ tam puſilla eſt vt vix pertingat ad genua mea. Ad hanc vocem quum maior etiam populi riſus ſublatus eſſet, ſubiecit, At nos tam puſillos ſi quando diſſidemus, vix ciuitas Byzantinum capere poteſt. Ita ferme Plutarchus in præceptis politicis. Sed eandem fabulam multo aliter narrat Philoſtratus in Sophiſtis. Nempe quum prodiſſet ad populum, dicturus de concordia, ipſa ſtatim ſpecie riſum mouit populo, quod obeſus eſſet ac ventre prægrandi. At ille nihil turbatus riſu multitudinis. Quid, inquit, ridetis, viri Athenienſes? Vxor mihi eſt me multo obeſior, & tamen concordes vnus capit lectulus, diſcordes ne tota quidem domus. *Quod refert Philoſtratus, & probabilius eſt & feſtiuius.*

*Iſæus Sophiſta.* Lacedæmonii cum periclitarentur, ac de ciuitate mœnibus cingenda conſultarent, Homericum carmen recitauit Iſæus ſophiſta.

*Scutus haſit ſcuto, galeæ galea atq; viro vir.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Etadiecit, Sic mihi ſtate Lacedæmonii, & muris cincti ſumus. *Philoſtrat. in Sophiſtis.*

*Archidamus*, à duobus inter ſe diſſidentibus delectus arbiter ambos duxit in lucum Mineruæ, cognomento Chalciœcæ ſacrum, ibi exigit ab illis iuſiurandum, vt ſtarent arbitri iudicio, id vbi iuraſſent: Pronuncio, inquit, ne prius hunc locum exeatis, quam quod inter vos eſt diſſidii ponatur, & inuicem reconciliemini. Reperit vir ingenioſus, quo facto fieret, vt nec ambos offenderet recuſato arbitrio: nec alterum è duobus alienaret, ſi pro altero contra alterum tuliſſet ſententiam. Apud Lacedæmonios autem nefas erat fallere, quicquid Mineruæ templo promiſſum eſſet. *Plut. in Lacon.*

*Ageſilaus*, à quodam percontatus quam ob cauſam Sparta mœnibus non cingeretur? oſtendit ciues armatos & vnanimes: Hi, inquiens, ſunt Spartæ ciuitatis mœnia: ſignificans Republ. nullo munimento tutiores eſſe quam virtute ciuium conſentientium. *Plut. in apoph. Lacon. Eraſ. lib. 1. apoph.*

*Idem*, ſimiliter cum alius quidam interrogaſſet hoc ipſum: Ciuitatem non ſaxis lignisve, ſed pro vallis & mœnibus, incolentium virtute muniri oportere, ait: quos ſi iungit concordia, nullus poteſt eſſe murus inexpugnabilior. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Callicratidas*, Quum ad Cyrum regem mitteretur, vt pecunias belli exigeret, & ter à rege bibulo non admitteretur, diſceſſit, iurauitque, apud comites, vt primum Spartam rediiſſet, nihil non facturum, vt Græcos inter ſe conciliaret, quo barbaris fierent magis formidabiles, deſinerentque illius regis viribus inter ſe pugnantes egere. Singularis profecto fuit prudentiæ vir, quod perſpexit, Græcos non alia magis ratione poſſe reddi barbaris formidabiles, quam ſi depoſitis inteſtinis ſimultatibus, mutuam inter ſe concordiam ſancirent. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Ageſipolis Pauſaniæ F.* quum Athenienſes querimoniarum, quas cum ipſo mutuas habebant, arbitram delegiſſent Megarenſium ciuitatem, quæ controuerſiam inter eos componeret: Turpe, inquit, ſi Megarenſes melius norunt quid iuſtum ſit, quam hi qui ſe Græcorū duces ac rectores præſtitiſſent. Megarenſes apud Græcos male audiebant, de quibus iactatum eſt: quod neque primi eſſent, neq; ſecundi, neque tertii, neque quarti, neque vllo in numero: cum Athenienſes pleræque Græciæ imperarent. Ab ipſis igitur quibus cum litem habebat, rex nolebat finiri diſſidium: ſimul declarans, & quam ſuæ fideret cauſæ, & quam aduerſariis non diffideret: malens clariſſimæ ciuitatis iudicio vinci, quam Megarenſium arbitrio vincere. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Lycurgus*, quum agros inter ciues diuiſiſſet, & poſt longum tempus ex peregrinatione veniens, in agris Lacedæmoniorum forte manipulorum aceruos in meſſe conſpexiſſet ordine poſitos: ridens ad eos qui aderant, dixiſſe fertur: vt tota Lacedæmon videtur multorum eſſe fratrum, qui nuper inter ſe diuiſerunt hæreditatem. Bono principi nil iucundius erat quam ſuorum ciuium concordia. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Idem*, ad ciues ſuos qui ſcripſerant, quo pacto hoſtium impetum repellere poſſent: Si pauperes, ait, manſeritis & contentiones mutuas depoſueritis. Complexus eſt autem vnico quaſi verbo, vir ſapientiſſimus, quid ciuitatibus exitium potiſſimum pariat: immodicæ videlicet diuitiæ, ac omnis concordiæ neglectus. *Bruſ. lib. 2. cap. 4.*

*Demetrius*, cum aliquando à venatione rediret ad patrem legationem iam audientem, ſuccinctus vt erat telis, acceſſit, eumque oſculatus conſedit: Hæc, inquiens, concordia regni noſtri tutiſſimum erit præſidium. Diſcedentibus itaque legatis, Renuntiate inquit Antigonus, ô viri, talem amorem, animiq; pietatem, qualem vidiſtis. *Bruſ. lib. 2. c. ex Plut.*

*Scilurus* octoginta liberos maſculos habens, cum eſſet moriturus, faſciculum iaculorum ſingulis porrexit, iuſſitque rumpere. Id cum ſinguli recuſaſſent, eo quod videretur impoſſibile, ipſe ſingula iacula exemit, atque facile confregit omnia, filios admonens his verbis: Si concordes eritis, validi inuictique manebitis: contra ſi diſſidiis & ſeditione diſtrahemini, imbecilles eritis: & expugnatu faciles. Non potuit Scytha magis ſcythice rem ob oculos ponere. *Plut. in apoph. Stob ſerm. 82.*

*Themiſtocles*: cum Xerxes expugnatis Thermopylis crudeliter tractaſſet Aſtum, & hac fama perterriti claſſiarii cogitarent de repetenda domo, idque plerique ſuaderent: ſolus Themiſtocles obſtitit, dicens eos vniuerſos hoſtibus fore pares, diſperſos vero perituros. *Æmilius Probus.*

*Anonymus*, Chii aliquando cum grauiſſimo ſeditionis morbo laborantes, tumultum inter ſe excitarent: quidam inter illos homo natura ciuilis & pacis amans, ad eos qui omnes amicorum ſuorum aduerſarios ex vrbe volebant eiicere: Nequaquam, inquit, ſed cum victoriam obtinuerimus, relinquamus aliquos, ne procedente tempore non habentes aduerſarios, nobis ipſis bellum inferimus. Atque hoc dicto perſuaſit, vnitatem & concordiam in Republica retinendam eſſe. *Aelianus libr. 14. de varia hiſt. Plut.*

*Tyreſius*. Scipio Africanus quum Numantinos ſæpe victores iam fregiſſet, obſeſſosq; tandem expugnaſſet: Tyreſium principem Celticum rogauit, qua de cauſa Numantia aut prius in[...] uerſa fuiſſet: reſpondit Tyreſius, Concordia victo[...] exitium præbuit. *Bruſ. lib. 2. c. 4.*

*Mycipſa* rex iam iam moriturus, filios ſuos patern[...] ctu, vt concordes ſint, aureis ſemper literis ſcribend[...] addens: Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia [...] dilabuntur. *Saluſt. de bello Iugurthino.*

*Seuerus Imp.* in grauiſſimum morbum incide[...] vitæ ſuæ finem inſtare animaduertit, ad ſe vocat [...] tonium & Getam filios, à quibus quid vellet percu[...] inquit, vt conueniat inter vos, locupletate milites, [...] contemnite. Sciebat enim, filios regni cupidiſſimo[...] de ſucceſſione diſceptaturos: & niſi militum anim[...] cterent, penitus interituros eſſe. *Dion. Nicaus, & [...] Seueri.*

*Iouinianus Imp.* cum ſolicitaretur vt reſponſum [...] nianis ſupplicantibus; Odi, reſpondit, omne conte[...] concordiam autem vnice amplector & amo. *Niceph. [...] c. 40. Eccl. hiſt.*

*Melanthus.* quum Gorgias ſophiſta recitaret in O[...] dis apud Græcos orationem de concordia, Melanth[...] de concordia totius Græciæ diſſerit, qui ſibi, vxori, [...] bus duntaxat, vt concorditer viuant nondum perſu[...] *apoph.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Dionis.* Quemadmodum & res habet in corpor[...] vtilis eſt magnitudo, carniumque copia, ægroto a[...] cto, periculoſiſſimus eſt talis habitus, & acutiſſim[...] ducit. Similiter autem & nauis: quæ ſi cum concord[...] & nautarum nauiget, & ipſa ſaluatur, ſaluatq; par[...] minus, quanto plura fuerint vela, tanto vehementio[...] tem, perturbationemq; maiorem accedere neceſſe [...] iam fit circa currum: ſi quidem auriga recte impera[...] conſentiant dictoque ſint audientes: ſpes eſt, in c[...] currum victorem euadere: in bello autem ſaluari. [...] ſeditione, turbationeque, tanto maius periculum [...] ſunt fortiores atq; velociores. Simili fere modo & c[...] omnia talia ſunt, abundantia pecuniarum, atque ho[...] tudo, & honores, & gloria, & potentia: ſin non conco[...] grauia. Vt ſi eodem loci verſentur multæ feræ: a[...] cluſa ſepto, atque ſe mutuo cornibus inuadant: & c[...] tentque. *Orat. 39. De con. cum Apamen. fol. 229.*

*Plutarchi.* Vt in corpore ex humidi, frigidi, calid[...] tura, optima fit conſtitutio: Sic ex fratrum concord[...] genus. *In Moral.*

Vt ſingula haſtilia facile frangas, coniuncta non p[...] dentes facile ſuperantur, concordes haud facile. *In M[...]*

Duabus vocibus ſimul conſonantibus, gratior [...] quicquid fit in familia, fit quidem vtriusque co[...] arbitrio mariti. *In Mor.*

*Senecæ.* Vt omnia inter ſe membra conſentiunt, q[...] uari totius intereſt: Ita homines ſingulis parcent, [...] geniti ſumus. *Lib. 2. De ira, c. 51.*

*Plinij.* Tyrrhenus lapis quamuis grandis innat[...] ſidit: Ita concordia ſuſtinemur, diſcordia peſſum i[...] *& Ariſt. de natur. c. 12.*

Vt lapis è Scyro fluctuat integer, ſidit commin[...] cordia peſſum eunt, concordia ſuſtinentur. *Lib. 36. c. [...]*

*Roterodami.* Salamandra non niſi magnis imbr[...] renitate deficit: Ita quidam non apparent, niſi [...] aut ſeditione turbato: iidem rebus pace compoſi[...] *ſimilib.*

## ¶ ADAGIA.

Concordia fulciuntur opes, etiam exiguæ.

*Sententia eſt prouerbialis in lib. Iliad. ν. huiusmodi:*

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγ[...]
*Coniuncti pollent etiam vehementer inertes.*

*Hoc conueniet vti, ſi quando ſignificabimus m[...] dam amicitiam, aut ſimultatem multorum, etia[...] quin imbecilles, & quorum ſingulos quiuis facile [...]* helligkeit macht gedeyen. Klein Reichthumb [...] mans zuſammen helt.

Concordia.

*In abſolutam concordiam, omniumq; rerum co[...] niet illud ex Homere Odiſſ. γ.*

Οὔτε πότ' ἐν ἀγορῇ δίχ' ἐβάζομεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
Ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχοντε, νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ,
Φραζόμεθ' Ἀργείοισιν ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο.
*Haud vnquam neq; concio nos, neq; curia di[...]*
*Audiuit pugnare, animo ſed ſemper eodem*
*Et ſentire eadem atq; eadem decernere ſ[...]*

Concinere. τὴν ξυναυλίαν κλάειν.

*eſt: ijsdem de rebus ſimiliter queri. Apud Ariſtoph. in Equis.*
Donec concinere. Δωριστὶ ἁρμόζεσθαι.
*Qui diſſentiunt, dicuntur non concinere harmonia Dorica.*
Pariter remum ducere.
*Qui ſimul emigant, certis numeris impellunt remos, vt inter ſe ſentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Ariſtoph. in auibus dixit, ſubaudi pro aſſentior, & eodem nitor quo tu.*
Velut in cratere. ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ.
*Quo ſignificabimus res antea turbulentas componi, ſedariq́ue, & inter ſe inimicos in gratiam redigi.*
In idem conſpirare. εἰς ταυτὸν ξυμφῦσαι.
*Id eſt: in vnum conſpirare, ſeu coaleſcere.* Plato de Legib. l. 4.
Tradunt operas mutuas.
*De adoleſcentibus, qui ſe vicißim in peccatis defenderent.* Sie ... oder bieten einander die Händt.
Vt in labro olearii.
*Prouerbialis ſimilitudo de ijs, qui conſpirarunt, remq́ue gerunt ex ... opoſito.*

## ¶ Exempla Biblica.

Concordiæ exempla: Abraham & Loth, *Geneſ.* 13. *verſicul.* 8. ... *Actor.* 1. *verſicul.* 14. Fideles, *Actor.* 2. *verſicul.* 44. 40. & *verſ.* 32.

## ¶ Hieroglyphica.

Romani veteres per *Lyræ* hieroglyphicum concordiam figurarunt. *Pier. Val. 47. p.* 457.

Rei familiaris concordiam in conſortibus, per *duas perdices* innuentes exprimere plerique voluerunt: propterea quod *Perdices* ... dum remiſſo ardore illo, quo ſupra modum in libidinem effeminantur, vnanimi concordia mas & fœmina rem familiarem curent: ... in quorum faciant receptacula, in quorum altero mas, in ... fœmina incubet, oua inter ſe partiti, excludatque ſua, atque ... *Pier. Val. l. 24. p. 227. B.*

*Mercurij caduceus* angues illo circumuolutos habens: quos ipſe, ... certarent, pugnantes cum inueniſſet, diremit: Ita vt ambo ... eius adhæreant, concordiæ ſymbolum eſt, vt in antiquis ... nummis apparet. *Eruditus quidam lib. 1. Hierog. pag.* 521.

## ¶ Emblemata.

Andreæ Alciati.

Emblema XXXIX.

*In bellum ciuile duces cum Roma pararet,*
*Viribus & caderet Martia terra ſuis:*
*Mos fuit in partes turmis coeuntibus eadem;*
*Coniunctas dextras mutua dona dare.*
*Fœderis hæc ſpecies: id habet concordia ſignum.*
*Vt quos iungit, amor iungat & ipſa manus.*

Concordiæ ſymbolum.

Emblema XXXVIII.

*Cornicum mira inter ſe concordia vitæ eſt.*
*Mutua ſtatq́ue illis intemerata fides.*
*Hinc volucres hæc ſceptra gerunt, quod ſcilicet omnes*
*Conſenſu populi ſtantq́ue caduntq́ue duces:*
*Quem ſi de medio tollas, diſcordia præceps*
*Aduolat, & ſecum regia fata trahit.*

Concordia inſuperabilis.

Emblema XL.

*Tergeminos interfuerat concordia fratres,*
*Tanta ſimul pietas mutua: & vnus amor:*
*Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent*
*Regna, vno dicti nomine Geryonis.*

## ¶ Apologvs sev Fabvla.

Boues & Leo.

... bantur vna tres boues opimi in maxima concordia, itaque ... ab omni incurſione ferarum tuti erant, ac nec leones quidem ... illos audebant. Tandem diſſidio inter illos nato & ſoluta ... finguli validioribus beſtiis direptioni & prædæ fuere. ... docet, tantum ineſſe mali in diſſenſione, quantum boni ... cordia reperiatur. *Ioach. Cam. lib. fab. pag.* 163.

*Vide. Amicitia, fœdus.*

# Concupiſcentia.

## ¶ Definitio: et Etymolog.

Concvpiscentia, Græce, ἐπιθυμία, ας, ἡ, ἐπιθυμέω, concupiſco. Hebr. *Taauah*, à *Taab*, deſiderauit, expetiit. Cognationem habet cum Daab, extabuit præ nimio deſiderio. Hinc per metatheſin πόθημα, deſiderium, & Latinum Opto. Et eſt appetitus delectabilis ſenſitiuæ: & eſt ſubiectiuæ in appetitu ſenſitiuo. *B. Thom. 1. 2. q. 3. art.* 1.

Concupiſcibilitas eſt appetitus ſenſitiuæ, qui communiter dicitur ſenſualitas. Cuius obiectum eſt bonum apprehenſum. *Sen. ſenſ. B. Thom. 3. Sent. 26. q.* 1.

Concupiſcentia eſt tam malarum, quam bonarum rerum appetitus; à concupiſco veniens, quod eſt opto & deſidero.

Concupiſcibilis vis, quid ſit, vide ſupra in arbore animæ ſenſitiuæ.

Concupiſcentia dicit, intentionem deſiderii, Zelus amoris, Abominatio odii, Acedia triſtitiæ, Præſumptio ſpei, Audacia confidentiæ, Furor iræ, *hæc ex B. Thom. 3. Sent. diſt. 26. q. 1. art.* 3.

## ¶ Biblici Loci.

Concupiſcentia pro fonte omnium malorum appetituum, *Iac.* 1. 15. damnatur, *Exod.* 20. 17. *Deut.* 5. 21. *Prou.* 23. 5. *Matth.* 5. 28. *Rom.* 7. 7. 1. *Corinth.* 10. 6. *Col.* 3. 5. partes. 1. *Ioan.* 2. 16 mala eius, *Marc.* 4. *ver.* 19. *Iac.* 15. Concupiſcentiæ peccatum per legem cognoſcitur, *Rom.* 7. *v.* 7. 8. pœna, 1. *Cor.* 10. *v.* 5. 6. Concupiſcentiam crucifigere, frænare & mortificare iubemur. *Eccl.* 18. 30. *Rom.* 6. 12. & 8. *v.* 8. 12. & 13. *ver.* 14. *Gal.* 5. *v.* 16. *Eph.* 4. 22. & 5. 3. *Col.* 3. 5. *Tit.* 2. 12. 1. *Pet.* 2. 1. & 4. *v.* 5. 6. *Hebr.* 12. 1. eam in ſanctis etiam & baptizatis, atque adeo in vere renatis hominibus, quatenus adhuc ſunt caro, peccati rationem habere ſuo exemplo docet Apoſtolus, *Rom.* 7. 17.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Ne ſequantur cogitationes ſuas, & oculos ſuos per res varias fornicantes. *Num.* 15.

Oculus malus ad mala non ſatiabitur pane indigens, & triſtitia erit ſuper menſam ſuam. *Eccl.* 14.

In ore impudentis conculcabitur inopia, & in vente eius ignis ardebit. *Eccl.* 40.

Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino. *Eſaiæ* 5.

Animam ſuam non ſaturabunt, & ventres eorum non ſaturabuntur. *Ezech.* 7.

Dilatauit quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors non adimpletur. *Abac.* 2.

*Concupiſcentia mala peccatum operatur.*

Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. *Gen.* 8.

Scio enim, quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem, quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio legem volēti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. *Rom.* 7.

Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt. Ipſe autem neminem tentat. Vnusquisque vero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſentia cum conceperit, parit peccatum: Peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. *Iacob.* 1.

*Cum fructu frenatur.*

Nonne ſi bene egeris, recipies, ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi. *Gen.* 4.

Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua: Adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt. *Eccl.* 11.

Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui. *Eccleſ.* 5.

Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius. *ibid.* 9.

Auerte faciem à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam. *ibid.*

Propter ſpeciem mulieris, multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia, qua ignis exardeſcit. *ibid.*

Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & ne concupiſcas mulierem à ſpecie. *ibid.* 5.

Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Eccl.* 18.

Aufer à me vanas concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me. 23.

Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit. *Matth.* 6.

Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. 1. *Corith.* 2.

Efficiamini diuinæ naturæ conſortes, fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. 2. *Pet.* 1.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Concupiſcentia rei alienæ prohibetur.*

Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia, quæ illius. *Exod.* 20. *&* *Deut.* 5.

Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim ſcis, quæ futura ſit illi ſubuerſio. *Eccl.* 9.

¶ Sententiae Patrvm.

Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, id eſt, hoc fine & hoc animo attenderit, vt eam concupiſcat, quod iam non eſt delectatione carnis, ſed plane conſentire libidini, ita vt non refrænetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas fuerit, ſatietur: hic mœchatus eſt. *Aug. de ſerm. Domini, lib.* 5.

Neſcio quomodo hoc ipſum, quod concupiſcitur, ſi iucundius dum vetatur. *De ſpir. & Litera.*

Concupiſcentia minui poteſt: conſumi non poteſt in hac vita. *Lib. cont. Iul.*

Qui viderit mulierem, &c. Inter paſſionem & propaſſionem hoc intereſt, quod paſſio reputatur in vitium: propaſſio licet initii culpam habeat, tamen non tenetur in crimine: ergo qui viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propaſſione percuſſus eſt. Si vero conſenſerit, & de cogitatione affectum fecerit, ſicut ſcriptum eſt in Dauid: tranſierunt in affectum cordis, de propaſſione tranſiuit ad paſſionem, huic voluntas peccati non deeſt, ſed occaſio. Quicunque ergo viderit, id eſt, ſi ſic aſpexerit, vt concupiſcat, vt facere diſponat, iſte recte mœchatus dicitur eam in corde ſuo. *Hier. ſuper Matth. lib.* 1. *c.* 14.

Caro quum concupiſcitur, penſetur quid ſit exanimis, & intelligatur quid ametur. Nil quippe ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quam vt quisque hoc, quod viuum diligit, quale ſit, mortuum penſet. *Greg. lib.* 18. *Moralium.*

Viſus quidam praui deſiderii, delectationis terrenæ animam volare non patitur, & citius retrahit mentem: ſi forte aliquando ſubleuatur. *Ber. in ſerm. ſup. Cant.*

Concupiſcentia carnis, eſt motus animæ in affectu ſordidæ cogitationis. *Iſid. lib.* 2. *de ſummo bon.*

¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Sicut ignis mox vt calamum apprehenderit, non expectans aliquanto tempore, attractam materiam ſua flamma accendit: Ita & concupiſcentiæ ignis vt primum formoſitatem & venuſtatem viſu attigerit, animam ſtatim accendit. *Sermon. in Ozia.*

Quemadmodum cerua telum corpore fixum ferens, licet venatorum manus effugiat, perit tamen tandem: Sic & anima telo concupiſcentiæ, ob intemperatum & curioſum viſum, ſaucia, tametſi diſcedat; perit tamen & corrumpitur. Nam reiecto telo, vbique videt impugnantem, & gerit ſe comitantem. *ibid.*

*Vt corporis* oculi fumum denſiſſimum inſpicientes, dolorem concipiunt: Sic mentis quoque oculi ſecularium curarum & cupiditatis nebulis deprauantur. *Hom.* 2. *in Matth.*

*Sicut ignis* iſte communis, vbi humidam corripit conſperſamq; materiam, plurimum ſine dubio fumum ſuſcitat: Sic etiam, concupiſcentia vehemens illa prorſus ac flammea, quum humentem alicuius ac paluſtrem ſuccendit animam, multum in ea fumum gignit ac nutrit. *Hom.* 2. *in Matth.*

*Quemadmodum* ignis aqua pluuiali per ventorum flatum extinguitur. Sic quoque imber Spiritus ſancti, & potentis illius auræ flatu ignem concupiſcentiæ in cordibus hominum extinguit, omnemq; fumum diſpergit. *Hom.* 2. *in Matth.*

*Arbonij*, Pacifica res eſt concupiſcentiæ fructus. Sed ſuper eam doloſa cogitant. Sicut in hamo eſca dulcis in aſpectu, lethalis in guſtu. *In Pſal.* 34.

*D. Auguſtini*, Hoc me docuiſti, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu inſidiatur mihi laqueus concupiſcentiæ. Ipſe enim tranſitus voluptas eſt, non eſt alius qua transeatur, quam quo tranſire cogit neceſſitas. Et cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas, & plerumque præire conatur: vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo; nec idem modus vtriusque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. *Lib.* 10. *confeſſ. c.* 31.

¶ Hieroglyphica.

*Exciſus vmbilicus* apud diuinarum literarum interpretes *caſtimoniam* ſignificat: eo enim modo, quo præciſum præputium circumciſionis illius eſt ſignum, qua libidinem atque nequitiam à corde reſecare debemus: ita in fœminis vmbilici amputatio caſtimoniam indicat: virtus enim eius in vmbilico eſt, *Iob.* 40. *v.* 16. Et fortitudo eius in nodis ventris eius. Hinc de profanatis proſtitutisque Hieroſolymis Ezechiel *cap.* 16. *verſic.* 4. ita lamentatur: In qua die nata es, non exciſus vmbilicus tuus, vuluæ igitur matris adhæeſcit: Hoc eſt, nil quicquam anima ab originatione ſeparatur, ſed patriæ coalita eſt, & applicata mollitudini, vt minime ... ſit eam, quæ omnia ſubſequuntur, turpia perpetrare ... Iobo dicebamus, virtus eius eſt in vmbilico, ver... Eucherius, vt per hoc fœminæ ſignificet genitalia ... lumbos dicimus. Nam vmbilicus dubio procul eſt ... ſignum. *Pier. lib.* 34. *p.* 326.

Manſuetus & domeſticus vitulus, vel bos, concu... tendiq; vim, quæ in nobis eſt, denotat, quia conſtat ... æquè appetitui obedire, & venereum eſſe, atque vitulo... rum. *Erudit. quidam lib.* 2. *Hier.*

¶ Scriptores.

Concupiſcentia carnis an peccatum ſit, vide *Robert. ... Diſputat. Tom.* 2. *Col.* 236. *cap. d.* 1. *&* 539. *a. & ſeq. &* 71... cupiſcentia & membrorum inobedientia ex peccato ... *Tom.* 2. *col.* 444. *diſt.* 2. Edomatur ieiunio, 600. *d &* 601. ... piſcentiæ motibus non conſentiendum, *Tom.* 2. *col.* 44... lius motus inuoluntarii pœnæ ſunt. *Tom.* 2. 478. *a.* 2. ... tia ex actu coniugali accenditur potius, quam extingu... *Bellarm. Tom.* 3. *col.* 1696. *diſt.* 1697. *a* De concupiſcen... plurima apud eundem. *Vide Tom.* 4. *per totum fere.* ... *Pharetra. Reinerius, Manipulus florum, Bernbar. de ... nap.* 94. *Pedianus* 4. 31.

*Vide quoq; infra tit. de Cupiditate.*

---

# Confeſsio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG...

CONFESSIO, Græce ὁμολογία, ας, ἡ, ἐξομολόγησ... *hah*, à verbo *hodhah*, profeſſus ſum, confeſſus ... γητὴς, confeſſor dicitur. Eſt autem confeſſio ... actus exteriori fidei vel iuſtitiæ, actus latriæ, ſcilicet ... actio, & laudatio Dei, & actus pœnitentiæ, ſcilicet ... catorum. *B. Thom. ſecunda Secundæ, q.* 3. *art.* 1. *&* 4. ... *artic.* 2.

Confeſſio ſacramentalis, eſt legitima coram ſacerdo... rum ſuorum declaratio. *Secund. Hoſt. & dicitur quaſi ... toto, vel vndiq; faſſio.*

Confeſſio ſacramentalis eſt, per quam morbus ... niæ aperitur, *vt habetur* 4. *Sentent. diſtinct.* 12. *quæſt.* ... *Auguſt.*

Confeſſio ſacramentalis eſt delinquentis accuſatio ... tia, & per claues Eccleſiæ ſatisfactoria, obligans ad ... peragendam iniunctam.

Confeſſio ſacramentalis debet habere ſedecim con... fra ſcriptis verſibus contentas. *Sec. B. Thom.* 4. *Sent.* ... *artic.* 4.

*Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,*
*Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,*
*Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,*
*Fortis, & accuſans, & ſe punire parata.*
Idem.
*Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, ...*

¶ Biblici Loci.

Confiteri Chriſtum, neceſſarium, vtile, honorificum ... 32. *Marc.* 8. 38. *Luc.* 9. 28. non omnibus credentibus ... 24. Confeſſionis Chriſti exempla: Zacharias, *Luc.* 1. 68. ... 27. 28. Magi, *Matth.* 2. 11. Ioannes Baptiſta, *Ioan.* 1. 29. ... Philippus, *v.* 46. Nathanael, *v.* 50. Petrus, *Matth.* 16. 16. ... *Ioan.* 4. *v.* 19. Samaritani, *v* 24. Nicodemus, *Ioan.* 3. 1. ... Apoſtoli, *Act.* 2. *v.* 22. 23. *&* 10. 42. Petrus & Ioannes, ... v. 8. 9. 10. 12. *&* 5. v. 29. 30. Stephanus, *Act.* 6. 10. *&* 7. ... *Act.* 13. *v.* 22 23 *&* 17. v. 2. 3. *&* 24. 24. *&* 26. *v.* 22. 23. ... ad Hebræos, *Hebr.* 4. *v.* 14. 15. Apollo, *Act.* 18. 28. Ioannes ... 1. *Ioan.* 1. *v.* 1.

Confiteri peccata ſua Hebræis dicuntur, qui ſe ... peccatores eſſe profitentur, & veniam à Dei miſericordia ... *Matth.* 3. *verſicul.* 6. vt apparet ex *Pſalm.* 32. *verſicul.* ... *verſ.* 5. *&c.*

Confeſſio peccati, totius Eccleſiæ nomine concepta ... tur, *Leuit.* 16. 21. 1 *Reg.* 8. 46 47. 2. *Paral.* 6. *v.* 36. 27. ... confeſſionis etiam *Hebr.* 10. 13. quæ erat anniuerſaria ... profeſſio, deinde quantumuis antiqua & vetuſta ... cata, id eſt, reum ſeſe, ac maiores ſuos omnes populus ... Aaron, *Num.* 12. 11. Iſraelitæ, 21. 7. *Iudic.* 2. 4. *&* 10. ... *v.* 18. 19. 2. *Par.* 12. 6. *Eſdr.* 9. *v.* 6. 7. *Nehem.* 1. 6. *&* 9. ... 6. *Dan.* 9. 5. Confeſſio peccati à ſingulari aliquo ... tur, *Num.* 5. 7. Confeſſio priuata commendatur, *Iob.* ... 6. *Prou.* 28. 13. 1. *Ioan.* 1. 89.

Confeſſio pro fidei doctrina, *Hebr.* 3. 1. *&* 4. 14. ... dei, & extrema Spei noſtræ profeſſio, neceſſaria, ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…9.10.2.Cor.4.13.1.Tim.6.12.2.Tim.2.12.13.Hebr.10.23.1.Pet.3. …4.15.

Confeſſio mutua, Iac.5.16. Confeſſio peccati fratri offenſo. Gen. …Sam.19.19.

Confiteri, pro gratias agere, laudare & ſanctificare, Geneſ.29.35.1. …16.v.8.34.35. & 29.13.2.Paral.5.13.Pſal.6.5.& 7.18. & 9.2.& …31.8.& 42.6.& 43.5. & 49.19.& 52.11.& 67.6.& 71.22.& 86. …86.6.& 92.1.& 100.v.4.& 106.v.46.48.Eſa.12.v.1.4.& 25.1. …38.9.Luc.2.38.& 10.21.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata (excuſationes in peccatis.) Gen.3.

Sanctifica eos hodie & cras, & lauent veſtimenta ſua, & ſint parati …m tertium. Exod.19.

Leproſus adducetur ad ſacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Leu.13.

Radet homo omnes pilos corporis ſui, & lauabitur aqua purificatus ingredietur caſtra (vnitatem Eccleſiæ.) 14.

Ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Rom.10.

Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio. 1. Co… 5.6.

Si nosmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur à Domino 11.

Confitemini alterutrum peccata veſtra. Iac.5.

Si dixerimus: Quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, …ritas in nobis non eſt. 1. Ioan.1.

Si confiteamur peccata noſtra, Deus fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, verbum eius non eſt in nobis. ibid.

Quod ſi de his aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus …, in terra inimicorum ſuorum; & propter peccata patrum …rum & ſua affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas, …iorum ſuorum recordentur, quibus præuaricati ſunt in ….

Vir ſiue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent …minibus accidere, & per negligentiam transgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, peccatum ſuum confitebuntur. ….

Quando peccauerit homo, quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer … in ligno, ſed in eadem die ſepelietur. Deut.21.

Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi, quid feceris, ne abſcondas: & dixit; Vere ego peccaui. ….

Confeſſio (peccatorum) & magnificentia (bonorum operum) … illo.1.Par.6.

Ex voluntate mea (non timore compulſus confitebor illi. ….

Beati quorum tecta ſunt peccata (ne appareat in iudicio.) 32.

Delictum meum tibi cognitum fecit. ibid.

Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu … impietatem mei. ibid.

Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo diu pro peccato meo.

Effundite coram illo corda veſtra. 62.

Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. 74.

Præoccupemus faciem in confeſſione. 95.

Confeſſio & pulchritudo (ſequens) in conſpectu eius. 96.

Confitebor tibi in toto corde meo. 112.

Os meum aperui (ad confeſſionem) & attraxi ſpiritum. 119.

Non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. 141.

Reuela Domino opera tua, & diriget cogitationes tuas. Prouerb.

Iuſtus prior eſt accuſator ſui 18.

Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus … & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. 28.

Pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Eccl.4.

Non confundaris confiteri peccata tua: & ne ſubiicias te omni … pro peccato. ibid.

De negligentia tua purga te cum paucis. 7.

In fine hominis denudatio operum eius. 11.

Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quaſi nihil petit confeſſio, confiteberis viuens, viuens & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius. 17.

Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor …um. 38.

Reduc me in memoriam, vt iudicemur, ſimul narra, ſi quid habes, vt iuſtificeris. Eſaia 43.

Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe eſt, & qui prope, dixit Dominus, & ſanaui eum. 57.

Diſſolue cogitationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. 58.

Inuocabis, & Dominus exaudiet, ſi abſtuleris de medio tui catenam; & deſieris extendere digitum tuum, & loqui, quod non prodeſt. ibid.

Vade & oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum. Matth.8.

Confitentes peccata ſua. 3.

Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. 16.

Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. 18.

Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ioan.20.

## ¶ Patrum Sententiæ.

Nemo dicat occulte; Ego pœnitentiam apud Deum ago: nouit Deus qui me agnoſcit, quia in corde meo ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt; Quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cœlo. Ergo ſine cauſa datæ ſunt claues Eccleſiæ. *Auguſtinus in tract. de cura malitiæ.*

Verum de remiſſione peccatorum ſufficere debet ſola credulitas. Quis enim cauſas aut rationem requirat, vbi indulgentia principalis eſt cauſa? Cum terreni regis liberalitas diſcuſſioni non ſit obnoxia, ab humana temeritate diſcutitur diuina largitio. Solent enim cum irriſione aduerſus nos dicere pagani, quod ipſi nos decipiamus, qui putemus crimina, quæ opere commiſſa ſunt, verbis poſſe purgari, & aiunt: Nunquid poteſt, qui homicidium fecit, homicida non eſſe, & adulter non videri, qui adulterium perpetrauit? Quomodo ergo huiuſcemodi criminum reus ſanctus vobis effici ſubito videtur? Sed ad hæc, vt dixi, melius fide, quam ratione reſpondeo. Rex enim eſt omnium, qui promiſit, terræ cœlique Dominus eſt, qui hæc pollicetur. Non vis, vt ei, qui me ex terra hominem fecit; credam, quod ex crimınoſo me faciat innocentem? Et qui me, cùm eſſem cœcus, fecit videre? vel cum eſſem ſurdus, audire? qui mihi claudo greſſum reddidit, innocentiam mihi perditam non poterit recuperare? Et vt veniamus ad ipſius naturæ teſtimonium. Occidere hominem non ſemper criminoſum eſt; ſed malitia, non legibus occidere, criminoſum eſt: Non ergo factum me in talibus, quia interdum & recte fit, ſed animus male conſulens, damnat. Si ergo animus in me, qui criminoſus eſt effectus, & in quo fuit origo vitii, corrigatur, cur tibi videar non poſſe innocens effici, qui prius fueram criminoſus? Si enim, vt ſupra oſtendi, conſtat, quod non in facto, ſed in voluntate ſit crimen, ſicut mala voluntas, authore malo Dæmone, peccatorem me & morti me fecit obnoxium: Ita in bonum voluntas mutata, authore bono Deo, innocentiæ reddidit & vitæ. Similis cauſa & in cæteris eſt criminibus: hoc modo: fide noſtra inuenitur naturalibus rationibus aduerſari, dum remiſſio peccatorum non geſtis, quæ mutari non poſſunt, ſed animo, quem de malo in bonum conuerti certum eſt, deputetur. *Auguſtin in Symbolo Ruffini, & tomo 4. habetur.*

Quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis oſtendat. Repræſentet vitam ſuam Deo per ſacerdotes, præueniat iudicium Dei per confeſſionem. Præcepit enim Dominus mundandis, vt oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda eſſe peccata, non per nuntium, non per ſcripta manifeſtanda, dixit enim: Ora monſtrate: & omnes, non vnus pro omnibus, non alium ſtatuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus à Moyſe ſtatutum: ſed qui per vos peccatis, per vos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis. Ex miſericordia enim hæc præcepit Dominus, vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim, quod per ſe ipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam vincit timore offenſi; venia fit criminis. Fit enim venia per confeſſionem, quod criminale erat operatione. Et ſi non ſtatim purgatur: fit tamen vitale, quod commiſerat mortale. Multum enim ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum, quæ commiſerit, nuntio Dei denegauit. *Aug. lib. de pœn. & habetur de pœnit. diſt. 1. Quem pœnitet.*

Non operui, ſed aperui; vt operires. Non cœlaui, vt tegeres. Nam quando homo detegit, Deus tegit. Cum homo cœlat, Deus nudat. Cum homo agnoſcit, Deus ignoſcit. *Auguſtin. ſuper Pſal. Delictum meum cognitum tibi feci.*

Cautus ſit penitens, ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem, vt diuerſa velit diuerſis ſacerdotibus manifeſtare, quædam enim vni cælat, quæ aliis manifeſtanda reſeruat: quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſin tendere, & ſemper venia carere, ad quam per fruſtra totam putat peruenire. *Aug. lib. de pœn. & hab. de pœn. diſt. 5. Conſideret § Cautus.*

Qui vult confiteri peccata ſua, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere; ne, cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo: qui eum miſericorditer monet, & pe-

tit, ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. *Aug. lib. de pœn. & hab. de pœn. diſt. 6. Qui vult.*

Diſcretio confeſſori valde neceſſaria eſt. Conſideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ, cuius fuerit ætatis, cuius ſapientiæ & ordinis, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius multiplici executione. *Auguſtin. lib. de pœnitent.*

Spiritus ſanctus in ſancta Eccleſia (etiam in iſto tempore, quo velut granum atteritur cum palea) ſic operatur, vt nullius veram confeſſionem aſpernetur: nullius ſimulatione fallatur, atq; ita reprobos fugiat, vt etiam per illorum miniſterium improbos colligat. *Aug. lib. blaſph. Spir. ſanct. & hab. 1. q. 1. Spir. ſanct.*

O homo, quid times confiteri? Illud quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio, quam illud, quod neſcio. Cur confiteri erubeſcis peccata tua? peccator ſum, ſicut & tu: homo ſum, humani à me nihil alienum. Confitere homo homini, homo peccator, homini peccatori. Elige quod vis: Si non confeſſus lates, inconfeſſus damnaberis. Ad hoc Deus exigit confeſſionem, vt liberet hominem humilem. Ad hoc damnat non confitentem, vt puniat ſuperbum. *Augu. ſup. 1 ſtl.*

Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur peccata ſua, alicui recitet, quod ea confeſſus eſt: non propinquis, non extraneis: neq; (quod abſit) pro aliquo ſcandalo, nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat. *Greg. & hab. de pœn. diſt. 6. Sac.*

Qui promereri vult, quod expetit, debet malum confiteri, quod fecit. Valde enim facile eſt, vt peccatorem ſe quisque fateatur, cum nihil pro peccato ſuo patitur. *Greg. 8. Moralium.*

Mirentur in domo Iob, qui volunt caſtitatis continentiam, mirentur integritatem iuſtitiæ, mirentur viſcera pietatis: ego in eo nõ minus admiror confeſſionem humilimam peccatorum, quam tot ſublimia geſta virtutum. *Greg. lib. 22. Moral. ſuper illud Iob. 13. Si celaui in ſinu meo iniquitatem meam.*

Hæc ſunt veræ humilitatis inſignia, & iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis aperire. Peccatores nos in tranquillitate loquimur, ſed cum de peccatis ipſis flagello interueniente corripimur, murmuramur; pœna ergo nos interrogat, ſi culpam veraciter cognoſcimus. Plerunque grauioris certaminis eſt commiſſa peccata prodere, quam non admiſſa vitare. Plurimi homines confitentur culpam, ſed humiles non ſunt. Nam multos nouimus, qui arguente nullo, peccatores ſe eſſe confitentur: cum vero de culpa ſua fuerint fortaſſis correpti, defenſionis patrocinium quærunt, ne peccatores eſſe videantur. Qui ſi tunc, cum id ſponte dicunt, peccatores ſe eſſe veraci humilitate cognoſcerent, cum ab aliis arguuntur, eſſe ſe quod confeſſi fuerant, non negarent. Qua in re veræ confeſſionis iudicia ſunt, ſi, cum quisque peccatorem ſe dicit, illud de ſe dicenti etiam alteri non contradicit. *Greg. lib. 22. Moral.*

Nunc autem ſi recorderis peccatorum tuorum, & frequenter in conſpectu Dei pronuncies, & pro eis clementiam eius depreceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiſcatis peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis nolens, cum in toto mundo publicabuntur, & in conſpectu proferentur omnium, tam amicorum, quam inimicorum tuorum, & ſanctorum angelorum, & cœleſtium virtutum. Non enim ad Dauid ſolum dicebat: Tu in ſecreto feciſti, ego cunctis manifeſtabo: ſed etiam ad omnes nos hoc dicitur. *Ioan. Chryſoſt. & habetur de pœnitent. di. can. Quis aliquando. §. Nunc autem.*

Peccata tua dicito, vt deleas. Illa ſi confunderis dicere alicui, quia peccaſti, dicito illa quotidie in anima tua. non dico, vt confitearis ea ſeruo, vt exprobret: dico Deo, qui curat ea: nec enim, ſi non dixeris, ignorat Deus. Dicito ea in hac vita, vt requiem in alia habeas. *Idem ſup. Leu hom. 2.*

Confeſſio ſanat, confeſſio iuſtificat, confeſſio peccatis veniam donat. Omnis ſpes in confeſſione conſiſtit. In confeſſione locus miſericordiæ eſt. Nulla tam grauis eſt culpa, quæ per confeſſionem non habeat veniam. *Iſid. lib. 1. c. 12.*

Frequenter peccans & lugens vix veniam meretur. *Ibidem cap. 16.*

Quantum diſplicet Deo imprudentia peccatoris, tantum placet verecundia confitentis. *Bern ſup. Cant. ſer. 3.*

Absque confeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur: confeſſio igitur peccatoris eſt via, iuſti gloria: & neceſſaria eſt peccatori, & iuſtum nihilominus decet. *Bernhar. epiſtol. cap. 14.*

Indicia veræ confeſſionis ſunt, ſi vt vnusquisque ſe peccatorem dicit, id de ſe dicenti alteri non contradicat. Nam non peccator, ſed iuſtus videri appetit, cum peccatorem ſe quisq; nullo arguente confitetur. Superbiæ quippe vitium eſt, vt quod de ſe fateri quis ſua ſponte dignatur, hoc ſibi dici ab aliis dedignetur. *Bernh. de duodec. grad. hum.*

Sufficit pœnitenti confeſſio, quæ primum Domino offertur: deinde ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium peccator accedit. *Leo Papa. & hab. de pœn. diſt. 1. Sufficit.*

Si veniret Dæmon ad capitulum confeſſionis, impetrare poſſet indulgentiam remiſſionis. Satan expulſus eſt à capitulo cœli; Adam à capitulo paradiſi; Iudas à capitulo Chriſti. In primo culpa ſuperbiæ; In ſecundo, culpa inobedientiæ; In ter ritiæ. *Hugo de clauſt. animæ.*

Mira compenſatio, ſtupenda viciſſitudo, Domino mala dicere, & ab eodem præmia ſalutis accipere. Q retur illi ad præmium confiteri, cui non poſſis negare *Caſsiod ſuper illud Pſal. 118. Vias meas annunt.*

O ingenioſa ſimplicitas, & mille tergiuerſationibus ritas, manifeſtare delictum: illis non iudex, ſed aduo ſtus, qui ſe propria confeſſione damnarunt. *Caſsiod. ſup.* 13. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniq.*

O beata confeſſio, quæ æternum tollit opprobrium quid reatuum inuenerit pœnitentia, perpetuis ſæcul lutum. *Caſſ. ſup. Pſal. 77.*

Si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus *Boethius lib. 1. de Phil. conſ.*

Medicus ægroto confitenti ſuam infirmitatem, m gare non debet, vt perſuadeat animæ, in quæ mala ſe p Et ideo etiam, vt ex difficultate ſanationis magis ſibi enim facile ſanatur, non multum cauetur. *Anſelmus ſu*

Non poteſt quisquam à peccato iuſtificari, niſi p fuerit confeſſus. *Amb. lib. de paradiſo & hab. de pœn. d teſt quisquam.*

Ecce nunc tempus acceptabile adeſt, in quo confe morte liberat: confeſſio aperit paradiſum: confeſſio tribuit. Vnde Scriptura dicit; Dic tu iniquitates tuas, His verbis oſtenditur, quia non meretur iuſtificari, q cata noluit confiteri. Illa ergo confeſſio nos liberat à cum pœnitentia. *Ambroſ. in ſerm. quod & habetur de p Ecce.*

Plurimum ſuffragatur Deo verecunda confeſſio, quam defenſione euitare non poſſumus, pudore re *de Ioſepho. lib. 36.*

Qui ſe accuſat, etſi peccator ſit, iuſtus eſſe incipit, parcit, & Dei iuſtitias confitetur. Ceſſat enim vind confeſſio præcurrat humana. Si accuſauerit ſe iuſtus, accuſationis: excludit, qui ſolet accuſare peccata, & eſt aggregare flagitia: excuſat reum pudor ſuus, ac thorem, qui cum ſua delicta non tacuit, videtur in ſe fecit; in Diabolo perdidiſſe, quod ſuaſit. *Ambroſ. ſup maculati.*

## ¶ Sententiae Poeticae

Iacob. Bill. in Anthol. Sacra.

Peccati remedium dolorem eſſe, ac pec confeſſionem.

*Cum quadam immodicum fundit pars ægra cruorem*
*Vt medeare malo, vena ſecanda tibi eſt:*
*Sic tibi cum ſcelerem minitantur crimina mortem,*
*Numinis inque tuum iam cadit ira caput;*
*Te ferias, tuaq; in te ipſum deſæuiat ira.*
*Sic etenim magni concidet ira Dei.*
*Nam ſeſe excuſat, quicunq; accuſat: inultum*
*Et ſinit hunc, qui ſe non ſinit, eſſe Deus.*

Hor. Sat. 3. lib. 1.

*Qui ne tuberibus propriis offendat amicum,*
*Poſtulat: ignoſcet verrucis illius: æquum eſt*
*Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus.*

Claud. in Epigr. ſatisfactionis.

*En adſum, & veniam confeſſus crimina poſco.*
*Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles:*
*Victrices furias matris placauit Oreſtes.*
*Reddidit Alcides Priamo quas ceperat arces:*
*Pelleum iuuenem regum flexere ruinæ.*
*Darium famulis manibus doluiſſe peremptum*
*Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulchro.*
*Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.*

Ouid. Metamorph. lib. 10. fab. 9.

*Numen confeſſis aliquod patet.*

## ¶ Philosophicæ Sententi

Vbi eſt confeſſio, ibi remiſſio. *Sen. lib. de morib.*

Initium eſt ſalutis, notitia peccati. Nam qui peccar rigi non vult. Ideo quantum potes, te ipſum coargue: accuſatoris primum partibus fungere; deinde, iudic deprecatoris. *Seneca ad Luc. epiſt. 28.*

Quare vitia ſua nemo confitetur? quia etiam n Somnium narrare, vigilantis eſt; & vitia ſua confiteri cium eſt. Expergiſcamur ergo, vt errores noſtros ar mus. *Idem ad Luc. epiſt. 54.*

Omnia vitia in aperto leuiora ſunt, morbi quoq tem tunc inclinant, cum ex abdito erumpunt, &

… Et auaritiam itaque, & ambitionem, & cætera mala mentis … tunc pernicioſa ſcias eſſe, cum ſimulata ſanitate ſubſidunt. … epiſt. 58.

## ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras* dicebat, peccata non eſſe verbis tegenda, ſed tentan… reprehenſionibus curarentur. *Ant. & Max. ſermon. de in… peccat. & confeſſ.*

*Ariſtoteles* non multum ab impeccabili diſcedere dicebat, qui … tum vt decet fateretur. *ibid.*

*Lyſander.* In Samothracia oraculum petens, iuſſus eſt à ſacerdo… … quid deterrimum in vita egiſſet. Ipſe quoque ſacerdotem … virum iuſſu ſuo, an Deorum, id facere oporteret? At illo … Deorum: Tu igitur, inquit, mihi concede, vt illis, ſi per… dicam. *Bruſon. lib. 2. c. 13. Plut. in Lacon.*

*Antalcidas* interrogatus à ſacrorum miniſtro, quibus rebus … atatem operam dediſſet? Non opus eſt, inquit, vt tibi … dicam: ſed ſi quid male egi, Diis nequaquam incognitum eſt. *… in Lacon.*

*…* Sacerdos quidam Laconem initiaturus, rogabat, in … ab ineunte ætate potiſſimum peccaſſet: At ille: Hoc, in… Deo nequaquam latet. Verum cum magis vrgeret reſpon… Lacon rogauit etiam: Num hoc ſacerdoti vel Diis ipſis dicen… eſſet: Quum reſpondiſſet, Diis. Tu igitur ſecede parum, in… … audias, Diis dicturus eram. *Plut. in Lacon.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum naucleri, athletæ, & curſores, vbi … veniunt, magis enituntur & vigilant: Eodem modo & nos … oportet, quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus, … nunc maximè & ieiunii curſus intendendos, ac magis … ſunt preces: faciendaque eſt diligentius pura pecca… confeſſio. *homil. 29. in Gen.*

… infirmus, qui ipſe venit ad medicum, ex parte iam ſanus eſt … Sic ipſe peccator, qui venit ad ſacerdotem, & doctrinæ aut … medicinam quærit, ex parte iam iuſtus eſt. *In capit. 4. … hom. 8.*

*…* Sicut ii, qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam, … vel phlegmatis ſtomacho grauiter & moleſtè immi… … euomuerint, releuantur: ita etiam hi, qui peccauerunt, ſi… occultant & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus vrgen… … quemodum ſuffocantur à phlegmate, vel humore peccati: … ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum, & confite… … euomit & delictum, atque omnem morbi digerit cau… *… Pſal. 37. hom. 2.*

*Theophylacti.* Vt quandiu opertum eſt vulnus, medicationem … admittit: Sic & delictum cum fuerit detectum: in lucem … ; non enim peccatum dixerim, ſed peccata patrantem, … cum fuerit delinquens, & acrioribus verbis increpi… … tudine veniam conſequitur: nonne huius omnes pur… & abolitæ, quas antea peccatorum mole obduxerat, tene… *… ad Epheſ.*

*D. Baſilij.* Quemadmodum apes fumo fugantur, & columbas … expellit: Sic vitæ noſtræ cuſtodem angelum lugubre (Græcè … , ſequitur enim ἁμαρτία) ac putens abigit peccatum; … delicti cuiuſpiam reticentia, latens eſt animi morbus; ἀλλά … ὑπουλος ἐςι τῇ ψυχῇ. *In Gordianum Mart.*

*…* Sicut fumus præcedit incendium: ſic flammam fidei … præcedit confeſſio peccatorum. *In Apocal.*

*Bedæ presbyteri.* In eadem ſimilitudine natum Beati Ioannis … poſſumus intelligere: quia ſicut per eius Prophetiam legis … conſummatio monſtrabatur, & initium noui: ſic veteris … malitiam debemus pleniter conſummare in nobis … confeſſionem & pœnitentiam veram, vt incipiamus iterum no… … boni in ſanctificatione. *De verbis Hieremiæ:* Prius extir… … & ita virtutibus locus præparatur in homine.

*Laurentij Iuſtiniani Patriarchæ.* Confeſſionis ſacramentum … pacatiſſimus eſt, in quo hominum conſcientiæ religan… … reparantur, & quicquid immunditiæ inundantibus ten… … tempeſtatibus, aut operante malitia in nauim conſcien… … eſt, reijcitur & purgatur. *De diſciplina & perfectione … c. 19.*

*… paral.* Machab. 4. Iudas Machabæus dixit: Ecce contri… inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta, & renoua… … ſpiritus contritus eſt de peccatis, cordis compunctione, ante… … detur per confeſſionem noſtræ conſcientiæ, & per ſatis… … remouetur. *In Summa virtutum & vitiorum.*

## ¶ Exempla Biblica.

Confeſſionis priuatæ exempla: Adam & Eua, *Gen. 3. v. 12. 13.* Iu… … Filii Iacob, 42. 21. Pharao, *v. 9. Exodi 27. & 10. 17.* Balaam, *Num. 22. 34.* Achan, *Ioſ. 7. 20.* Saul, *1. Sam. 15. v. 24. 30. & 26. 21.* Dauid, *2. Sam. 12. 13. 1. Paral. 21. v. 8. 17. Pſalm. 32. 5. & 41. 5. & 51. 6.* Eſaias, *Eſa. 6. 5.* Ieremias, *Ieremiæ 14. 20.* Nehemias, *Nehem. 1. v. 6.* Eſdras, *3 Eſdr. 8. v. 76. 72.* Iechonias, *v. 93.* Achab, *1. Reg. 21. 27.* Bethuliani, *Iud. 7. v. 18. 19.* Eſther regina, *Eſth. 14. v. 6. 6.* Iob, *Iob. 7. 20.* Baruch & Iſraelitæ, *Baruch 1. v. 13. 17. 18. & 2. v. 5. 12. & 3. 12.* Azarias, *Daniel 3. v. 29. 30.* Daniel, *Dan. 9. 5.* Ionas, *Ionæ 1. 12.* Ieroſolymitani, *Matth. 3. 6. Marc. 1. 5.* Iudas, *Matth. 27. 4.* Prodigus filius, *Lucæ 15. v. 17. 21.* Publicanus, 18. 13. Zachæus, 19. 8. Latro, 23. 41. Credentes, *Actor. 2. 37.* Paulus, 22. 4. & 26. 10, *1. Cor. 15. 9. Galat. 1. 13. 1. Tim. 1. v. 13. 15.* Confeſsionis fidei exempla: Iethro, *Exodi 18. 11.* Danielis Socii, *Danielis 3. 17.* Petrus, *Matthæi 16. 16.* Apoſtoli, *Ioan. 6. 69.* Martha, *Ioan. 11. v. 27.* Eunuchus Candaces reginæ Æthiopum, *Act. 8. 37.*

## ¶ Exempla Profana.

*Apud Lacedæmonios*, ſi quis in peccato deprehenſus fuiſſet, is cogebatur aram quandam, quæ erat in vrbe, circumire; ac vituperationem interim in ſe ab arte compoſitam canere: quod nihil aliud erat, quam ſeipſum ſua voce obiurgare. Ingenui pudore, & laudis amore melius ducuntur ad honeſta: virgis aut flagris cædi ſeruile eſt. *Plut. in Lacon.*

*Claudius Cæſar*, iræ atque iracundiæ conſcius ſibi, vtrumque excuſauit edicto diſtinxitque; pollicitus alteram quidem breuem & innoxiam, alteram non iniuſtam fore. *Suet.*

*Attila Hunnorum rex*, à pugna Catalaunica veniens, euerſurus reliquas Galliæ ciuitates, interrogatus à D. Lupo Troiæ antiſtite, quiſnam eſſet, qui tot regibus deuictis, cuncta vt ſibi ſubderet? Ego, inquit, ſum rex Hunnorum, flagellum Dei. *N. Olaus capite nono in Attila.*

*Agathocles Siciliæ tyrannus* ignobilitatem generis apertè fatebatur, abacumque ſuum fictilibus tantum inſtruebat. *Teſte Auſonio.*

*Creuſa apud Euripidem* in Ione, vt flagellantis conſcientiæ ſtimulos confeſsione mitiget, detegit occultum ſuum ſtuprum, quod filium habuerit ex compreſſu Apollinis, & illum expoſuerit;

Οὐκ ἔτι κρύψω λέχος ὡς τέξνων
Ἀπονιψαμένη ῥάων ἔσομαι.

*Vide Conſcientia, Correctio, Correptio, Damnum, Pœnitentia.*

---

# Confidentia.

## ¶ Definitiones et etymolog.

Confidentia, Græcè θαῤῥαλεότης, ητος, ἡ, θαῤῥέω confido dicitur. Et eſt, per quam magnis & honeſtis rebus animus multum in ſe confidentiæ collocat. *ſecun. Ciceronem lib. 2. Rhetoricorum.*

Confidentia & fiducia ſic differunt, vt placet Donato ſuper Terentio, quod confidentia interdum in bona ſignificatione, interdum in mala: Fiducia verò ſemper in mala: Sed vtrunque modo in malam, modo in bonam partem accipitur.

## ¶ Sententiae Biblicae.

*Confidendum in Deo.*

In Domino confido. *Pſal. 11.*
In te confidit anima mea. 57.
Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine. 118.

Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. 125.

Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcent illi. *Sap. 3.*
Qui confidit in Domino, non minorabitur. *Eccl. 32.*
Habe fiduciam in Domino Deo tuo. *Prou. 3.*
Ne paueas repentino timore, & irruentes tibi potentias impiorum. *ibid.*
Dominus erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. *ibid.*
Confide quia ego ſum. *Marc. 6.*
Confidite, ego vici mundum. *Ioan. 16.*
Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom. 8.*

*Confidentia vana & ſtulta.*

Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. *Ierem. 17.*
Qui confidit in cogitationibus ſuis, impie agit. *Prou. 12.*

Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit. 14.
Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt. 28.

Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael. *Amos* 6.

Qui confidunt in ſculptili, confundantur in confuſione. *Eſa.* 42.

Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neq; eſt qui iudicet verè, ſed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. 59.

Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacii, qui non proderunt vobis. *Ierem.* 7.

### ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Aduerſaria eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat: & lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat, incerta victoria eſt inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio eſt flammis circundari, & non ardere. *Auguſt. de ſingul. cleric.*

Expedit multo bene timere, quàm male fidere: & vtilius eſt, vt infirmum ſe homo cognoſcat, vt fortis exiſtat, quam fortis videri velit, infirmus vt emergat.

Nemo de ſuo corde præſumat, quando profert ſermonem, nemo de ſuis viribus confidat, quando ſuffert tentationem? quia vt & bona prudenter loquamur, à Deo eſt, non noſtra ſapientia: vt & mala fortiter perferamus, ab illo eſt, non noſtra patientia. *In ſerm. 8. Vincent.*

Tria conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit, Charitatem adoptionis, Veritatem promiſſionis, Poteſtatem redditionis. Murmuret iam, quantum voluerit, inſipiens mea cogitatio, dicens: Quis es tu, & quanta eſt illa gloria, quibusue meritis hanc, obtinere ſperas? Et ego fiducialiter ſcio cui credidi, & certus ſum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax eſt in promiſſione, potens in exhibitione. Hic eſt funiculus triplex, qui difficulter rumpitur, quem nobis è patria noſtra, in hunc carcerem vſque demiſſum fortiter quæſo teneamus, vt ipſe nos ſubleuet, ipſe nos trahat vſque ad conſpectum gloriæ magni Dei. *Bern. de frag. ſep. hom.* 3.

Non confidat prædicator vel auditor verbi diuini de acumine ingenii, de vtilitate ſcrutinii, de ſedulitate ſtudii: ſed magis confidat de bonitate Dei, & de pietate oraculi, de humilitate cordis intimi. *Hug. de S. Victorino.*

Confidentia eſt, ex virtutum conſcientia immotam mentem inter aduerſa ſibi conſtare. *ibid.*

### ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Confidentia eſt certa ſpes animi perducendi ad finem rem inchoatam. *Cicero.*

Confidentia eſt, per quam non magnis & honeſtis rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ collocauit. *idem.*

*Vide infra titul. Fiducia, Fides, Præſumptio, Securitas*

---

# Coniectura.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CONIECTVRA, Græcè τεκμήριον, ȣ, τὸ, & τεκμαίρομαι coniectò dicitur. Eſt autem coniectura, per aliqua ſigna alicuius rei cognitio, imperfecta tamen, *ſecundum B. Thom prima Sec. q* 112. *art.* 5. Coniectura, ςοχασμὸς, Hebr. *Keſem*, à verbo *Caſam*, Conieci, diuina via.

Coniectus eſt directio quædam rationis ad veritatem, à quo dicta eſt coniectura: quo apud Rhetores dictus eſt ſtat⁹ coniecturalis.

### ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ

Perinde vt eſt opinio de cuiuſque moribus, ita quid ab eo factum ſit & non factum, exiſtimari poteſt. *Cicero pro Cluent.*

De futuris rebus etſi difficile eſt dicere, tamen interdum poſſis coniectura propius accedere, cum res eſt eiuſmodi, cuius exitus præuideri poteſt. *Cic. Torq. Fam.* 6.

### ¶ ADAGIA.

Leonem ex vnguibus æſtimare. ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν.
*Ex vera quapiam coniectura negotium vniuerſum perpendere: ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere.*

E fimbria de texto iudico. ἐκ τȣ̃ κρασπέδȣ τὸ ὕφασμα γινώσκω. Hoc eſt: *Ex vno aliquo puſillo reliquorum facio coniecturam.* Jch ſihe an dem Neſt wol/ was für ein Vogel darinn wohnet.

E næuo cognoſcere.
*E næuo cognoſcere, eſt ex re quapiam minima totum hominis ingenium æſtimare.*

De guſtu cognoſco. ἐκ γεύματος γινώσκω. *Theophraſtus.*
*Ex deguſtatione iudico, hoc eſt, ex minima experientia.*

Æthiopem ex vultu iudico. τὸν Αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω.
*Præ ſe fert quiſque aliquo ſigno, cuiuſmodi ſit moribus. Præ ſe fert enim Æthiops nigrore vultus, interioris capilli, labri[…] dentium candore, patriam ſuam.*

De fructu arborem cognoſco. ἐκ τȣ̃ καρπȣ̃ τὸ δένδ[…] *Tullius.*

*E factis hominem iudico. Quæ parœmia etiam in Euan[…]teris extat.*

De facie noſſe.
*Eſt leniter cognitum habere. Id ſi transferatur ad re[…] venuſtius.*

Cauda de vulpe teſtatur. ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ.
*In eos, qui puſilla in re, cuiuſmodi ſint, declarant.*

Ex fronte perſpicere. ἐπίδηλον τοῖς προσώποισι ποιεῖν. Tu[…]
*Ex fronte perſpicere dicimur, quod ſtatim & velut [...] occurſu percipimus.* Das Aug iſt deß Hertzens zeug. [...] ſicht weißt es auß.

Ex habitu bonum virum præ ſe fert.
*Qui dicit ex ipſa oris figura videri probum hominem, [...]lud Homeri ex Odyſſ. α.*

Οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐῴκει.
*Ex ſpecie minus improbus ipſa*
*Eſſe videbatur.* Er hat gute gebärden/ ſonſt [...] wie er will. Item, Er ſcheinet ein gut geſell ſein.

Ex ſtipula cognoſcere. ἐκ τῆς καλάμης γινώσκειν.
*Quoties è veſtigijs quibuſdam in ſenecta reliquis co[…] facimus, cuiuſmodi quis fuerit in adoleſcentia.*

E culmo ſpicam conijcere.
*Euſtathius Odyſſ.* τ.

ἐκ καλάμης δῆλος ἐστὶν ὁ τεθερισμένος στάχυς.
*Ex culmo perſpicitur ſpica demeſſa.*

*Etiam in ſene apparet, cuiuſmodi fuerit iuuenis.*

E cantu dignoſcitur auis. οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτος ἐστὶ καὶ ὁ [...]
*Qualis vir, talis oratio. Iactatur vulgo ſimillimum [...]mis autem dignoſci, id eſt: è cultu ſpectari vitam & [...]minis.* Am geſang kennet man den Vogel.

Effœminatorum etiam oratio effœminata. [...] δροι λόγοι. *Zenodot.*
*Inertibus viris iners oratio, vt quiſque eſt, ita & loqu[…]* hört auß den worten/ was Kauffmansſchatz er treibet.

Vanæ coniecturæ.
*In eos, qui de euentu negotij ſolent augurari, compet[…]*

ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο
Φοιτῶσ', οὐδέ τε πάντες ἐναίσιμοι.

Id eſt:

*Aſt permulta auium verſatur in æthere turba,*
*Quarum non quæuis portendere idonea fatum.*

Ex vno omnia ſpecta. ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὅρα.
*Admonet adagium, ex vnius euentu experimentu[…] ſimilium coniecturam oportere facere.*

Domi coniecturam facere. οἴκοθεν εἰκάζειν.
*Quod non aliunde petitur, id domi fieri prouerbio di[…]*

Prima facie, prima fronte. *Quintil.*
*Sapiunt hæc quoque prouerbium, maximè quum a[…]reas referuntur. Prima facie, prima fronte, pro eo quod [...]tutu, m priuſquam preſſius ac diligentius conſideres.*

Cribro diuinare. κοσκίνῳ μαντεύεσθαι. *Lucianus.*
*Eſt coniectura ſagaci rem deprehendere, aut ſtulti[…] cultis diuinare.*

Signum bonum aut malum. σύμβολος ἀγαθὸς ἢ καὶ φα[…]
*Vbi quis de re incognita diuinat incertus.*

Stellis obſignare, obelo notare. ἀστέροις σημειοῦσθαι, [...] ρίζεσθαι. *Euſtath.*
*Dictum de his, qui longam aut deſertam viam per[…] neceſſe habeant regionum ſitum ſtellarum obſeruatio[…]*

Vna hirundo non facit ver. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.
*Vnus dies non ſat eſt ad parandam virtutem, aut [...] Eodem pertinent & iſta,* πόλις οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρός ἐστ' [...] *mo non facit ciuitatem. Item. Vnus nummus non fa[…]* Es fellt kein Eych von einem ſtreich. Ein bundte R[…] Winter.

Omnibus veſtigiis inquirere. πᾶσιν ἴχνεσι ζητεῖν.
*Omnibus veſtigiis inquirere dicitur, qui ſumma cu[…] diligentia rem perueſtigat.*

Qui bene conijciet, hunc vatem. *Tullius.*
*Admonet adagium, futurorum præſcientiam non i[…] auguriis petendam eſſe, ſed à prudentia.*

Certum proſpicio.
*Qui ſe negabit temere, male, ſecusue de exitu rei [...]tire, ſed certis adductum argumentis & pluribus exp[…] ſeruaſſe, accommodabit illud Homeri* 1.

Οὐ γὰρ ἀπειρήτως μαντεύσομαι, ἀλλ' εὖ εἰδώς.
*Nam neque inexpertus iam diuinauero, ver[…]*
*Egregie callens.*

Rem acu tetigiſti. *Plautus.*
*Pro eo quod eſt, Rem ipſam diuinaſti nihil aberrans.*

Scopum attingere. τυγχάνειν τȣ̃ σκοπȣ̃.
*Eſt voti compotem fieri, à coniectura rem ipſam a[…]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ſæpe,atq; id genus aliæ figuræ omnes prouerbium ſapiunt.

Crepitu probabis πλαταγῇ δοκιμάσεις.

...qui ridicule explorant alterius in ſe animum.

Qualis vir,talis oratio. οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτος ἐστὶ καὶ ὁ λόγος.

Seneca in epiſt. Apud Græcos, inquit, in prouerbium ceſſit, Talis ...ibus fuit oratio, qualis vita. Den Eſel kennet man bey den ...ren vnd bey den worten einen Thoren.

Quanquam non dixeris,tamen apparet è pelle. εἰ μὴ λέγεις, ἀπὸ ... δέρματος φαίνει.

...ipſa redarguit mendacem, & oris habitus. Vnde illud Cice-...: Niſi fingeres,non ſic diceres.

...nus apparet,quæ plantæ frugiferæ futuræ. αὐτίκα καὶ φυλλ... ...καρπια ἔσεσθαι.

...n pueris elucet indoles futuræ probitatis. Es krimmet ſich ...was ein guter Hack werden ſoll. Was zur Neſſel werden ...fanget zeitlich an zu brennen.

Leonem videre, hoſtium prælia portendit. λέοντας ἰδεῖν δυσμενῶν ...ἀγώνας.

Tranſlatum vel à ſomniorum coniecturis, vel ab obſeruantibus ...

Mortuos videns. νεκροὺς ὁρῶν, νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.

Refertur à Suida, tanquam vulgo iactatum de diuinatione quæ ...ur ab inſomnijs ſuperſtitione omnium vaniſſima. Id tamen ita ...quod mors finis ſit omnium huius vitæ malorum.

Mortuus per ſomnum,vacabis curis. θανὼν καθ᾽ ὕπνους, φροντίδων ...

Verſiculus vulgo iactatus apud Græcos. Exiſtimabant enim eum, ...ſe mortuum ſomniaſſet, à curis moleſtiisq; liberatum iri, quod mors ...doloribus imponere videatur.

## ¶ Fabvla.

Pater & Materfamilias.

...cum quodam mulier iracunda & moroſitate intole-... familiæ. Hic cognoſcendi cupidus, vtrum ſua ne tan-... an etiam paterna domus ferre illam nequiret,bona cum ... magna res agatur, ad patrem eam remittit. Poſt dies ...reuocatam interrogat,quam recte ſibi cum familia pa-...miſſet? Bubulci,inquit illa, & paſtores mihi viſi ſunt of-...præſentia,Ibi vir,mulier exclamans,inquit,ſi grauis & in-...qui prima luce domo egrediuntur, & eadem poſtrema ...: quid de aliis ſuſpicandum,cum quibus totos dies ver-...

...gendum, ſæpenumero magna de paruis reſciſci, & incerta ...explorari ſolere. Ioach. Camer. Fab. Æſop.

Vide Opin. o.

# Coniugium.

## ¶ Definitio et Etymol.

Coniugium, ſiue Matrimonium eſt viri & mulieris coniun-...indiuiduam vitæ conſuetudinem continens,cum diuini & ...iuris communicatione. In Sum. 27. q. 2. §. ſane. c. illud. extr. ...ſumpt.

Coniux & coniugium à communi iugo dicuntur: metaphora ...bobus eodem aſſuetis iugo: qui, poſteaquam concordes ...aſſuetudo,commode ferunt iugum. Iacob Spiegel in Lexico ...C.

Coniugium, συζυγία, duorum in vnam carnem coniunctio: Sub ...coniuncti dicuntur maritus & vxor. Hebr. Catumah, à ..., affinitatem contraxit, propinquitatem iniuit per deſpon-... Comprehendit omnes gradus affinitatis.

## ¶ Loci Biblici.

Coniugium inſtituitur, Geneſ. 2. v 24. confirmatur & ſancitur, 9. ...ibus honorabile eſt, Hebr. 13. 4. continere ſe non valentibus ...um, 1. Cor. 7. v 2. 9. itaque non ſpernendum, Matth. 9. v. 12. ...Matrimonium. Coniugii arctiſſimum & indiſſolubile vincu-... 2. 24. Matth. 5. 32. & 19. 5. Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. 1. Cor. 7. ...nemo præter Deum ſoluere poteſt, Matth. 19. 6. Relin-...itur homo propter coniugem ſuam patrem & matrem, ... 24. Matth. 19. 5. non ſimpliciter, ſed κατά τι, comparatiuè ...do, id eſt, illud potius faciat, quam vt vxorem deſerat. ...orum mutua obligatio, 1. Corinth. 7. v. 3. 4. ſolicitudo, v. 33. ...primo anno à belli exercitio immunes, Deuteron. 24. v. 5. ...prohibitio diabolica, 1. Tim. 4. 3. Coniugum officia, Epheſ. ... 1. Pet. 3. v. 6. 7. 8. Coniugium ſpirituale inter Deum & Eccle-...Cantic. 12. 3. & c. cap. Eſa. 50. 1. Ier. 31. 22. Ezech. 16. v. 7. 8. ... 2. 20. Matth. 9. 15. & 22. 2. & 25. 5. Marc. 2. 19. 2. Cor. 11. 2. Apoc. ... 21. v. 2. 9. Iuramento ſancitum, Ezech. 16. v. 8. Vide Epheſ. 5.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

Quia ægritudini ſemper conſulendum eſt; propterea ſi contigerit primo priuari coniugio, ſi voluerit ſecundas vel tertias inire nuptias,nullum de illis peccatum habebit,ſi eas caſtè ſeruauit,& ſi fuerit aliquis coniugalis exceſſus, qui tamen legitimum non violet thorum,habet nonnullum,ſed veniale peccatum. Auguſt. de fide ad Petrum.

Matrimonium non eſt, vbi datur opera, ne fœmina pariat. Auguſt. l. 2. de mor. Mani.

Bene vtitur malo concupiſcentiam reſtringens connubio. Auguſt. de pueror. bapt.

Coniugum diſſenſio totius domus eſt perturbatio. In Pſal. 35.

Coniugium humile melius eſt virginitate ſuperba. In Pſal. 99.

Propemodum non inferioris virtutis eſt eo abſtinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quam coniugii oblectamenta neſcire. Copula nuptialis non eſt quaſi culpa vitanda, ſed quaſi neceſſitatis ſarcina declinanda. Ambr. de viduit.

Tolle,quod peius,& per ſe non erit bonum nubere. Vide qualia ſunt matrimonia,quæ lupanaribus præferuntur. Hieron. in epiſtola quadam.

Sicut boni filii adulterorum nulla defenſio: ſic mali filii coniugatorum nullum crimen eſt matrimonii: quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt atque virtutum. In Epiſt. ad Ruffinum.

Bonum eſt coniugium, ſed mala ſunt, quæ circa illud ex huius mundi cura ſuccreſcunt. Dum ergo tenetur, quod non nocet ex rebus iuxta poſitis,committitur plerunque quod nocet.

Sicut ſæpe rectum mundumq; iter pergimus,& tamen ortis iuxta viam vepribus per veſtimenta retinemur. In via quidem munda non offendimur,ſed à latere naſcitur,quo pungamur. Greg. 12. Mor.

Qui tentationum procellas cum difficultate tolerant, coniugii portum petant: Melius eſt nubere,quam vri. Sine culpa enim ad coniugium veniunt,ſi tamen nec dum meliora deuouerunt. ibid.

Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet,ſubaudi violenter, ſine lege,abſque ratione. Non enim homo ſeparat,quos pœna damnat, quos reus accuſat,quos maleficium coarctat. Iſidor. ſuper Matth. cap. 19.

Quemadmodum ſi vides hominem aſſidue amicitias medicorum colentem,ex hoc ſtatim intelligis,quod infirmus eſt ſic & cum videas ſiue virum, ſiue mulierem de dimittendis vxoribus aut viris legem interrogantes,cognoſce,quia vir ille laſciuus eſt, & mulier illa meretrix eſt. Chryſ. ſuper Matth. 29.

Omnis cauſa,per quas naſcitur, per ipſas abſoluitur cauſas: matrimonium enim non facit coitus,ſed voluntas: & ideo non illud ſoluit ſeparatio corporis,ſed ſeparatio voluntatis. ibid.

Sicut crudelis eſt & iniquus,qui caſtam dimittit: ſic fatuus eſt & iniuſtus,qui retinet meretricem. ibid.

Coniugibus Chriſtianis Dominus præcepit,ne quiſquam dimittat vxorem,excepta cauſa fornicationis. Vbi autem quælibet ex eis perſona infidelis eſt, conſilium Apoſtoli attendatur, vt ſi infidelis conſentit habitare cum viro fideli,vir non dimittat vxorem. Similiter & vxor fidelis virum,ſi cum illa habitare conſenſerit. Quod infidelis,inquit, diſcedit, diſcedentis non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi? Id eſt, ſi infidelis noluerit eſſe cum coniuge fideli, hic agnoſcat fidelis ſuam libertatem, ne ita ſe ſubiectum deputet ſeruituti,vt ipſam dimittat fidem,ne coniugem amittat infidelem. Aug. ep. 89.

Vtriuſq; ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis rectè excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſſit eſſe officiū, ſit ægrotis remedium. Neq; enim, quia incontinentia malum eſt, ideo connubium,vel quo incontinentes copulantur, non eſt bonū: imò verò non propter illud malum culpabile eſt hoc bonum: ſed propter hoc bonum veniale eſt illud malum: quoniam id, quod bonum habent nuptiæ, & quod bonæ ſunt nuptiæ, peccatum nunquam eſſe poteſt. Idem de Geneſi ad lit. cap. 7.

Quum initio viri ſorores ſuas coniuges acceperunt, profectò in quanto eſt antiquius, compellente neceſſitate, tanto poſtea factum eſt damnabilius,religione prohibente. Habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis,vt homines,quibus eſſet vtilis & honeſta concordia, diuerſarum neceſſitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vna multas haberet,ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos: ac ſic ad ſocialem vitam diligentius colligandam, plurimæ plurimos obtinerent: Pater quippe & ſocer duarum ſunt neceſſitudinum nomina. Vt ergo alium quiſq; habeat patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas porrigit. lib. 15. de ciuit. Dei, c. 16.

Etiamſi continentia coniugio præferatur, melior eſt tamen fidelis coniugatus,quam continens infidelis. Sed continens infidelis, homo non ſolum minus laudandus eſt, quia ſe continet, dum non credat: verum etiam multo magis vituperandus, quia non credit, cum ſe contineat. Conſtituamus ergo omnes bonos: etiam ſic profectò melior eſt coniugatus, fideliſſimus & obedientiſſimus Deo, quam continens minoris fidei, minoriſq; obedientiæ. Si verò paria ſint cætera, continentem coniugato præferre quis ambigat? libr. 16. de ciuit. Dei.

Bonum coniugii Dominus in Euangelio confirmauit, non ſolum quia

lum quia prohibuit dimittere vxorem, niſi ex cauſa fornicationis, ſed etiam quia venit inuitatus ad nuptias. *Lib. de bono coniug.*

Coniugium mihi bonum videtur, non propter ſolam filiorum procreationem, ſed propter ipſam etiam naturalem in diuerſo ſexu ſocietatem. Habet etiam id bonum, quod carnalis vel iuuenilis incontinentia, etiamſi vitioſa eſt, ad propagandæ prolis redigitur honeſtatem, vt ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis. *ibid.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Horat. 1. carm. 13.

*Felices ter & amplius*
*Quos irrupta tenet copula: nec malis*
*Diuulſis querimonijs*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

Propert. 15.

*Exemplo iunctæ tibi ſint in amore columbæ,*
*Maſculus, & totum fœmina coniugium.*

## ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ, quæ multis nubit, multis non placet. *Sen. in prouerb.*

Vitium vxoris aut tollendum aut ferendum eſt: qui tollit vitium vxoris, commodiorem præſtat: qui fert, ſeſe meliorem facit. *Gell. lib. 1.*

Nulla tam bona eſt vxor, in qua non inuenias, quod conqueraris. Sicut nihil ſuauius benigna coniuge: ita nihil infeſta muliere crudelius: quanto enim ſapiens vitam ſuam pro viri ſalute opponit, tanto maligna ad mariti mortem etiam vitam ſuam reputat. Nihil ergo muliere moleſtius, quæ quantum in te coniunctior, tantum diſiunctior morum dulcedine, aut felle malitiæ. Mulier ſpecioſa templum eſt ædificatum ſuper cloacam. *Di. ge. Phil.*

Duo genera lachrymarum habentur in oculis fœminarum, veri doloris vnum, inſidiarum alterum. *Pyth. phil.*

### *De coniugij claritate.* Dial. LXV.

*Franciſci Petrarchæ.*

Gav.

Vxorem duxi nobilem. R. Mallem tibi non tantum picas ac pſittacos, ſed bubones, ſtrigesque domi eſſe, illi canerent, iſta iurgabitur, illi aliquid nuntiarent, hæc peraget, illos excludere licet, hanc non liceret. G. Claro coniugio ornatus ſum. R. Specioſa vinctus es catena, vnde te ſola mors liberet. Gav. Claro coniugio felix ſum. R. Caſto felicior, feliciſſimus cœlibatu. G. Pulchro coniugio illuſtratus ſum. R. Anceps vxoris electio, deformis facile faſtiditur. Formoſa difficile cuſtoditur, ea lege, qua inter formam corporis atque animi caſtitatem, lis prope perpetua eſt. Sed vt, quod rariſſimum eſt, contingat & formæ pudicitia iuncta ſit, vberius tecum agam: accedant & fœmineæ dotes aliæ, nobilitas, cenſus, opulentia, fœcunditas, atque facundia, famæ integritas, morum candor, ſcito tuum limen his immixtam ſubintraſſe ſuperbiam, vt iure Satyricus videatur malle Venuſiam, quam Corneliam, Grachorum matrem Africani filiam, paternis triumphis ac gloria inſolentem. G. Nobile coniugium & honeſtum obtigit. R. Quid de faſtu faſtidioque ais? Parum ne fœminei mores noti? Diſce ſeruire, diſce pati, diſce caros pellere, vni coniugio vacandum eſt, Amicitiarum ſcopulus vxor imperioſa, & viri affectuum moderatrix. G. Generoſa mihi vxor obuenit. R. Grauis ſarcina, duræ compedes: liberos humeros, atque olim liberos pedes prement. Durum dictu, durius cogitatu, duriſſimum perpeſſu, non vnius lucis, ſed totius vitæ hoſpes forſitanque hoſtis, vacuam præſidiis inuaſit domum, vnde illam (vt dixi) veteris repudii ſpe ſublata, ſola ſcilicet mors excludat. G. Coniugem gratam duxi. R. Erras, illa te duxit, diu nimium fueras tuus, acceſſit ſponſo domina, carnifex priuignis, æmula ſocrui, familiæ iugum, coquinæ labor, onus penui, ſumptus arculæ, ornamentum aulę, diurnum ſpectaculum feneſtrę, lis nocturna cubiculo. G. Vxor mihi venit amantiſſima. R. Cum amore ſi neſcis zelus & ſuſpiciones & querelæ ſubeunt, immortale duellum domi habes, ipſis ex voluptatibus & iocis inimicitiæ erumpent, nec ad menſam, nec in thalamo tutus eris: nullum tempus litigio vacabit, media nocte pugnabitur. G. Exoptatas nuptias contraxi. R. Cum coniuge nuptias, cum pace diuortium. G. Vxor contigit, cui vnice placeo. R. Melius forſitan diſpliceres, non te amando premeret atque attereret, & cogitare, & res tuas agere, & ſomnum carpere ſineret, nunc vxori placens nil quod tibi placeat præter illam ſperes, totum ſibi te vindicat, nec ſufficies totus. Si quo forte ire velis fugere te, fugæq; cauſas fingere, ſi quid agas oblitum ſui, ſi quid cogites iratum ſibi, ſi cibo abſtineas ſordere res ſuas tibi. ſi ſomno ceſſeris, externa te Venere feſſum dicet. Denique vt vxori placidus, tibi atque aliis inutilis ſis oportet. G. Vxorē habeo, quæ me ardenter amat. R. Melius amaret caſte, pie, & ſobrie, ac verecunde, ardens enim amor qui niſi incendium eſt animæ? qua ardente quiſnam tibi modeſtiæ, quis reuerentiæ coniugali, quis tranquillitati locus, aut quieti? ...
amat vxor, niſi viciſſim ſe amari ſenſerit tepeſcet, amore...
mutabit, ſin æquandus tibi eſt amor, & tu ardeas neceſſe...
deditus ſi amanti Zelotypæ coniugis vir in ſomnis nunc...
nunc querelis, fictisque criminibus excitandus exercen...
noctem ſeu licentius oculum deflexeris, ſeu ridenti len...
ſeu vicinam ſalutaueris, ſeu formam alterius laudaueris...
mum ſerius redieris, poſtremo aliquid feceris, aut di...
ſpectus, læſique reus ſis amoris, quæ ſi vita dici debet, qu...
dicenda ſit neſcio. Et hæc equidem de ardenti tuo amo...
noſtra eſt. G. Eſt mihi perpetua thori conſors R. Et ſ...
tuum exilium. Maritalis lecti rarus ac tenuis ſopor eſt...
ptas, hinc iurgia, quies nuſquam. G. Habeo vxorem fide...
R. Fuiſſe fideles aliquas non nego vsque etiam ad morte...
fecto homini qui hoc vitæ genus elegerit magnæ di...
bona & fidelis, maior tamen eſt acies aduerſa. Nempe...
ſtrium multi dolo coniugum periere. Sileo Danai truc...
tas nuptias, & infamem noctem, miſeramque tot ſim...
ſtragem. Non hoc illi quorum ſupra meminimus graui...
non, non Phryx Deiphobus neget: non ex veſtris Africa...
non poſtremo recentior Alboinus rex, cuius ab impud...
fuſus coniuge nitidi Atheſis ripam ſanguis infecit. G. V...
bilem, caſtam, manſuetam, humilem, & obſequioſam, ...
reperi. R. Mirus anceps, cornicem candidam inueniſti...
men qui inueniſſe ſe fuſcam putet.

### *De raptu coniugij.* Dial. XX.

Franciſci Petrarchæ.

Dol.

Vxor mihi præripitur. R. Violentum omne moleſtu...
fateor. At res ipſa ſi per te illam æſtimes, quam quæſo ...
ſtiæ cauſam habet? Cum profecto ſi importuna eſt vxor e...
ſio magni oneris ſit leuamen. D. Rapta eſt coniunx. R. Si...
dum corporis curanti præmium debetur, quid non leu...
languores, ac moleſtias debeatur? Si quis tibi medicu...
febrem attuliſſet, & gratiam illi haberes, & pretium dare...
facias continuam auferenti? D. Rapta eſt vxor. R. Ne...
ptori debeas, citra ingens indeciſumque litigium vna c...
forſitan & graue periculum tuæ domus limen exceſſit...
erunt, qui vixiſſent ſi vel raptu vel aliter coniugibus ca...
ter vitæ mala nihil peius quam inteſtina diſcrimina. D...
abiit. R. Si coacta iuit ignoſcito. At ſi volens, vno a...
quæritur vindicta. Nam & adultera ſuum ad raptorem ...
tuum virus ſuam tranſtulit in domum. Qualem enim ...
ret, quæ talis fuerit marito? D. Vxor cum raptore libens...
ne paululum. Alteri quidem alterius faſtidium non l...
tulerit. Si ante flagitium cogitarent homines, non eo ...
tes ad peccandum eſſent. Nunc feruidos appetitus ſe...
nitentia. Nil niſi poſt factum cernitis, à tergo oculos ...
frons eſt. D. Rapta eſt vxor mihi. R. Hoc genus inu...
euadere potuêre, & Siphaci Maſſiniſſa, & Philippo H...
abſtulit. D. Rapta eſt mihi coniunx. R. Quod ſemel ti...
Menelao.

## ¶ Apophthegmata.

*Theſea* Dionyſii ſoror, nupta Polyxeno, poſtquam m...
tyranni profugiſſet, & rex ſororem accuſaret, quod ...
mariti non indicaſſet: Adeone, inquit, Dionyſi, me vil...
animi fœminam iudicas, vt ſi ſenſiſſem illum moliri fu...
me illi nauigationis & omnium fortunarum comes ...
fuerim? *Eraſ. 5. apoph. ex Plut.*

*Portia* Bruti vxor, Catonis filia, poſteaquam ſenſit c...
de Cæſare interficiendo, ea nocte quæ præceſſit diem i...
occiſus eſt, egreſſo cubiculum Bruto cultellum ton...
vnguium reſecandorum gratia popoſcit, eoque quaſi ...
nibus elapſo, ſeipſam grauiter vulnerauit. Mox Brutus ...
cillarum in cubiculum reuocatus, obiurgare eam cœpit...
ſoris præripuiſſet officium. Hic illa clam marito: Non ...
temere feci: nam experiri volui, ſi quod conſtitutum ...
ceſſerit ex ſententia, quam æquò animo me ferro ſim...
*Plut. in Bruto.*

*Iulius Cæſar*, Pompeiam vxorem, quod ſiniſtra fama ...
quaſi cum Clodio rem habuiſſet, repudiauit quidem. ...
cum Clodius hoc nomine reus perageretur. Cæſar ci...
hil mali de vxore dixit. At cum accuſator diceret, Cur ...
illa feciſti diuortium? Quoniam oportet, inquit, Cæ...
etiam à calumnia puram eſſe. Præter argutiam reſpon...
teſt & ciuilitas: quod repudiatæ coniugis famæ peperc...
*Ro. apoph.*

*P. Syrus* eum improbe Neptunum accuſare dicebat, ...
ex naufragio liberatus, iterum mari ſe credit. Tranſf...
ad eum, qui ſecundam duxit vxorem. *Bruſ. l. 4. c. 25.*

*Dionyſius*, matri ſuæ præter ætatem nubere cupien...
lia, inquit, ô mater, iura violari poſſunt, naturæ ius n...
Significans, contra naturam eſſe, ſi vetula quæ iam p...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... habebat: At hodie nubunt ſeptuagenariæ. *Plut. in Reg. apoph. & l. 4. c. 1*

*Eponina*, ab amicis admonita, vt poſt defunctum priorem maritum alteri nuberet, cum ætas eſſet & integra, & forma præſtantiſſima adhuc: quorum alterum præberet ſpem prolis, alterum promereret amorem mutuum; nullo, inquit, pacto hoc factura ſum, ſi enim bono viro nupſero, nolo poſthac timere ne amittam: ſin verò malo, quæ me caperet dementia, vt poſt optimum talem admitterem? *Eraſ. lib. 8. apoph.*

*Valeria*, à quodam rogata quam ob rem defuncto Seruio marito nulli poſthac nubere vellet? Ideo, inquit, hoc facio, quia Seruius mihi licet alijs defunctus ſit, apud me viuit, viuetq; ſemper. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Marcia Catonis F.* interrogata, quam ob cauſam poſt mariti mortem noluiſſe copulare viro renueret? Reſpondit, quia non virum facile inuenero, qui me magis velit, quam mea. Noluit probare caſtiſſima matrona hoc coniugium, quod mutuo careret amore. Quæ enim ob eam cauſa nubit viro, concubinum verius quàm maritum habebit. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Porcia*, cum laudaretur apud eam mulier quædam vt bene morata, quæ tamen iterarat matrimonium: Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit niſi ſemel. Non paſſa eſt illam inter bene moratas numerari, quæ citra neceſſitatem aſciſceret alterum virum. Nam interdum huc cogit egeſtas. Porro coitus gratia nubere, eſt non verè pudicarum. Eoque dixit, Felix excuſans neceſſitatem. *Eraſm. l. 8. apoph.*

*Eadem*, quum diutius lugeret maritum, rogata quem eſſet habitura diem luctus vltimum? reſpondit, Quem & vitæ. Sic illa Ethnica magno ſanè cum dedecore plurimarum Chriſtianarum, quæ viro nondum elato iam nupſerunt. *idem.*

*Barbara Imperatrix* Sigiſmundi Cæſaris vxor, eo fatis functo diu ſuperſtitit: ei autem cum diceret aliquis, imitandum turturis exemplum, quæ mortuo marito, perpetuam caſtitatem ſeruaret: Si inquit, ratione carentes imitari volucres iubes; cur non columbas potius paſſeresque proponis? *Æneas Sylu. de dictis Sigiſmundi & Friderici Imper.*

*Pittacus*, expertus dicebat, Æqualem ducito: quum ipſe domi haberet opulentiorem, ac perinde moroſam & imperioſam. *id latius explicat Chiliadibus Eraſ.*

*Antiſthenes* adoleſcenti conſulenti, cuiuſmodi vxorem ducere deberet: ſi formoſam duxeris, inquit, habebis communem: ſin deformem, habebis pœnam. Suaſit ducendam eſſe vxorem, quæ nec faſtidium viro moueret, ob deformitatem: nec ob inſignem formam peteretur ab adulteris. Tribuit autem Gellius hoc dictum Bianti: ſed *Laert. lib. 6. c. 1.* Antiſtheni.

*Demonax*, Epicteto Cynico ſuadenti, vt vxore ducta daret operam liberis: neque enim id indignum eſſe philoſopho: Da mihi, inquit, igitur vnam è filiabus tuis. Notans illum ineptè ſuadere alteri, quod ipſe non faceret. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

Cato narratur illud Catonis dictum, Si ſine vxoribus mundus eſſe poſſet, vita noſtra non eſſet abſq; diis. Senſit feliciſſimam hominum vitam fore, ſi datū eſſet à coniugio liberos viuere. Sed, vt idem apud A. Gellium, cum illis incommodè viuitur, ſed ſine illis omnino non viuitur, vt merito dici poſſit vxor neceſſarium malum. *Eraſ. l. 8. apoph.* At cœleſtis veritas, vxorem bonum neceſſarium eſſe docet.

*Alphonſus* dicere ſolebat, ita demum matrimonium tranquille, abſque querimonias exigi poſſe, ſi maritus ſurdus fiat, vxor cæca: ſentiens, opinor, fœmineum genus obnoxium eſſe zelotypiæ, atque inde ortas rixas & querimonias: rurſum maritis permoleſtam eſſe vxorum garrulitatem: qua moleſtia cariturus ſit, ſi fiat ſurdus: nec vexabitur adulterii ſuſpicione, ſi careat oculis. *Eraſm. libr. 8. apoph.*

*Pittacus* interrogabat quendam, quamobrem vxorem ducere nollet: qui cum reſpondiſſet: Quoniam ſi formoſam duxero, habebo eam communem, ſin deformem, pœnam: haudquaquam, inquit Pittacus: Sed ſi pulchram duxeris, non erit tibi pœna: ſin deformem, non habebis communem. *Stob. ſerm. 65.*

*Antiſthenes*, Quidam cenſebat ſapienti non eſſe ducendam vxorem: ſed Antiſthenes contra, cenſebat ducendam eſſe, at non voluptatis, ſed liberorum gratia. Debetur hoc naturæ, & patriæ. Sed cum bona indole præditis congredietur, vt ex bonis naſcantur boni. Quin & amabit maritus vxorem, non vulgari more, ſed iudicio, is enim verè & conſtanter amat, qui iudicio amat. At ſapiens optimè iudicabit, quæ ſint amore dignæ: aduerſus eos qui vxores ſe iactant habere pro matulis. *Recitat Eraſm. Rot. l. 7. apoph. ex Laert. lib. 6. c. 1.*

*Charilaus*, percontanti quamobrem Lacedæmonii virgines nudas producerent in publicum, vxores verò tectas: Quoniam, inquit, virginibus mariti ſunt inueniendi, vxores verò ſeruandæ iis, qui eas nacti ſunt. Huc ſpectabat ea conſuetudo, vt nec puellis deeſſent mariti, nec contaminarentur matrimonia præter aliarum gentium conſuetudinem, vbi virgines videri nefas eſt, vxores oculis hominum exponuntur. *Plut.*

*Anonymus.* Ciues qui à nuptiis abhorrerent, cœlibesque viuere mallent, à ſpectaculis quibus nudi pueri incedebant, arcebat Lycurgus, aliasque addebat ignominias, hac arte prouidens diligenter, vt ciues creandis liberis operam darent. Quum enim mos eſſet apud Lacedæmonios, vt iuniores ſenioribus multum honorem cultumque præſtarent, hoc honoris ademit iis, qui coniugibus ductis nollent augere ciuium numerum. Vnde nec illud in Dercillidam dictum reprehendit quiſquam, quum tamen belli dux eſſet probatiſſimus. Cum enim aduenienti iuuenis quidam non aſſurgeret, atque diceret, Non mihi aſſurgens ceſſiſti? Nec tu, inquit, mihi ceſſurum genuiſti. Tam procax iuuenis dictum in ſeniorem, eumque laude celebrem, nunquam tuliſſet populus Spartanus, niſi pro peſſimis ciuibus habuiſſet eos, qui ſponte ſteriles eſſe ſtatuiſſent, nec agnoſcerent quid patriæ deberent. Nam rem propius intuentibus, non ita magnum diſcrimen eſt inter eum qui ciuem occidit, & qui ciuem Reipublicæ dare cum poſſit recuſat. *Plut. in Lacon.*

*Lycurgus* quum certum tempus præſcripſiſſet, quo puellæ nubere, iuuenes ducere deberent: interrogatus cur id ſtatuendum putaſſet? Vt, inquit, ſoboles ex adultis perfectæque ætatis parentibus nata, valida ſit & vegeta. Et coitu præpropero non ſolum læduntur corpora gignentium, verum etiam proles naſcitur imbecilla. Tum qui ante tempus dant operam liberis, carent apud illos auctoritate quam ætas conciliat: rurſus qui vergente iam ætate, nec fruuntur liberis ſuis, nec eos poſſunt ad perfectam inſtitutionem perducere: morte ſenioque præueniente. *Plut. in Lacon.*

*Leonidas*, Anaxandridæ filius, & Cleomenis frater, cum ad bellum contra Perſas proficiſceretur, Gorgoni vxori ſuæ interroganti, quidnam mandare vellet: Nihil aliud quam vt nubas, inquit, & bonos liberos parias. Quo dicto primum oſtendit, in eo prælio ſe periturum: deinde ſuadet vxori ne vidua maneat, ſed nubat, filios educet Reipublicæ. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Demoſthenes* dicebat, homines ſui ſeculi meretrices habere ad voluptatem explendam, concubinas ad quotidianam corporis curam: vxores vero (ſubijciebat) ducendæ ſunt: vt liberos legitimos gignamus, & familiæ fidam cuſtodem præficiamus. *Stob. ſermon. 65.*

*Antianira*, Amazonum regina, demirantibus quod nupſiſſet claudo: ſatis Cynice reſpondit, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, id eſt, claudus optime virum agit. Senſit, maritum adhibendum non ad oculorum oblectamenta, ſed ad vſum coniugii. Feruntur autem claudi ſalaciores eſſe cæteris, & ob id ad gignendam prolem magis accommodi. *Eraſ l. 9. apoph.*

*Socrates*, ob adoleſcentulo quodam conſultus, vtrum vxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtineret, reſpondit vtrum eorum feciſſet, acturum pœnitentiam. Hinc te (inquit) ſolitudo, hinc orbitas, hinc grauis interitus, hinc hæres alienus excipiet, illinc perpetua ſollicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium ſupercilium graue, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonii, incertus liberorum euentus. *Valer. Maxim. lib. 7. de memorial. dictis.*

*Socrates*, cum quidam ex eius doctrina bene meriti diſcipuli ad eum deſcenderent, rogantes eum, vt aliquod præceptum ordinandæ ſuſciperent vitæ, in ſuum eos diuerſorium ſecum venire fecit, vxoremque ſuam Xantippen in ſuperioribus conſtitutam vocauit, iuſſitque, vaſa oleo & melle plena vt ejiceret: adminiſtrantibusque diſcipulis ait: ſi hanc in domibus veſtris rerum poteſtatem habueritis, beatam vitam ponetis. *In Prouerb. Philoſoph.*

## ¶ Similitudines.

*D. Hieronymi.* Vt ſi quis ſe incontinentem non erubuerit confiteri, in languorem incontinentiæ reclamanti non denegetur remedium nuptiarum. Quomodo ſi peritus medicus inquieto ægro, & neganti ſe poſſe à pomis omnibus abſtinere, concedat aliquantum, ne illa pernicioſa præſumat. *In ſeptimum caput prioris ad Corinthios.*

*D. Auguſtini.* Iuſtus quamuis cupiat diſſolui & eſſe cum Chriſto, tamen ſumit alimentum, non cupiditate viuendi, ſed officio conſulendi, vt maneat quod neceſſarium eſt propter alios. Sic miſceri fœminis iure nuptiarum, officioſum fuit ſanctis viris, non libidinoſum. Quod enim eſt cibus ad ſalutem hominis, hoc eſt concubitus ad ſalutem humani generis. *Lib. de bono coniuga. c. 15. & lib. de Virg.*

*Plutarchi.* Quæ malunt dominari dementibus maritis, quam ſanis ac prudentibus parere: perinde faciunt, ac ſi quis in itinere malit cæcum ducere quam ſequi videntem & viæ gnarum. *In Moralibus.*

Vt Paſiphae maluit tauri congreſſum, cùm vxor eſſet Minois: Sic quædam nuptæ moderatis ac ſeueris viris ad intemperantium amorem deuergunt. *In Moral.*

Vt vincula ex commiſſura vires accipiunt: Sic ex conſenſu viri & mulieris, familiæ ſtatus. *In Moral.*

Vt humida miſcentur omnibus partibus: Sic inter coniugatos omnia debent eſſe communia. *In Moralib.*

Vt vinum appellatur, etiam ſi maior pars aquæ ſit admixta:

Ita domus mariti dicetur, etiamſi mulier plus contulerit. *In Moralibus.*

Vt corpus nihil poteſt abſque animo, nec animus rectè valet, niſi corpore incolumi: Sic inter vxorem & maritum omnia ſunt communia. *In Moral.*

Vt qui in equum inſilire non poſſunt ob imbecillitatem, docent ipſum inflectere genua: Sic quidam generoſas ac potentes nacti vxores, non dant operam vt ipſi meliores fiant, ſed illas deprimunt. *In Moral.*

Qui venenis piſcatur, facile interimit, & tollit piſcem: ſed corruptum & malum: Sic quæ philtris captant maritos, ſtupidos habent & inutiles. *In Moral.*

Pro equi magnitudine temperamus frena: Ita pro vxoris dignitate moderanda gubernatio. *In Moral.*

Vt Circe non fruebatur iis, quos verterat in ſues, aut leones, ſed Vlyſſem ſanum vltra omnes dilexit: Ita quæ veneficiis nactæ ſunt maritos, inſuauem cum illis vitam agunt ob dementiam. *In Moralibus.*

Cœlii Rhodigini, Quemadmodum ignis palea vel leporinis facile ſuccenditur pilis, atque ocyus item reſtinguitur, contabeſcitque, niſi robuſtior firmiorque materia fuerit admota qua confoueri aliqua poſſit, ita momento euaneſcere nouorum coniugum amorem, forma ſolum corporis conciliatum, niſi bonis præfultus moribus, ac prudentia coalitus radices miſerit altius. *lib.*28. *c.*21.

Sicuti Geometræ ferunt, lineas & ſuperficies non per ſe, verum vnà cum corpore moueri: Sic vxorem affectum nullum habere proprium conuenit: ſed ſtudia, curas, riſum, communia habere cum viro. *lib.*28. *c.*21.

Luna quidem, cum abeſt à ſole, lucidam eſſe videmus, claramque: at eidem admotam obſcurari, hebeſcereque occultatam: Sic è diuerſo modeſtam oportet eſſe vxorem, addecetque aſſiſtente viro, ſeſe viſendam præcipuè exhibere. *ibid.*

Vt vini, ſic & matronæ auſteritas, vtilitatis plurimum, amarulenti nihil interfuſum congruenter habere debet. *ibid.*

Vt medici aſtruunt in ſiniſtra parte exiſtentes plagas ad dextram ſenſum referre: Sic vxorem viri, & virum vxoris ſentire doloris conuenit irritamenta. *ibid.*

### ¶ Emblemata.

Nupta contagioſo.

*Andreæ Alciati.*

Emblema CXCVII.

*Dii meliora pijs, Mezenti, cur age ſic me*
*Compellas? emptus quod tibi dote gener,*
*Gallica quem ſcabies dira, & mentagra perurit,*
*Hoc eſt quidnam aliud, dic mihi ſæue pater.*
*Corpora corporibus quam iungere mortua viuis,*
*Efferaq; Etruſci facta nouare ducis?*

*Vide plura infra tit. Matrimonium, & ſupra Caſtitas. Item, Mulier, Virgo & Virginitas.*

---

# Coniuratio.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CONIVRATIO, Græce συνωμοσία, ας, ἡ, & συνωμότης, ου, ὁ, coniuratus dicitur: & συνομόω, coniuro. Et eſt quando aliqui rebelles auctoritati in vnum ſe colligendo, iuramenta inter ſe dederunt, *vt habetur* 11.*q.*1. Coniurationem. Vnde coniurare, eſt ſimul & in vnum iurare. Hebr. *Keſcher*, à verbo *Kaſchar*, ligauit, colligauit, conſpirauit. Gall. *Ligue.*

Coniuratio & conſpiratio pro vno & eodem crimine accipiuntur. 12.*q.*1. Coniurationum. Conſpirare, eſt ſimul, vel in idem ſpirare. *ſecundum gl. in c. Conſtitutionum, de ſent. ex l.*6.

Coniuro propriè eſt in alicuius perniciem iuro. Vnde coniuratio. Capiuntur nonnunquam coniuratio & conſpiratio in bonam partem, licet perrarò. *Horat. Coniurat amice.*

Coniurati ſunt hi qui coniurauerunt, & conſpirationem fecerunt.

### ¶ Exempla Biblica.

Coniurationis exempla: Abſalom, 2. *Sam.*15. *v.*10. Adonias, 1. *Reg.* 1. *v.*5. Zambri, 16.9. Iehu, 2. *Reg.*9. *v.*14. Oſeæ filius Ela, 15.30. Ieroſolymitani, 14.19. Sallum, 15. *v.*10. Phace, *v.*25. Amonis ſerui, 21.23. Iudæi, *Ierem.*11.19. & 18.18.

### ¶ Exempla Historica.

*Marc. Brutus & C. Caſſius* in C. Cæſaris cædem coniurarunt, aliosq; huius conſilii ſocios ſibi adiunxerunt. *Vide Plut. in Bruto.*

*Martia* concubina Commodi Imp. cum Q. Ælio L[...] præfecto, & electo cubiculi cuſtode, coniuratione fa[...] balneo Imperatori venenum, in vino ſuauiſſimo ob[...] *bellicum lib.*5. *Enn.*7. & *Herodian. in Commodo.*

*Carolus iunior Ludouici Germanorum regis filius*, [...] grauiter in præſentia patris & optimatum eius vexa[...] conuexatione confeſſus, hoc ſibi ideo contigiſſe, q[...] trem ſuum conſpirationem facere moliebatur. *Sigeb*[...]

*Tarquinij*, legati Aquiliorum & Vitelliorum fam[...] bus corruperant, duos item Bruti Coſ. filios: viſum e[...] ditoribus omnibus, hominis iugulati ſanguine libato [...] tactis, magnum & dirum iuſiurandum concipere. *Plut*[...] *lerio.*

*Darius rex* deſignatus à patre Artaxerxe Mnemon[...] ſiam pellicem à patre impetrare non poſſet, inſtinctu T[...] trà patrem coniurauit. *Plut. in Artaxerxe.*

Cum *Alexander Magnus* in Aſia eſſet, Dynimus q[...] leſtra Macedoniæ oppido, cum pleriſque aliis regi [...] *Diod. l.*17.

*L. Catilina*, nobili Sergiorum familia, valido corpo[...] uoq; ingenio, Syllanæ proſcriptionis nefarijque dom[...] tor, peſſimo exemplo captus: animum adiecit ad Remp[...] fraudem & ſcelus occupandam. *Sabellic. l.*5. *Enn.*6.

*Vide Seditio.*

---

# Conſcientia.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLO[...]

CONSCIENTIA, Græce, συνείδησις, εως, ἡ; & συνει[...] [...]icius dicitur. Et non eſt potentia, nec habitus: ſe[...] licet applicatio ſcientiæ: quandoque ponitur pro Sy[...] eſt actus eius. *B. Thom.*1. *parte, q.*79 *artic.*13.

Conſcientia eſt regula in ratione. Syntereſis verò d[...] tè, inſtigando eam ad bonum & honeſtum. *Ex A*[...] *Summæ.*

Conſcientia modo de pluribus eſt, modo de vno. [...] Salluſtius, Tum ſcelerum ſuorum imprimisq; [...] ſcientia ſoliciti, quo ſe verterent, non videbant. *De*[...]

Conſcientia, propriè ab Hebræis *Leb*, id eſt: cor; [...] nam & malam partem vox ea ſumitur.

### ¶ Loci Biblici.

Conſcientia quanti æſtimanda, 2. *Cor.*1. *v.*12. & 1[...] *Heb.*10.22. & 13.18. 1. *Pet.*3. *v.*13.16.17.21. 1. *Iohan.*1.7 & 3[...] ſcientiæ, ſolius Dei imperio ſubiectæ. *Rom.*6.17. & 14.[...] illis conſeruanda libertas, 1. *Corin.*7.35. & 14.40. 2. *Co*[...] *Col.*2. *v.*16.20. 2. *Theſſ.*3.4. 1. *Tim.*4. *v.*1. *Tit.*1.15. *Iac.*4.1[...] ſtabilienda, *Heb.*13.9. Conſcientia cauteriata, 1. *Tim.*4.[...] dubia nihil aggrediendum, *Rom.*14.23. Conſcientia i[...] dam dicendi genere dicitur à Paulo. 1. *Cor.*8.7. tacitum[...] cium, qui immunda eſſe putabant, quæ idolis fuera[...] que, bona conſcientia illis veſci non poterant. Conſc[...] perturbatio, *Sap.*17. *v.*10.11. Conſcientia mala hæreſ[...] *moth*, 1.19. ſemper pauida eſt, *Prou.*28.1. tanquam car[...] cruciat, *Gen.*4. *v.*6.7. *Eſa.*66.24. *Rom.*2.15. & 6.21. *Ep*[...] 2 & 6.10. *Tit.*3.11. *Heb.*10.27. *Iuc.*2.4. *Pet.*1.14. 1. *Ioan.*1[...] Conſcientia infidelium impura, *Tit.*1.15. Conſcientia[...] 1. *Tim.*1.19.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior te[...] perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto. *D. Pa*[...] *nos c.*9.

Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iu[...] *Idem* 1. *ad Cor.*4.

Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ [...] ſimplicitate cordis & ſinceritate Dei, & non in ſapient[...] in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. *Idem*[...]

Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in [...] adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veri[...] dantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam ho[...] Deo, nemini dantes vllam offenſionem, vt non vitupe[...] ſterium noſtrum. *Idem* 4. *c.*2. *Epiſt.*

Hoc præceptum tibi commendo, fili Timothee: [...] cedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam m[...] fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repe[...] dem naufragauerunt. 1. *ad Tim.*1.

Gratiam habeo Deo, cui ſeruio à maioribus cum [...] tia. 2. *ad Tim.*1.

Ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum coram [...] hodiernum diem. *Act. c.*23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... ipſe ſtudeo, ſine offendicu conſcientiam habere ad ... homines ſemper. *Eodem Ap.* 24.

... mini de ea, quæ in vobis eſt, ſpe, cum manſuetudine & re... conſcientiam habentes bonam; vt in hoc, quod vobis de... tanquam ſceleroſis, pudeſiant hi, qui inceſſunt veſtram bo... conuerſationem in Chriſto. *Pet. c.* 3.

... mei non diligamus verbo, neque lingua, ſed opera & ve... In hoc cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus, & in con... ſuadebimus corda noſtra. Quoniam ſi reprehenderit ... noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. 1.

... mentis quaſi iuge conuiuium. *Prou.* 15.

... ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam ha... ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus, ab eodem. 1.

... ſemper enim præoccupant peſſima, redarguente conſcien... cum ſit timenda nequitia, dat teſtimonium condemna... condemnata: ſemper enim præſumit ſæua perturbata con... *c.* 17.

## ❡ Patrvm Sententiæ.

... te ipſum cognoſcere quam ſi te neglecto ſiderum cur... herbarum, hominumque ac omnium terreſtrium pari... cœleſtium naturas tenueris: redde igitur te tibi, corrige greſ... tue antea, tanquam alium. *D. Bernhardus in Meditatio-*

... dulcius aut quietius bona conſcientia, quæ nec damna nec ... contumelias, nec quidquam aliud formidat? *Idem in lib.* ...

Conſcientia quotidie vireſcit, laboribus non affligitur: de... gaudio viuentem, conſolatur morientem; æternumq; ... *in eodem libro.*

... hominem homine nunc lætitia, quidam bonæ conſcientiæ ... *D. Aug. ſuper Geneſim.*

... veram requiem, quæ poſt hanc vitam Chriſtianis pro... quens, eam inter amariſſimas huius vitæ moleſtias degu... vndique ex bona conſcientia inter ærumnas lætaberis; ... inter delicias. *Idem de Catechum.*

... eſt illi, ſi de illa tabula eum humana vult delere igno... eundem de libro viuentium nunquam propria deleat con... & ſi bonum, quod de nobis dicitur, in mente non ... magnam debet in nobis triſtitiam generare: & econtra ſi ... de nobis dicitur, in nobis non inuenitur, in magnam ... tiam proſilire. *Aug. in ſer.*

... mala bene ſperare non poteſt. *In Pſal.* 31.

... malam laudantis præconium non ſanat, nec bo... conuitium. *Con. lit. Petil.*

... conſcius falſis non debet moueri conuitiis, nec æſtima... in alieno eſſe conuitio quam in ſuo teſtimonio. ...

... quiſque non intermittat opus probabile, ſiue à pluribus ... ſiue ſine arbitrio ſit. Abundat enim ſibi locuples teſtis ...: fugat etiam mala & opprobria, etiam ſi ſe credat non ...: nam etſi clauſis parietibus ſit coopertus tenebris; ... ſine conſcio, habet tamen facti arbitrium, quem nihil ... quem facta clamant omnia: denique clamauit & vox ſan... ipſum vnuſquiſque & animum ſuum ſeuerum iudicem, ... ſceleris, & vindicem criminis habet. *In Epiſtol. ad Con-*

... tibi neceſſaria, conſcientia & fama: conſcientia propter ... propter proximum. *Idem.*

... quod dicitur, ſemper tacite recurrere debemus ad men... teſtem & iudicem requirere. Quid enim prodeſt, ... laudent, & conſcientia accuſet? Aut poterit obeſſe, ſi ... gent, & ſola conſcientia defendat. *Greg. ſuper Ezech Ho-*

... parat habitaculum Deo, cuius nec ratio decepta, nec ... peruerſa, nec memoria fuerit inquinata. *Bernhardus in*

... conſolatio, quum & blaſphemamur à malis benefacien... diligant nos: omnino ſufficit aduerſum nos loquen... opinio bonorum cum teſtimonio conſcientiæ, *ſuper*

... tudo tua, fiducia fidelis conſcientiæ: decor tuus, ſplendor ... ionis. 3. *de conſider.*

... ex integro recuperaſſe te ſcias, ſi tuam conſcientiam ... compunctione ſentis morderi pudore gemino, & ge... Nam vitam ad perficiendum ſeptenarium triplex con... ſpecies atteſtatur: Deum cogita factorem tuum, cogita ... factorem, cogita patrem, cogita Deum. Ad omnia reus es, ... per ſingula, ad primum & vltimum reſpondeat timor tuus, ... media pudor. Ideo omne quod remordet conſcientiam, con... militer, pure, fideliter, & has ſeptem vices adimpleſti. *ſuper*

Conſcientia peccati formidinis mater. *Chryſ. in Pſ.*

Conſcientia eſt codex, in quo quotidiana peccata conſcribuntur. *Ibidem.* 50.

Conſcientia impiorum, magna pœna eſt: piorum vero, gaudium magnum. *Anſel. ad Cor.*

Semper conſcientia ſerui Dei humilis eſſe debet, & triſtis: vt per humilitatem non ſuperbiat; & per vtilem mœrorem cor ad laſciuiam non feratur. *Iſid. l.* 3. *de ſummo bono.*

Nulla pœna grauior pœna conſcientiæ. Vis autem nunquam eſſe triſtis: bene viue. Secura mens triſtitiam leuiter ſuſtinet. Bona vita gaudium ſemper habet; conſcientia autem rei ſemper in pœna eſt: nunquam ſecurus eſt reus animus: mens enim mala conſcientiæ propriis giratur ſtimulis. *Iſid. l.* 2. *ſoliloquiorum.*

Conſcientia munda eſt, quæ nec de præterito iniuſte accuſatur, nec de præſenti iniuſte delectatur. *ibid.*

Numiſma autem Cæſaris eſt: numiſma Dei, homo: in ſolidis Cæſar videtur, in hominibus autem Deus agnoſcitur. Ideo diuitias veſtras Cæſari date, Deo autem conſcientiæ veſtræ ſolam memoriam reſeruate. *Chryſ. ſuper Matth.* 22.

Sub ouina pelle vulpinam conſcientiam abſcondebam. Vulpina plane conſcientia, tepida conuerſatio, animalis cogitatio, ficta confeſſio, breuis, rara compunctio, obedientia ſine deuotione, oratio ſine intentione, lectio ſine ædificatione, ſermo ſine circumſcriptione. O quam dura ſunt mihi iſta quæ loquor, quoniam meipſum loquendo ferio. Verum tamen quia non me peccatorem nego, ſed peccatum meum cognoſco, erit fortaſſe apud Deum iudicem impetratio veniæ, ipſa cognitio culpæ. *Hug. l.* 1. *de anima. c.* 15.

Tranquilla conſcientia eſt, quæ omnibus eſt dulcis, nulli grauis; vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam: cunctis ad beneuolentiam: quibus poteſt ad beneficentiam, cui Deus nec ſua peccata imputat: quia non fecit, nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia non tacuit; nec ſuperbiam, quia in vnitate permanſit. *Hug. l.* 2. *de anima. c.* 3.

Conſcientia bona, titulus eſt religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum declinatorium, gaudium Angelorum, arca fœderis, theſaurus regis, aula Dei, habitaculum ſpiritus ſancti, liber ſignatus & clauſus: & in die iudicii aperiendus. *ibid.*

Conſcientia eſt cordis ſcientia, cor enim & ſe nouit ſua ſcientia, & multa alia: quando nouit ſe, appellatur Conſcientia quando præter ſe alia, nominatur ſcientia. *Idem c.* 12.

Quid acquiri putatur, vbi bona conſcientia prædicatur? aut in qua parte poſſit homo proficere, ſi innocentiam probatus fuerit amiſiſſe? *Caſſ. l.* 4. *epiſt.* 8.

Arborem quam florere vides, quam ſumma conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fæcunditatis animatur, reddens in ſuperficie, quod continetur in radice. Hominum quoque vultus magna hilaritate decoratur, ſi viſceribus ſanis grauamen nullius ſentiat læſionis. *Caſſ. l.* 2. *epiſt.*

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 4. Faſt.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet:*
*Sed nos in vitium credula turba ſumus.*

Plau. in Amp.

*Qui non deliquit, decet*
*Audacem eſſe, & confidenter pro ſe & proterue loqui.*

Ouid. 1. Faſt.

*Conſcia mens vt cuiq; ſua eſt, ita concipit intra*
*Pectora, pro facto ſpemq; metumq; ſuo.*

Horatius.

*Vir bonus & ſapiens audebit dicere Pentheu*
*Rector Thebarum, quid me perferre patiq;*
*Indignum coges? adimam bona, nempe pecus, rem.*

Ex Pictorii Epigramm.

*Iſtud habet damni vitium inter cætera, quod mens*
*Palpitat aſſiduo flagitioſa metu.*
*Semper enim, vel ſi non deprendatur, in ipſo*
*Seſe deprendi poſſe putat ſcelere:*
*Deque ſuo alterius quoties de crimine ſermo eſt,*
*Cogitat, & credit ſe magis eſſe reum.*
*Inque dies timor hinc creſcit: de moribus ergo*
*Cura ſit, intrepidos nos bona cura facit.*

Ouid. 1. Pont. 1.

*Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis:*
*Æquoreos ſcopulos vt cauat vnda ſalis:*
*Roditur vt ſcabra poſitum rubigine ferrum,*
*Conditus vt tineæ carpitur ore liber.*
*Sic mea perpetuos curarum pectora morſus,*
*Fine quibus nullo conficiantur, habent.*
*Nec prius hi mentem ſtimuli, quam vita relinquent;*
*Quiq; dolet, citius, quam dolor ipſe, cadet.*

Lucanus 1.

*Omnes in Cæſare Manes.*

*Hunc omnes gladij, quos aut Pharſalia vidit,*
*Aut vltrix viſura dies ſtringente ſenatu,*
*Illa nocte premunt: hunc infera monſtra flagellant.*
*Heu quantum miſero pœna mens conſcia donat.*

Sen. Hipp.

*Quid pœna præſens conſciæ mentis pauor,*
*Animusq; culpa plenus, & ſemet timens?*

Plaut. in Milite.

*At hoc me facinus miſerum macerat,*
*Meum cor corpusq; cruciat.*

Stat. l. 3. Thebaidos.

*Inuigilant animo ſceleriſq; parati*
*Supplicium exercent curæ, tunc plurima verſat*
*Peſſimus in dubijs augur timor.*

Ouid. l. 1. de ponto Eleg. 1.

*Vaticinor, moneoq; locum date ſacra ferenti,*
*Non mihi, ſed magno poſcitur ille Deo.*
*Talia cœleſtes fieri præconia gaudent,*
*Vt ſua quid valeant numina, teſte probent.*
*Sæpe leuant pœnas ereptaq; lumina reddunt,*
*Quum bene peccati pœnituiſſe vident.*

Hor. in Epiſt. in prima ad Mœcenatem.

*Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.*
*Eſt animus tibi, ſunt mores & lingua fidesq;*
*Plebs eris: at pueri ludentes rex eris, aiunt.*
*Si recte facies, hic murus aheneus eſto,*
*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*
*Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum*
*Nænia? quæ recte regnum facientibus offert,*
*Et Maribus Curijs, & decantata Camillis?*

Ouid. l. 1. de Pont. ad Brutum.

*Pœnitet ô ſi quid miſerorum creditur vlli,*
*Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.*
*Cumq; ſic exilium magis eſt mihi culpa dolori,*
*Eſtq; pati pœnam quam meruiſſe minus,*
*Vt mihi dij faueant quibus eſt manifeſtior ipſo,*
*Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.*
*Mors faciet certe, ne ſim cum venerit exul:*
*Ne non peccarim, mors quoq; non faciet.*
*Non igitur mirum eſt ſi mens mea tabida facta,*
*De niue manantis, more liqueſcit aquæ.*

Horat. l. 1. Epiſt. 11. ad Bullatium.

*—Nam ſi ratio & prudentia curas,*
*Non locus effuſi late maris arbiter, aufert.*
*Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.*
*Strenua nos exercet inertia: nauibus atq;*
*Quadrigis petimus bene viuere quod petis, hic eſt:*
*Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.*

Iuuenalis in Sat. 13.

*Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi*
*Diſplicet authori, prima eſt hæc vltio quod ſe*
*Iudice, nemo nocens abſoluitur, improba quamuis*
*Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.*
*Quid ſentire putas omnes, Caluine recenti*
*De ſcelere, & fidei violatæ crimine?*

Idem Stat. eadem.

*—Cur tamen hos tu*
*Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti*
*Mens habet attonitos? & ſurdo verbere cædit.*
*Pœna autem vehemens, ac multo ſæuior illis,*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum?*
*Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamanthus.*
*Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.*

Idem Satyricus, eadem Satyra.

*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,*
*Facti crimen habet,*
*Nocte breuem ſi forte indulſit cura ſoporem,*
*Et toto verſata thoro iam membra quieſcunt,*
*Continuo templum, & violati numinis aras:*
*Et quod præcipuis mentem ſudoribus vrget,*
*Te videt in ſomnis, tua ſacra, & maior imago,*
*Humana turbat pauidum, cogitq; fateri*
*Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent.*
*Cum tonat exanimes primo quoq; murmure cæli,*
*Non quaſi fortuitu, nec ventorum rabie, ſed*
*Iratus cadat in terras & vindicet ignis.*
*Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur.*
*Proxima tempeſtas, velut hoc dilata ſereno.*

Perſius in Sat. 5.

*Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurem,*
*Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.*
*Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,*
*Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.*
*Diluis Helleborum, certo compeſcere puncto*
*Neſcius, examen, vetat hoc natura medendi.*

Plaut. in Captiuis.

*Quod male feci crucior modo, ſi infectum fieri poſſit,*
*Nihil eſt miſerius, quam hominis animus conſcius.*

Diphilus Comicus.

Ὅστις γὰρ αὐτὸς αὐτὸν οὐκ αἰσχύνεται,
Συνειδόθ' αὑτῷ φαῦλα διαπεπραγμένῳ,
Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται,
*Quiſquis enim ipſe non ſeipſum veretur,*
*Conſcium ſibi, quod mala commiſerit,*
*Quo modo apud neſcientem pudeſieret?*

Pythagoras.

Πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν.
*In primis autem reuerere teipſum.*

Menander.

Ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.
*Qui aliquid ſibi conſcius eſt, etiamſi fuerit audaciſſimus,*
*Conſcientia tamen facit ipſum timidiſſimum.*

Sophocles Tragicus.

Κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ,
Σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν ἢ καλὸν φέρῃ στόμα.
*Si quis in furto palam deprehendatur,*
*Illum tacere neceſſum eſt, licet eloquentiſſimus.*

Euripides in Oreſte.

Ὀρέστα τλῆμον, τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;
Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δεῖν' εἰργασμένος.
*O miſer Oreſta, quid morbi te perdit?*
*Or. Conſcientia: ſum enim mihi conſcius de malis pro...*

Sophocles.

Ἦ δεινὸν ἆρ' ἦν θἤχ' ἄντις ἐσθλὸς ὢν
Αὑτῷ συνειδῇ.
*Magna profecto res eſt, ſi quis de innocentia ſua*
*Sibi conſcius ſit.*

Antiphon. Comicus.

Τὸ μὴ συνειδέναι γὰρ αὑτῷ τῷ βίῳ
Ἀδίκημα μηδὲν ἡδονὴν πολλὴν ἔχει.
*Conſcium eſſe ſibi in vita ſua*
*Nullius criminis, multum voluptatis parit.*

Menander.

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.
*Mortalibus omnibus conſcientia Deus.*

¶ Philosophorvm Dicti...

Conſcientia graue pondus, *Cic. 3. de nat. Deo.*

Conſcientiæ rectæ voluntatis maxima conſola... commodarum. Vacare culpa maximum ſolatium ... *fam. 6.*

Ego ſemper hac opinione tractus fui, vt cum qu... rit, ſibi nullam pœnam timere exiſtimarem. *In V...*

Conſcientia mille teſtes. Magna vis eſt conſcien... partem: illa eſt virtutum noſtrarum & innocentiæ ... eſt vitiorum inſectatrix & carnifex, qua iudices ne... ſoluitur, & qui probus eſt teſte conſcientia, vitam ... beatam: ſontis vero & ſcelerati mens habet neſo... internos. *Philippus Beroaldus, in Commentarijs in...*

Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν ... σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος.

Vir iniquus & afflictus conſcientia, plus mali p... qui in corpore caſtigatur, & flagris cæditur. *Pythag...*

Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν ... λήσῃς, σαυτῷ συνειδήσεις. Id eſt,

Nunquam ſperare debes, ſi quid turpe feceris, ... quamuis enim lateas alios, tute tamen tibi conſ... *Demonicum.*

Μηδὲν ἀποκρύπτεσθε, μήθ' ἂν κέκτησθε, μήθ' ἂν ... λετε πράττειν, εἰδότες, ὅτι περὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν ... ἀναγκαῖόν ἐστι πολλοὺς φόβους γίνεσθαι.

Nihil cælandum eſt prorſus illorum, quæ quis ... aut facturus eſt. Siquidem circa res latentes, nece... moris & metus contingit. *Idem in Nicocle ſeu Cypr...*

Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque bene... datio iucundiſſima eſt. *Cic. in Catone maiore.*

Neq; ad ſui notitiam, neq; ad animi veram volu... per conſcientiæ puritatem peruenire poterit, quam ... & item aliam, quam συντήρησιν id eſt, iudicii conſe... tegritatem in rebus benefactis vocant, quæ eſt natu... altera vero voluntatis. *Volateranus lib. 28. Philologi...*

Magnam vim habet conſcientia in vtramque p... pœnam ante oculos verſari putent, qui peccauera... qui nihil admiſerint. *M. Cic. in oratione pro Milone.*

Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur ... venditatione, & ſine populo teſte fiunt: non quo ... nia enim benefacta in luce ſe collocari volunt, ... theatrum virtuti conſcientia maius eſt. *Idem in Q...*

Conſcientia benefactorum magnum & in vita munimentum & in morte ſolatium: nec illa, quæ bene actæ vitæ teſtis eſt, hominem miſerum eſſe vnquam ſinit, ſicut nec ſcelerum arbitra feli- *Ludou. Viues in tertia declamatione.*

Conſcientiæ ſignum eſt, refugere cœtus, & libera iudicia: nec æſtimare ſe tutum fore, ſi de meliore rerum ſtatu conſulatur: eo multi ſignum malæ conſcientiæ interpretantur, etiam vbi nulla ſubeſt, ſi in diſquiſitionem prodire non audeant. *Vi- epiſtola ad Adrianum 6. Pontificem Max. de indicendo concilio.*

... dicam, ex qua mores æſtimas noſtros. Vix quempiam inue- qui poſſit aperto oſtio viuere, ianitores conſcientia noſtra, non ſuperbia oppoſuit, ſic viuimus, vt deprehendi ſit ſubito aſpici. Quid enim prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aureſque vitare? Bona conſcientia turbam aduocat, mala autem in ſolitudine anxia & ſollicita eſt. Si honeſta ſunt quæ facies, omnes ſcient: ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? O te miſerum, ſi contemnis hunc teſtem! *Sen. 96. epiſt.*

Nemo plus videtur æſtimare virtutem, nemo magis illi eſſe de- quam qui boni viri famam perdidit, ne conſcientiam perde- *Sen. 71. epiſt.*

... viuendum eſt tanquam in conſpectu viuamus: ſic cogitan- tanquam aliquis pectus infimum proſpicere poſſit. *Lib. de ...*

Conſcientiam magis, quam famam attende. Falli namque ſæpe poteſt fama: conſcientia nunquam. *ibid.*

Mala conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura nunquam. Itaque nihil ei commiſeris, niſi quod amico committere poſſis: plerique famam, conſcientiam autem pauci vereantur. *ibid.*

Nullum conſcium peccatorum tuorum magis timueris, quam te ipſum, alium enim potes effugere, te autem nunquam: nequitiam ipſa eſt ſui pœna. *ibid.*

... conſcientia, quicquid mali finxerit lingua. *ibid.*

... ignorantia multi errores naſcuntur, cum ex illis vniuerſali- ſpecies, & rerum ſingula iudicium deducimus: ſed reſtant ni- hilominus in nobis reliquiæ illius tanti boni, quia ſatis teſtantur; quid fuerit, quod amiſimus. Synterelis nominatur; quaſi ... D. Hieronymo eſt conſcientia: Baſilio naturale iudi- cium: Damaſcenus lucem mentis noſtræ vocat: Philoſophi ... tale ſunt procul intuiti, qui anticipationes tradunt, & na- informationes, quas non didicimus à magiſtris; vel vſu, ſed ... & accepimus à natura: tametſi alii aliis pro magnitudine ... ures certioreſque ſunt has regulas ſortiti: tum excolun- ... turque vſu, experimentis, diſciplina, meditatione. Hæc noſtra ſiue lux, ſiue cenſura, quæ recte, quæ oblique ſemper ... bonum & verum deuergit, & fertur prona, vnde exiſtit ap- ... virtutum, & improbatio vitiorum: atq; hinc leges & præ- ... rum, & intus in vno quoque conſcientia, quæ delicta ipſa ... at, reprehendat, damnet, niſi penitus ſenſu humano careat; ... eret in brutum. *Ludou. Viues 2. de Animo.*

§ APOPHTHEGMATA.

... ſæpenumero in ore habebat, damnum turpi lucro ſemper ... dum eſſe. Illud enim ſemel dolere, hoc ſemper. Res amiſſa ... tempore dolet, ſceleris autem conſcientia ſemper cruciat a- *Laert. l. 1. c. 4.*

... frequenter dicere ſolebat, impietatem malam eſſe contu- ... m fiduciæ, & adiecit verſiculum Euripidis,

*... uum facit, quamuis ferocolum virum.*

... it vir ſapientiſſimus, ibi libertatem non habere locum, vbi ... quieta ſit conſcientia: nec eum hominem frui animi trã- ... qui ſcit ſibi iratum & infenſum eſſe numen diuinum. *... c. 7.*

... , neminem à timiditate liberum & reuera animoſum ... bat, quam illum, qui nullius mali ſibi conſcius eſſet. *Stob.*

*...goras*, neminem tam audacem eſſe dicebat, quem mala ... non facit timidiſſimum. Non quieſcit enim animus ... ſcius, ſed ab omni etiam vento abhorret. *Stobæus ſer-*

... dicere ſolebat, verum iniquum plus mali pati, afflictum ... , quam eum qui corpore caſtigatur, & cæditur: multo grauiores ſunt animi male ſani, quam corporis morbi. *Stob.*

*...rchus*, facinoroſa conſcientia, inſtar vlceris in corpore, pœ- ... m relinquit in anima lancinantem iugiter ac peruellentem. *... animi tranquillitate.*

*...ymus.* Pythagoricus quidam philoſophus coemens ſibi à ... alceos, non promptam habens pecuniam, orat vt in craſti- ... ſpectet diem: quo cum veniſſet, ſatisfacturus, audit ſutorem ... defunctum eſſe. Non faciens igitur mentionem pecuniæ, ... os non inuita manu domum, gratulabundus de facto iam ... tulit. Verum cum ſceleris conſcientia ſubinde torqueretur, arrepta pecunia ad ſutoris tabernam regreditur, & pecuniã in ſutoris domum proiiciens, ait: Tibi viuit, aliis qui defunctus: ac ſic animum à conſcientia facti liberauit. *Recitat Eraſm. l. 9. apoph. ex Senecâ.*

*Seneca*, facinorum mala flagellantur à conſcientia, cui plurimum tormentorum eſt, eo quod perpetua illam ſolicitudo vrget ac verberat, quod ſponſoribus ſecuritatis ſuæ non poteſt credere. *Epiſt. 97. ad Lucill.*

*Idem*: conſcientia aliud agere non patitur, ac ſubinde reſpicere ad ſe cogit. Dat pœnas quiſquis expectat: quiſquis autem metuit, expectat. Tutum aliqua res in mala conſcientia præſtat, nulla ſecutum. *Epiſt.* 105.

*Chilon*, iam grandæuus dicebat, ſe ſibi nullius facti conſcium eſſe, cuius pœniteret, vno excepto, quod cum eſſet aſcitus arbiter, vt inter duos amicos finiret controuerſiam, nec quicquam vellet aduerſus leges facere, perſuaſit alteri amico, vt ad alios deferret arbitrium. Hoc pacto & legem ſeruauit, & amicum. Hic ſcrupulus nonnihil mouebat ſenis amicum, quod perfectæ virtutis fuiſſet, nullo metu à regula legum deflectere: nec illius amicitiam magnificare, qui ob ſententiam ſecundum leges, non ſecundum ipſum datam deſineret amicus eſſe. Quid illa ſanctius anima, quæ per omnem vitam, quæ illi longa contigit, hoc tantum criminis admiſit? *Laert.*

*Bias*, interrogatus, quænam res in vita metu careret? Bona conſcientia reſpondit. *Stob. ſerm. 24. Antonius in Meliſſa, part. 1. ſer. 66. Max. ſer. 24.*

*Periander*, percontatus, quid in minimo eſſet maximum? Reſpondit. Bona mens in corpore humano. *Stobæus ſerm. 1. de Prudentia.*

*Idem*, interrogatus, quid eſſet libertas? Recta conſcientia, dixit. *Stob. ſerm. 24.*

*Socrates*, rogatus, quinam tranquille viuerent? illi inquit qui nullius abſurditatis ſibi conſcii ſunt. *Stob. ſer. 24. Anton. in Meliſſ. part. 2. ſer. 77.*

*Pericles*, moriturus hoc nomine ſibi gratulabatur, quod ipſius cauſa nullus Athenienſium pullam veſtem induiſſet: ſignificans ſe nulli cauſam mortis fuiſſe, nec vlli diem ab ipſo capitis dictum. Pullati ſunt, qui mortuum lugent: & olim capitis reum amici pullati pullatum comitabantur. *Plut. in Græc. apoph.*

*Iſocrates*, dicebat, omnino non ſperandum eſſe, ſi quid turpe feceris, te latiturum. Quamuis enim lateas alios, tute tamen tibi male conſcius eris. *Stob. ſer. 24.*

*Idem* dicebat nihil celandum eſſe prorſus illorum, quæ quis poſſidet, aut facit, aut facturus eſt. Siquidem circa res latentes neceſſario multum timoris & metus contigit. 1. *Stob. ſer. 25.*

*Idem*, Æmulemini (inquiebat) non opulentiſſimos, ſed de nullo crimine ſibi conſcios. Cum hac enim fortuna ſuauiſſime quis vitam agere poſſit. *ibid.*

*Agis*, ab Ephoro interrogatus, num etiam pœniteret eorum quæ geſſiſſet? impauide reſpondit: Nequaquam pœnitet: cum ſciam me prudentiam cum honeſtate ſemper coniunxiſſe, nullam enim aliam ob cauſam, nunc ad ſupplicium mortis ducor. Quo dicto oſtendere voluit ſuam innocentiam: & benefacti conſcientiam: etiam in ipſa morte. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Idem*, cum captus & damnatus ab Ephoris, duceretur ad mortis ſupplicium, vidit quendam miſericordia motum eius fortunam flere, cui ait: Noli flere propter me, quia præter ius & æquum ad dirum hoc ſupplicium ducor, meliorque ſum iis qui ad mortem me damnarunt. Quo dicto oſtendit, eos bene mori, & honeſte qui contra fas & omne ius ſuppliciis afficiuntur. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

*Epictetus* parentes (inquiebat) pueros nos pædagogo tradiderant, qui vbique obſeruaret, ne læderemur. Deus autem iam viros inſitæ conſcientiæ cuſtodiendos tradit, quæ quidem cuſtodia & conſeruatio nequaquam contemnenda eſt: quoniam & Deo diſpliceret, & conſcientiæ ipſi noſtræ hoſtes eſſemus. *Stob. ſerm. de conſcientia.*

*Seneca*, bona conſcientia prodire vult & conſpici. *Epiſtol. 97. ad Lucil.*

*Iulius Druſus*, eius ædes pluribus ex partibus patebant vicinorum proſpectui. Hoc incommodum faber ſe quinque talentis correcturum pollicebatur, effecturumque ne pars aliqua eſſet obnoxia proſpectui. Tum Druſus, Decem, inquit, dabo ſi talem reddas domum meam, vt vndiquaque pateat omnium oculis, quo non vicini tantum, ſed omnes ciues perſpicere poſſint, quomodo domi meæ viuatur. *l. 6. apoph.*

*Pertinax Imperator*, ab amicis admonitus, vt prætorianorum militum inſidias effugeret qui iam conabantur imperatorem de vita tollere. Reſpondit, ſe nequaquam male ſibi conſcium eſſe, ideoque non opus eſſe, vt contra imperatoriam maieſtatem, atque ante actam vitam, latebris aut fuga conſuleret vitæ ſuæ. *Herod. l. 2.*

*Virginius*, Cluuius hiſtoriographus ſic affatus eſt Virginium, cuius res geſtas attigerat: Scis Virgini, quæ fides hiſtoriæ debeatur. Proinde ſi quid in hiſtoriis meis aliter legis ac vides, rogo ignoſcas. Ad hæc Virginius: At, ô Cluui, tunc ignoras ideo me feciſſe quod feci, vt eſſet liberum vobis ſcribere quæ libuiſſet? Vox

excelſi animi teſtis, & recte factorum conſcientia continenti. 8. *apoph.*

*Anonymus*, nihil eſt quod ſic nos delectare ſoleat, vt conſcientia pura & ſpes bona. Item Conſcientia læta exultans, ſibi etiam vultum hilarem reddit, ac genas rigat animi bona valetudo. Nec ſine cauſa dictum eſt à ſapiente, læti cordis os floreſcit. *Anton. ſer. de puro corde.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Dionis Chryſoſtomi.* Sicut ſi breuem ſcintillam in magnum deieceris profundum, ſtatim extinxeris: Itidem & omnis triſtitiæ ſuperabundantia in bonam miſſa conſcientiam, extinguitur facile. *Hom.* 25. *De Via recta.*

*Marci eremitæ.* Non effunditur ſine nubibus pluuia: Neque ſine bona conſcientia Deo placere poſſibile eſt. *De lege Spirituali.*

*Plutarchi.* Vt verus amor erga mulierem non deſiderat teſtem, ſed ſat habet ſi clam eo potiatur: Ita vir ſapiens, recti conſcientia contentus. At qui fide amant, oſtentant & iactant. *In Moralibus.*

Vt nepenthes herba, ab Homero prædicata, addita poculis, omnem conuiuii triſtitiam diſcutit: Ita bona mēs inſita nobis, omnem vitæ ſolicitudinem abolet. *In Moral.*

*Senecæ*, Vt loca grauia, etiam firmiſſiam valetudinem tentant. Ita bonæ quoque menti, necdum adhuc perfectæ, & conualeſcenti, ſunt aliqua parum ſalubria. *Lib.* 2. *epiſt.* 28. *c.* 9.

*Ioannis Ludouici Viuis*, Conſcientia verum & ſolidum & duraturum reddit teſtimonium, plurimum in illo Dei iudicio valiturum: vitæ huius magna eſt magiſtra: & quemadmodum ſcite ille dixit, murus aheneus, quo & tuti agimus inter innumera vitæ pericula, & ſecuri: nec vllus eſt tantus terror, qui illum commoueat, eſt enim mente defixus Deo, illique fidit vni, ac ei ſe nouit peculiari eſſe curæ, cui ſcit parere vniuerſa. *Introductione ad Sapien. cap.* 1. *fol.* 99.

*Chryſoſtomi*, ſicut flagriones, & ingrati quidam famuli, cum non poſſunt à domino ſuo occultari, huc & illuc in angulos domus currere ſolent, metu illorum conſcientias concutiente: Ita & hi nullum inuenientes effugium in ipſa domo, paradiſo inquam verſantur. *Hom.* 6. *in Gen.*

Vt homines ægri cum multis febribus aguntur, ſi in aquas ſemetipſos frigidas immerſerunt, ad præſens quidem aliquid videntur ſibi quæſiſſe ſolatii, multiplicatas vero corpori ſuo flammas febrium reparant: Ita & nos agimus, cum conſcientia ſtimulamur peccatorum, & in eurypum nos, vel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus. *Lib.* 1. *de compunctione cordis & Hom.* 15. *ad Hebræos.*

Sicut qui carcerem habitant, capitis damnationem operientes & mortem, vel ſi deliciis abunde fruantur, vitam longe agunt moleſtiorem, & anxiam: Sic qui improba conſcientia moleſtantur. *Hom* 22. *de nequitia repulſa.*

Pater vbi ſemel, iterum ac tertio, deciesve filium increpauerit, ſi viderit incorrigibilem permanere, deſperans abdicat, expellit familia, à cognatione reſecat. At non eodem modo conſcientia: ſed licet ſemel, licet iterum, licet ter, licet millies admonuerit, tuque non obtemperes, monebit iterum, nec deſiſtet vsque ad ſupremum halitum, ſiue domi, ſiue in biuiis, ſiue in menſa, ſiue in foro, ſiue in itinere, frequenter & in ſomniis peccatorum nobis ſimulachra ſpectraque repræſentat. *Serm.* 4. *de Lazaro.*

Quemadmodum qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiamſi nemo ſit qui terreat. Sic & qui peccant, non poſſunt confidente animo eſſe, etiamſi nemo ſit qui redarguat. *Apud Maximum Sermo.* 26.

*Pamphili martyris.* Ego arbitror, quod ſicut in corpore eſcæ abundantia & qualitas vel quantitas tibi contraria, febres generat, & febres diuerſi vel modi, vel temporis, ſecundum eam menſuram, qua intemperies collecta materiam ſuggerit, ac fomitem febrium. quæ materiæ qualitas ex diuerſa temperie congregata, cauſa vel acerbioris morbi vel prolixioris exiſtit: Ita anima cum multitudinem malorum operum, & abundantiam in ſe congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio concitatur ad ſupplicium, adflammatur ad pœnas, cum mens ipſa vel conſcientia per diuinam virtutem omnia in memoriam recipiens, quorum in ſe ſigna quædam ac formas cum peccaret, & ſingulorū geſtorum ſuorum, quæ vel fœde ac turpiter geſſerat, vel etiam impie commiſerat, hiſtoriam quandam ſcelerorum ſuorum ante oculos ſuos videbit expoſitam. Tunc & ipſa conſcientia propriis ſtimulis agitatur atque compungitur, & ſui ipſa efficitur accuſatrix & teſtis. Quod ita ſenſiſſe etiam Apoſtolum Paulum puto, cum dicit: Inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per Ieſum Chriſtum, *In Epiſt. de Origine.*

*Baſilij.* Quemadmodum vmbræ corpora: Sic peccata ſequuntur animas, & manifeſtas facinorum repræſentant imagines. *Apud Anton. in Meliſſ. part.* 1. *ſer.* 16.

*D. Hieronymi.* Vermis qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisque conſcientia accipitur peccatorum
in ſuppliciis conſtitutos: quare vitio ſuo atq; peccato
ctorum bono iuxta illud quod dicitur, Verſatus ſum
infigitur mihi ſpina: & in prouerbiis: Tinea oſſium
Et, Sicuti tinea veſtimentum, & vermis lignum: ſic
ciat cor viri. *In cap.* 66. *Eſaiæ.*

*D. Bernhardi.* Riuus qua fluit, terram cauat: ſic
ralium, conſcientiam rodit. Sic poteſt torrens in agros
ne læſione ſatorum: & tu te poſſe iſta ſine mentis
confidis? Quotidianas expenſas quotidiano recipro
nio, & innumera Dominici gregis detrimenta neſcimus
eſcarum, & numero panum, cum miniſtris quotidiana
rara admodum celebratur collatio cum presbyteris
pulorum. Cadit aſina & eſt qui ſubleuet eam: perit
qui reputet. Sic optimi æſtimatores rerum, qui
mis, paruam vel nullam de maximis curam gerant. *Lib.*
*deratione, ad Eugenium.*

*Plutarchi.* quemadmodum vlcus vel vulnus
quit in corpore doloris indicium: Sic conſcientia
facti in animo relinquit. *De animi tranquillitate.*

*Thriueri*, vt qui vlceribus horrent, moroſiſſime
reformidant ac refugiunt: Sic qui ſibi male conſcii
prompta laborant ſuſpicione. *In apoph.* 231.

*Error non* attenditur in morbis ſalubribus: Neque
conſcientia redarguitur in rebus felicibus. *In apoph.*

### ¶ ADAGIA.

Fures clamorem.

*Subaudiendum timent aut ſenſerunt.*

Οι φῶρες τὴν βοὴν.

*Quadrabit in eos, qui ſibi conſcij, metuunt ne*

Es träumt jhm vom Teuffel. Item, Die Katz läufft
cken auff.

Lupus aquilam fugit. λύκος ἀετὸν φεύγει.

*Vbi periculum imminens euitari non poteſt.*

Lupus ante clamorem feſtinat. λύκος πρὸ τῆς βοῆς

*Vbi quis admiſſi conſcius, vltro timet, priusquam*

Conſcientia mille teſtes.

*Senſus non eget interprete.* ſic Poeta:

*Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.*
oder das Gewiſſen leugt nicht.

### ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Conſcientiæ malæ: eiusque perturbationum
*Gen.* 3. *v.* 10. fratres Ioſephi, 50. 51. filii Sennacherib. 2.
rodes, *Matth.* 2. *v.* 3. Scribæ & Phariſæi, *Ioan.* 8. *v.* 9.
26. Hymenæus & Alexander. 2. *Tim.* 1. 20.

Conſcientiæ bonæ *exempla*: Virgo Maria, *Luc.* 1.
8. Paulus, *Act.* 18. 6. & 23. 1. & 24. 16. 1. *Cor.* 4. 4. 2. *Cor.*
2. & 7. 2. 1. *Theſſ.* 2. *v.* 3. 4. *Heb.* 13. 18. Fructus, *Prou.* 15. 14.

### ¶ HISTORICA EXEMPLA.

Commendatus fuit *Iulius Druſus tribunus plebis*
ædes eius multis locis paterent vicinorum oculis, &
ctas ſe mercede quinque talentorum oſtenderet
taturum: decem, inquit, dabo ſi totam domum meam
effeceris: quo ciues omnes, quemadmodum vitam
templentur. Quippe vir fuit temperans & moderatus.

*Titus Imp.* Sabinos petens, cum ſacrificanti hoſtia
tempeſtate ſerena tonuiſſet, ſubtriſtior, ad primam
nem febrim nactus, cum inde lectica transferretur,
tur dimotis plagulis cœlum, multumque conqueſtus
tam immerenti: neque enim extare vllum ſuum
dum, excepto duntaxat vno, *Suet.*

*Nero* occiſa matre Agrippina per Anicetem, nec
tiam, quanquam & militum & ſenatus populique
confirmatur, aut ſtatim, aut nunquam poſtea ferre
feſſus, exagitari ſe materna ſpecie, verberibus
dentibus. *Dion. in Nerone.*

Ab *Arianis* Sicarius quidam conductus fuit ad
zianzenum tollendum: ad quem ægrotantem cum
ſcientia ſceleris ductus flens ſeſe ad pedes eius abiecit,
veniam ab eo conſecutus eſt. *Greg. Nyſſenus.*

### ¶ HIEROGLYPHICA.

*Clibanus* apud Latinos eſt præfurnium: per eius
pretes eos homines intelligunt. Nam quædam Deus
noſtros, veteres inquam Prophetas, apponi ſibi vult
hoc eſt tacita mentis agitatione examinata, cum
pœnitet, & conſcientia noſtra ardore quodam occulto
cenditur, vitiumque ipſa ſuum paulatim exurere
*Val.* 34. *pag.* 318. *D.*

*Vide Confeſſio, Fama, Conuerſatio, Virtus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Conſideratio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

CONSIDERATIO, Græce σκέψις, εως, ἡ & σκέπτομαι, conſidero dicitur. Et eſt omnis operatio intellectus, vel proceſſus rationis ex principiis pertingentibus ad contemplationem veritatis. *Thom. ſecunda Secundæ q. 180. art. 3.*

Conſideratio, circumſpectio, animaduerſio, iudicium, inſpectio, cogitatio. Hebr. *Keſcheb*, à *Keſchab.* attendit, intendit cogitauit, auſcultauit, quæ omnia conſiderantis perſonam depingunt.

Conſidero à ſiderum contemplatione dicitur: à quo conſiderator, qui agenda conſiderat. Et conſideratio, contemplatio. Quid differat conſideratio, cogitatio, contemplatio, & meditatio. *Vide ſupra Cogitatio.*

## ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Remotis obſtaculis inſanæ opinionis ſcelerata nuda iudicentur, nuda penſentur, nuda inſpiciantur, fallaciæ tegmina, & vanæ laudis gloriæ auferantur, & apparebunt miſeriæ peccatorum. *Aug. l. 3. de ciuit. Dei.*

Eunt homines mirari alta montium, ingentes fluctus maris & altitudines montium, & altiſſimos lapſus fluminum: & oceani ambitum, & gyros ſyderum, relinquunt ſeipſos, nec mirantur. *lib. 10. Conf.*

Magis cogitare debetis quid nobis deſit, quam quid nobis adſit. Quod habes, caue ne perdas. Quod nondum habes, ſupplica vt habeas. In quantis ſis minor, eſt conſiderandum, non in quantis ſis maior. Si dum cogitas quantum præceſſiſti alterum, time tumorem: ſi cogitas quantum tibi deeſt, ingemiſcis, curuatis, ſi humilis es, ambulabis, non præcipitaberis, non laberis, *ſup. Matth.*

Supra te Deus, infra te pecora. Agnoſce eum qui ſupra te eſt, vt agnoſcantte qui infra te ſunt: Ideoque dum Daniel agnouiſſet ſuum Deum, agnouerunt eum ſupra ſe leones. *ſup. epiſt. Ioann.*

Laudabilior eſt animus, cui nota eſt infirmitas propria, quam qui non perſpecta, mœnia mundi, vias ſyderum, fundamenta terræ & faſtigia cœlorum ſcrutatur. *in præ 9. de tran.*

O homo, ſi conſideres, quid per os, quid per nares cæteroſque meatus egrediatur, nunquam vilius ſterquilinium inueniſti. *in ſer.*

Nullus quis ab hoc vitio inuenitur alienus, quia vnuſquiſq; ſuis vitiis aliena facile reprehendit, ſumens authoritatem arguendi ſibi ex ſtudio ſuæ emendationis. *Hier. in gl. ſup. Matth. 7. Quid vides feſtucam, &c.*

Quum bona fratres agitis, ſemper ad memoriam mala acta reducite, vt dum ante culpa conſpicitur, nunquam de bono opere incaute animus lætetur. *Greg. in ho.*

Quanto quis minus ſe videt, tanto minus ſibi diſplicet: & quanto maioris gratiæ lumen præcipit, tanto amplius reprehenſibilem ſe cognoſcit. 25. *mor.*

Conſideratio infirmitas, propria mala mollit, excuſat aliena. 5.

Qui pleniſſime appetit intelligere qualis eſt, talis nimirum debet apparere, qualis non eſt, vt ex bonorum forma metiatur ipſe, quãtum a bono deformis eſt. Lucem namque debet conſpicere, qui ſe in tenebris iudicare. Lumen intelligentiæ humilitatis aperit, ſuperbia abſcondit. *ibid.*

Quatuor ſunt qualitates, quibus iuſti viri anima in compunctione vehementer afficitur, quum aut malorum ſuorum reminiſcitur conſiderans vbi fuit, aut iudiciorum Dei ſententiam metuens, & ſe requirens conſiderat vbi erit, aut quum mala vitæ præſentis ſolerter mœrens, conſiderat vbi eſt: quum bona ſupernæ patriæ contemplatur: quia quæ nec dum aſpicitur, languens conſpicit quia non eſt. *ibid. l. 23.*

In prosperæ fortitudinis fundamento quum fabrica in altum ſurgit, neceſſe eſt, vt vnuſquiſque proficiens vires caute metiatur: vt dum diuina conſtructione magnus iam eſſe cœperit, ſemetipſum reſpiciat ſine ceſſatione, quid fuit: quatenus attendens humilitatem, quod præter meritum inuentus eſt: nequaquam arroget, quod gratiam factus eſt. 28. *Moral.*

Cordis ſui oculum per elationis tenebras extinguit, qui cum recte conſiderare aliorum merita negligit, At contra magno humilitatis radio ſua opera illuſtrat: qui illorum bona ſubtiliter penſat dum ea quæ ipſe feliciter facta foris ab aliis conſpicit, cum de ſingularitate intus erumpere nititur, ſuperbię tumorem premit. *Mor.*

Scio neminem abſque ſui cognitione ſaluari, de qua nimirum mater ſalutis humilitas oritur, & timor Domini, & qui & ipſe ſicut initium ſapientiæ, ita & ſalutis eſt. *Bern. ſuper Cant. ſerm. 37.*

Primum ipſum fontem ſuum, id eſt mentem de qua oritur, conſideratio purificat: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat, & ordinat: poſtremo diuinarum pariter & humanarum rerum ſcientiam confert. *de conſideratio.*

Conſideratio eſt, quæ confuſa diſcriminat, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, verum inueſtigat, veriſimile examinat, ficta & fucata explorat. Hæc eſt, quæ agenda præordinat, acta recogitat, in aduerſis proſperat, præſentia in aduerſis quaſi non ſentit. *ibidem.*

Spiritualis homo omne opus ſuum terna quadam conſideratione præueniet: prius quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat. *ibid.*

Conſideratio tui in tria quædam diuidatur. Si conſideres quid, quis, qualis ſis: quid in natura, quis in perſona, qualis in vita. *ibid.*

Alter alterius culpam cito intelligit, ſuam autem difficile: quia homo in cauſa alterius tranquillum habet cor, in ſua autem turbatur, perturbatio autem cordis non permittit hominem conſiderare quod bonum eſt. *Chryſ. in Matt.*

Eſt primum hominis ſapientiam affectantis contemplari, quid ipſe ſit, quid intra ſe, quid infra, quid ſupra, quid contra, quid ante, quid poſtea ſit. Hæc conſideratio quadripartitum parit fructum, vtilitatem ſui, charitatem proximi, contemptum mundi, amorem Dei. *in tractatu de ſymbolo l. 3.*

Qualiter in alienis vides tam parua, & in tuis tam magna tranſcurris? Si te magis amas, quam proximum: quare ipſum procuras, & non teipſum contemnis? manifeſtum eſt, quod iam non procuratio eſt, ſed detractio potius. Cum enim diligentia inueſtigare oportet, quæ tua ſunt, & ita ea quæ proximi ſunt decernes. *in Matth. 7.*

O nimis grauis anguſtia! ſi me inſpicio, non tolero meipſum; ſi non inſpicio, neſcio meipſum. Si me conſidero, terret me facies mea: ſi me non conſidero, fallit me damnatio mea. Si me video, horror eſt intolerabilis: ſi non video, mors ineuitabilis. *Anſelm. in ſuis medi.*

Tamdiu quis peccata ſua, quæ noſſe & flere debet, ignorat, quamdiu curioſe aliena conſiderat. Quod ſi mores ſuos ad ſeipſum conuerſus aſpiciat, non requirit, quod in aliis reprehendat, ſed in ſeipſo quod lugeat. *Proſper. de vita contempla. l. 2.*

Reuera omnium cauſarum difficilimum eſt ſeipſum cognoſcere. Non enim ſolus oculus ea quæ extrinſecus habentur, inſpiciens ſeipſum non valet intueri, ſed etiam mens ipſa ſatis acute aliena delicta contemplans, tardior eſt erga ſuorum cognitionem vitiorum. *Baſil. in Hexam. l. 9.*

Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus eſt ad videndum ſeipſum. Prius enim eſt vt cognoſcas inuiſibilia ſpiritus tui, quam poſſis eſſe idoneus ad cognoſcendum inuiſibilia Dei: & ſi non potes te cognoſcere, non præſumas apprehendere ea, quæ ſunt ſupra te. Præcipuum & principale eſt ſpeculum ad videndum Deum animus rationalis intuens ſeipſum. *Hug. l. 3. de anima.*

Redi ergo ad cor tuum, & ſubtiliter diſcute teipſum, conſidera vnde venis, quo tendis, quomodo viuis, quid agis, quid amittis, quãtum quotidie proficis vel quantum deficis, quibus cogitationibus magis incuſaris, quibus affectibus tangeris, vel quibus tentationum machinis à maligno ſpiritu acrius impugnaris, & quum totum interioris & exterioris hominis ſtatum, & habitum, & quantum poſſibile eſt, plene cognoueris, non ſolum qualis ſis, verumetiam qualis eſſe debeas, de cognitione tui poteris ſubleuari ad contemplationem Dei. *ibid.*

Melior es, ſi teipſum cognoſcas, quam ſi te neglecto curſus ſyderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, cœleſtium omnium & terreſtrium ſcientiam haberes. Multi enim multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt, cum tamen ſummam philoſophia ſit cognitio ſui. *ibid.*

Diſce ex tuo ſpiritu cognoſcere, quid debeas de aliis ſpiritibus æſtimare, hæc porta, hæc ſchola, hic introitus, iſte aſcenſus, hac intratur ad intima, hac eleuatur ad ſumma: ex hac ſiquidem proficiſceris ad cognitionem omnem cœleſtium, terreſtrium & infernorum. *ibid.*

Magnus acceſſus ad Deum eſt cognitio infirmitatis ſuæ. Locis corpora continentur, animi autem locus eſt affectio ſua. Magna eſt vtilitas ſeruo Dei propriam infirmitatem recognoſcere, atq; in ſuis viribus aut meritis nullam fiduciam habere. Tunc etiam incipit adeſſe virtus diuina, quando deficere incipit præſumptio humana. *Caſſ. ſup. Pſ. 6.*

Humanæ naturæ iſta conditio eſt, vt tantum cæteris rebus, cum ſe cognoſcat excellat: eadẽ tamen infra beſtias redigatur, ſi ſe noſſe deſierit. Nam cæteris animantibus ſeſe ignorare natura eſt, hominibus vitio venit. *Boetius lib. 2. de conſol.*

## ¶ PHILOSOPHORVM SENTENTIAE.

In omnibus quibus homines afficiuntur, quo quis ſe peius habet, minus ſentit, grauis ſopor etiam ſomnia extinguit, animam alterius mergit, quod vti nullo intellectu poſſit. *Sen. epiſt. 54.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Animus quotidie ad rationem reddendam eſt vocandus, Faciebat Sextius, vt conſummato die, cum ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum, quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es? deſinet ita vel moderatior erit qui ſciet ſibi quotidie ad iudicem veniendum. Quid ergo pulchrius hac conſuetudine excutiendi totum diem? qualis ille ſomnus poſt recognitionem ſui ſequitur? quam tranquillus, quam altus ac liber. *l.3. de ira.*

Maximum argumentum eſt animi ab altiori ſede venientis, ſi hæc in quibus verſatur, humilia iudicat, & anguſta: ſi exire non meruit: ſcit enim, quod exiturus ſit: qui vnde venit, meminit. *in epiſtol.*

Etiam obliuiſci quid ſis, interdum expedit. Niſi æſtimatis viribus aggrediaris ſarcinam, ſubiacebis. *in pro.*

Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id modo conſideret quam illa res honeſta ſit, ſed etiam vt habeat efficiendi facultatem, in quo conſiderandum eſt illi, ne aut temere deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem, in omnibus autem negotiis priusquam adgrediare adhibenda eſt præparatio diligens. *Cic.1. Offic.*

In omnibus, quid tempora petant, aut perſonis dignum ſit, ſemper conſiderandum. *Cic.2. de inuent.*

*Vide ſuprà, Cogitatio, Cognitio ſui, Contemplatio: item Animus, & infra, Mens, Ratio.*

---

# Conſilium.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CONSILIVM, Græce βȣ́λευμα, ατος, τὸ, & βȣλεύω, do conſilium dicitur. Eſt autem conſilium, appetitus inquiſitiuus de rebus vtilibus *ſecundum Damaſcenum lib. 3. c.33.* Hebr. *Hetſah*, à verbo *Iahats*, conſuluit, conſilium dedit.

Conſilium eſt appetitus faciendi excogitata ratione. *ſecund. Cic. l.1. Rhetor.*

Conſilium eſt inquiſitio eorum tantum, quæ ſunt ad finem operabilium à nobis non minimorum, nec determinatorum. *B. Thom. ſecunda Secund. q.52. art.3.*

Fit autem conſilium à con & ſalio, quod in vnam ſententiam plures rationes conſaliant, id eſt, ſimul ſaliant & conueniant. Hinc fit conſulo, quod accuſatiuo iunctum ſignificat conſilium peto. Iuuenalis:

*Conſulit ante phalas delphinorumq; columnas.*

Si vero datiuo, ſignificat conſilium do. Aliquando conſulo ponitur pro delibero, & tunc caſum nullum requirit, vt conſulunt Senatores.

### ¶ BIBLICI LOCI.

Impiorum conſilia fraudulenta, *Prou.* 22.5. Impiorum conſilia euertuntur, *Iob.*5.12. & 18.7. *Pſal.*2.1. & 21.12. *Eſa.* 8.10. & 16.3. & 29. 7. & 33 11. *Ier.*19.7. 2. *Cor.*10. 4. Exempla Saulis, 1. *Sam*, 19. *v.*1. 2.11.12. Achitophel, 2. *Sam.*17. *v.*14.23. Adoniæ, 1. *Reg.*1.49. Oſorum populi reducis. *Neh.*4.15. Aman, *Eſth.* 5.14. & 7.10. Iuda, & Ieruſalem, *Ier.* 19.7. Ioachim.36.26. & 27.32, Gentium malignantium, *Iob.*5.12. *Pſ.* 21.12. & 33.10. hoſtium Eccleſiæ, *Eſa.*8.10. & 33.11. Antiochi, 2. *Mach.* 9. *v.*5.4. Herodis, *Matth.*2.16. Iudæorum, *Act.* 9. & 23.24.25. & 23.14.

### ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Conſilium Dei imperſcrutabile.*

Quis enim hominum poterit conſilium Dei aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? *Sap.*9.

Sicut, qui mel multum comedit, non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. *Prou.*25.

Quis audiuit ſpiritum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Cum quo iniit conſilium & inſtruxit eum? *Eſa.*40.

Quis enim affuit in conſilio Domini? *Ier.* 23.

Fortiſſime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu. *Idem* 32.

Quis cognouit ſenſum Domini? aut quis prior dedit illi? & retribuetur illi? *Rom.*11.

Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. 2. *Corinth.*2.

Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum? *Ibidem.*

*Inſuperabile.*

Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. *Prou.*21.

Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. *Eſa.*46.

Et nunc itaque dico vobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium aut opus hoc diſſoluetur. Sin ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere, ne quando [...] pugnare reperiamini. *A.*5.

*Irreprehenſibile.*

Conſilium autem Domini in æternum manet. *Pſal.* [...]

Terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. 56.

Cum venerit repentina calamitas, & interitus veſter [...] ingruerit, cum venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia, [...] cabunt me, & non exaudiam: mane conſurgent, & non [...] me eo, quod exoſam habuerint diſciplinam: & timorem [...] non ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & detra[...] uerſæ correptioni meæ. *Prou.*1.

*Conſilium bonum.*

Audi verba mea atq; conſilia, & erit Dominus tecum. [...]

State, vt conſulam quid præcipiat Dominus de vobis [...] dis ſuper anima hominis.) *Num.*9.

Gens abſque conſilio & ſine prudentia: vtinam ſaperent [...] ligerent, ac nouiſſima prouiderent. *Deut.*2.

Orate vt firmum faciat conſilium meum Deus. *Iud.* [...]

In corde meo Domine conſilium corrobora, vt [...] ſanctificatione permaneat 9.

Det tibi Deus gratiam & omne conſilium cordis tui [...] corroboret, *Iud.*10.

Conſeruaſti animam tuam, eo quod tale reperiſti [...] deſcenderes ad Dominum Deum noſtrum (hic in bono [...]

Quamdiu ponam conſilia in anima mea, & dolorem [...] meo per diem? *Pſal.*12.

Tribuat tibi Deus ſecundum cor tuum, & omne [...] tuum confirmet. 19.

Obliti ſunt operum eius, & non ſuſtinuerunt con[...] 105.

Exacerbauerunt eloquia Dei, ac conſilium Altiſſimi [...] 107.

Deſpexiſti omne conſilium meum, & increpationes [...] xiſti. *Prou.*1.

Conſilium cuſtodiet te. 2.

Cuſtodi legem meam atque conſilium meum, & erit [...] tuæ. 3.

Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum [...] bus. 8.

Meum eſt conſilium & æquitas. *ibid.*

Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia. [...]

Aſtutus omnia agit cum conſilio. *ibid.*

In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius ( [...] contemnitis.) *Ier.*23.

Si conſilium dedero tibi, non me audies (ſæpe fit.) [...]

Simon frater veſter ſcio quod vir conſilii eſt, ipſum [...] per: & ipſe erit vobis pater. 1. *Macch.*2.

Præuidimus animabus noſtris errore veſtro com[...] conſilium iniuimus. *Rom.*9.

*Conſilium bonum bonus attendit à quo habeat.*

Qui ſapiens eſt, audit conſilia. *Prou.*12.

Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri. 20.

Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de [...] *Ecleſ.*6.

Cum fatuis conſilium non habeas, non enim pote[...] niſi quæ eis placent. Coram extraneo non facias conſ[...] enim quid pariet: Non omni homini cor tuum manif[...] inferat tibi gratiam falſam, & conuitietur tibi. 8.

Cum ſapientibus & prudentibus tracta. 9.

Non omnem hominem inducas in domum tuam, [...] ſunt inſidiæ doloſi. Sicut enim eructant præcordia [...] ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum [...] ſuperborum, & ſicut proſpectator videns caſum pro[...] enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis impo[...] lam. 11.

Scientia ſapientis quaſi inundatio abundabit, & con[...] ſicut fons vitæ permanet. *Eccl.*21.

Cum viro irreligioſo ne tracta de ſanctitate, & cum [...] iuſtitia. Sed cum viro ſancto eſto, quemcunque cog[...] uantem timorem Dei, cuius anima eſt ſecundum an[...] *Eccl.*37.

Cor boni conſilii ſtatue tecum. *ibid.*

Animi viri ſancti enuntiat aliquãdo vera, quam ſep[...] ſpectores ſedentes in excelſo. Et ſic in his omnibus de[...] ſimum, vt dirigat in veritate viam tuam. *ibid.*

Omni tempore conſilia tua in ipſo permaneant. *Tob.*

Et conſilium tuum iuſtificationes tuæ. *Iob.*21.

Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non p[...] *Ecleſ.*32.

Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante [...] actum conſilium ſtabile. 32.

### ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Conſilium omne à Deo eſt, à quocunque proficiſcatur [...] 1. *de doct. Chriſti.*

Conſilium Dei nemo niſi ſpiritualis intelligit. *ibid.*

Aduertendum quod in acquirendis conſiliis plurimum valet vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? quis de turbida aqua potum petat? Itaque vbi luxuria eſt, vbi intemperantia, vbi vitiorum confuſio, quis inde ſibi aliquid hauriendum exiſtimet? quis eum iudicet cauſæ alienæ, quem videt inutilem vitæ ſuæ? Quomodo enim potero eum iudicare conſilio ſuperiorum, quem video moribus inferiorem? Supra me debet eſſe, cui me committere parem. Anne eum idoneum putabo, qui mihi det conſilium, quod non det ſibi? & mihi eum vacare credam, qui ſibi non vacat? cuius animum voluptates occupant, libido deuincit, auaritia ſubiugat, cupiditas perturbat. *Amb. de Offic. l. 2.*

Neceſſe eſt, vt præſtantior ſi, à quo conſilium petitur, quam ille qui petit. Quid enim conſulas hominem, quem non arbitreris melius aliquid reperire, quam ipſe intelligis? *ibid.*

Talis eſſe debet qui conſilium dat: vt ſeipſum formam aliis ad exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit eius ſermo ſalubris atq; irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora. *ibid.*

Quanto vtilius regem Pharaonem Ioſeph conſilio prouidentiæ iuuit, quam ſi pecuniam contuliſſet. Pecunia enim vnius ciuitatis vbertatem non redimeret, at proſpicientia Ioſeph, totius Ægypti per ſeptennium famem repulit. Facile autem pecunia conſumitur, conſilia exhauriri nequeunt, hæc vſu augentur, pecunia minuitur & cito deficit, vt quo pluribus largiri volueris, eo pauciores adiuues, & ſæpe tibi deſit, quod alii conferendum putaueris. Conſilii opisque collatio quo in plures diffunditur, eo redundantior manat, & in ſuum fontem recurrit. *ibid.*

Quid tibi prodeſt habere ſapientiam, ſi conſilium neges? Si conſilii copiam includas, clauſiſti fontem: vt nec aliis influat, nec tibi proſit. *ibid.*

Conſilium bonis datur, correctio errantibus. *Amb.*

Valde fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur: quia quo plus ſe poſſe conſpicit, eo virtus ſine moderatione deterius in præceps ruit, mens quæ intus ſedem conſilii perdidit, foras per ſe ſparſa innumerabiliter ſpargit. *Greg. in Moral.*

Petenti ſtulto conſilium, charitatis eſt: dare ſapienti, oſtentationis: in ſuo vero tempore peruerſitatis, ſapientiæ. *Idem.*

Senes dici ſolent, qui nulla conſilii grauitate deprimuntur. Seniores non eos ſacra Scriptura vocare conſueuit, qui ſola temporis longanimitate, ſed qui morum grauitate maturi ſunt. Vnde in libro Sapientiæ, Senectus honorabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. *Greg. lib. 30. Moral.*

Nullus fidelior tibi ad conſilium poteſt eſſe, quam qui non tua, ſed te diligit. *Greg. l. Regiſtri.*

Omnis prouidens conſilium quærit. *Caſſiod. 6. epiſt. 29.*

¶ Sententiae Poeticae.

Hom. in 1. Iliad. Verba ſunt Vlyſſis ad Achillem.

*Οὐδέ τι μῆχος*

*Ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν· ἀλλὰ πολὺ πρὶν φράζευ.*

*Neque vllus modus*

*Facti eſt remedium inuenire. Igitur multo prius conſilium cape.*

Periander.

*Συμβούλευε ἀναίτιος.* *Id eſt: Conſule ſine damno.*

Menander.

*Βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.*

*Conſilio enim recto nihil tutius.*

*Βουλὴν παντὸς πράγματος προλάμβανε.*

*Conſilium ante omnem rem cape.*

*Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία.*

*Sacrum quid vere eſt conſilium.*

Virg. Æn. l. 12.

*— Quantum ipſe feroci*

*Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt*

*Conſulere, atque omnes metuentem expendere caſus.*

Ouid. de Ponto. l. 4. Eleg. 12.

*Crede mihi miſeros prudentia prima reliquit,*

*Et ſenſus cum re conſiliumq; fugit.*

Horat. carm. 3. Ode 4.

*Vis conſilij expers, mole ruit ſua.*

Plato ad Perſeam.

*Res eſt profecto ſacra conſultatio,*

*Conſilium improbi, in extremum incidit malum,*

*Inanium inania conſilia.*

*Fatuus fatua loquitur.*

Sophoc.

*Curſus haud eſt finis idem & conſilii,*

*Conſilium ne adeas priuſquam voceris.*

Verinus.

*Conſilio vtilius, quàm viribus arma geruntur.*

*Militis eſt robur, conſiliumq; ducis.*

Terent. in Heaut.

*Tune iſthuc loqui?*

*Nonne flagitium eſt te aliis conſilium dare,*

*Foris ſapere, tibi non poſſe te auxiliarier?*

Plaut. in Epidi.

*Quid faciam? men' rogas? tu quidem*

*Antehac aliis ſolebas dare conſilia mutua.*

Terent. in Andr.

*Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus.*

*Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.*

Ouid. 1. Amor.

*Conſilium nobis resq; locusq; dabunt.*

Ouid. l. 2. de Pont.

*Cum poteram recto tranſire Ceraunia velo,*

*Vt fera vitarem ſaxa, monendus eram,*

*Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto,*

*Qua mea debuerit currere cymba via?*

Terent. in Eunuch.

*Omnia prius conſilio experiri quam armis ſapientem decet.*

Clau. l. 1. in Eutrop.

*Quam bene diſpoſitum terris, vt dignus iniquè*

*Fructus conſilii, primis autoribus inſtet.*

*Sic multos fluuio vates arente per annos,*

*Hoſpite qui cæſo monuit placare tonantem,*

*Inuentas primum Buſiridis imbuit aras:*

*Et cecidit ſæui quo dixerat, hoſtia ſacri.*

*Sic opifex tauri, tormentorumq; repertor,*

*Qui funeſta nouo fabricauerat ara dolori,*

*Primus inexpertum Siculo cogente tyranno*

*Senſit opus, docuitq; ſuum mugire iuuencum.*

Ex Comicis Græc.

*Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν.*

*Σοφὴ σοφῶν γὰρ γίγνεται συμβουλία.*

*Conſultor ille ſit tibi vir qui ſapit:*

*Sapientis etenim conſilia ſapientia.*

¶ Sententiæ Philoſophicæ

Electio appetitio ſit neceſſe eſt eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate, cum antegreſſa eſt deliberatio. *l. 3. Eth. c. 3. Ariſt.*

Electio eſt illa quidem voluntaria: ſed non idem quod voluntarium. *l. 3. Eth. c. 2.*

Electio in iis conſiſtit, quæ ſub actionem cadunt: iisq; ipſis, quæ eſt in nobis poſitum agere & non agere: itemq; ſic, aliter: deniq; in quibus ſumere eſt, propter quid. *l. 1. Mag. Mor. c. 17.*

Belluæ & pueri conſilii non ſunt participes, nec electionis. *libr. 3. Eth. c. 2.*

Conſilio contraria cupiditas eſt: cupiditas cupiditati non eſt. *ibid.*

Omnino iis in rebus verſatur conſilium quæ ſunt in noſtra poteſtate. *ibid.*

Inſtitutum ac conſilium non eſt eorum quæ fieri nequeunt: quod ſi quis hæc ſe eligere dicat, inſanus eſſe videatur. *ibid.*

Ex bonorum & malorum electione tales, hoc eſt, boni vel mali dicimur. *ibid.*

Inſtitutum laudatur quod ſit eius rei quæ magis honeſta eſt, vel quod rectum ſit. Atqui ea deligimus, quæ ſcimus optima. *ibid.*

Ex genere voluntariorum eſt electio: nec tamen quicquid voluntarium eſt, id etiam omne deligendum: ſed cum antegreſſa eſt deliberatio. *ibid.*

Eſt actionis omnis principium electio, vt ex quo motio naſcitur: non vt finis & extremum: Eligendi autem principium ab appetitione petendum eſt, eaque ratione quæ ad finem pertinet. *l. 6. Eth. c. 2. & l. 1. Magn. Mor. c. 1.*

Bonum conſilium quiddam eſt rectum, non ſcientiæ quidem: nec opinionis: quoniam in ſcientia non ſpectatur quid rectum, cum ne peccatum quidem: & opinionis quod rectum eſt: appellatur veritas. *l. 6. Eth. c. 9.*

Delectum quidem & electionem virtus rectam efficit: quod autem illius cauſa effici ſolet, hoc iam in virtute non eſt: ſed in alia vi poſitum. *l. 6. Eth. c. 12.*

Quæ ſponte facimus, non omnia eligimus: quæ autem eligimus, omnia cognoſcimus. Nemo enim ignorat quæ eligit. *libr. 1. Rhetor. ad Theod. c. 10.*

Non mihi quidem recte dicere videntur ii, qui conſilium ſiue electionem vel cupiditatem aiunt eſſe, aut iram, vel voluntatem, vel quandam opinionem. *l. 3. Eth. c. 2.*

Illud quidem apparet inſtitutum & conſilium ex genere voluntariorum eſſe, nec tamen quicquid voluntarium eſt, id etiam omne deligendum eſt: ſed cum antegreſſa eſt deliberatio. Nam cum ratione & mente coniunctum omne conſilium eſt: eſt enim *προαίρετον* quaſi *πρὸ ἑτέρων αἱρετόν*. *ibid.*

Quod eligendum eſt, id bonum eſt: quod potius eligendum eſt, id eſt, maius bonum. *l. 5. Eth. c. 3.*

Non omne quod ratione tractatur ſub electionem cadit: ſed id demum quod rerum agendarum extremum eſt. *de motu animalium, c. 4.*

Sine ratione conſilium bonum ſtare non poteſt. *l.6. Ethic.c.9.*

Electio appetitio eſt quam antegreſſa eſt deliberatio. *l.6. Ethic. cap.2.*

Parua ſum arma foris,niſi ſit conſilium domi. *Cic.1.de Offic.*

Melius accurantur,quæ conſilio geruntur,quam quæ ſine conſilio adminiſtrantur. *Cic.lib.1. Rhet.Veterum.*

Suo quemque officio conſulere oportet. *Idem l.2.*

Dii non ſunt auxilio his,qui ſe inconſulto in periculum mittunt. *Idem l.2. Rhet.nouorum.*

Conſilio,non impetu opus eſt. *Q. Curtius de geſtis Alexand. lib.7.*

Neque cæcum ducem, neque amentem conſultorem adhibeas. *Plut.*

Priuſquam incipias conſulto: & vbi conſulueris, mature facto opus eſt. *Saluſt.in Catilin.*

Malum eſt conſilium, quod mutari non poteſt. *Aulus Gellius, l.18. Noctium Atticarum.*

Conſilium eſt, examinandarum gubernandarumq; cauſarum ſubtilis animi proſpectus. *Tul.2.Rhet.*

Non viribus,non velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur,ſed conſilio antiquorum & ſcientia: quibus non orbati; ſed etiam augeri ſolet ſenectus. *Idem lib. de Senect.*

Diu delibera,cito facito: nihil curare,hoc eſt, inſanum eſſe: nil poſſe,hoc eſt mortuum viuere. *Sen.in prou.*

Sepultus ſit ſermo apud te,quem tu ſolus audieris. Conſilio melius vinces,quam iracundia. *Idem ibid.* 1.

Non minorem vtilitatem adferunt, qui Reipub. præſunt, quam qui bellum gerunt; itaque eorum conſilio ſæpe,aut ſuſcepta,aut confecta bella ſunt. Quare expetenda magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: temere enim in acie verſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam eſt, & belluarum ſimile. *Cic.1.Off.*

Conſiderati hominis eſt,iure decertare, armis non contendere. *Idem pro Cæcin.*

Maximæ Reſpubl.per adoleſcentulos labefactatæ, à ſenibus ſuſtentatæ & reſtitutæ ſunt. Cum enim ad gubernacula Reip. temerarii atque audaces homines accedunt,maxima ac miſerrima naufragia fiunt. *Cato Maior.*

Nulla conſilia meliora ſunt, quam illa quæ ignorauerit aduerſarius antequam facias. Quum igitur conſilium tuum cognoueris aduerſariis proditum,diſpoſitionem mutare te conuenit. Quid fieri debeat, tractato cum multis: quid verò facturus ſis,cum paucisſimis ac fideliſſimis, vel potius ipſe tecum. *Veget. de re militar.*

### ¶ Apophthegmata.

*Phocion.* Athenienſes cum inuito Phocione bellum cum Antipatro ſuſcepiſſent,eumque Athenas irruentem audiſſent, Phocioni detulerunt vt pacem cum Antipatro expoſtulet. At Phocion: Tunc ait, quum otioſis vobis conſulebam, ſi mihi creditum eſſet, haud nunc profectò tumultuantes conſuleretis, cui potiſſimum vos veſtraque cedere deberetis. *Bruſonius libro ſecundo, capit.33. ex Plutarcho.*

*Scipio Africanus*,turpe eſſe aiebat,in re militari dicere, Non putabam. Videlicet,quia explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur,adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione. *Valer. Max.l.7. c.2.*

*Demoſthenes* ſummus orator, Athenienſibus flagitantibus vt conſuleret,obſtitit,dicens, οὐ συντέταγμαι: id eſt, Non ſum coactus in ordinem: ſignificans,ſe non ſeruire populi affectibus, ſed ſuo arbitratu facere quod faciendum iudicaſſet. *Eraſmus libro quarto apopht.*

*Idem*,populus Athenienſium à Demoſthene flagitabat,vt quendam accuſaret: id cum recuſaret: cœpit populus in illum,vt ſolet, vociferari. Tum ſurgens: Vos me, viri Athenienſes,conſultorem habebitis vel inuiti: calumniatorem autem non habebitis,etiam ſi velitis. *Plut.*

*Themiſtocles* in concione dixit,ſe reperiſſe conſilium,quod ſummopere pertineret ad dignitatem Athenienſium:ſed id eius eſſe generis,vt proferri non expediret, populus cenſuit, vt vni Ariſtidi indicaret, ſi is probaret,probaturos omnes. Cum igitur Themiſtocles indicaſſet Ariſtidi, ſe de incendenda Græcorum nauali ſtatione cogitare(ſic enim fore,vt Athenienſes toti Græciæ dominarentur.) Ariſtides ad populum progrediens,dixit: Themiſtoclis conſilio nihil eſſe vtilius,ſed eodem nihil eſſe honeſtius. Hac audita voce,populus vetuit, ne ſuper ea re in poſterum verba faceret Themiſtocles. Hic certe populus quiddam philoſophicum præſtitit, repudians vtilitatem cum turpitudine coniunctam: ſimulq; declarauit, quanta ſit ſpectatæ virtutis authoritas, qui non dubitarit Reipubl. fortunam vnius iudicio committere. *Plut.in Ariſtide.*

*Liuius Salinator*,in conſilio primus rogatus ſententiam, neminem fidelius dare poſſe conſilium dixit,quam eam qui id alteri ſuaderet,quod ipſe,ſi in eodem loco eſſet,facturus fuerit. *Liu. 4. lib.7. Decad.7.*

*Lycurgus*, rogatus aliquando, quam ob rem veniſſet
aduerſus eoſdem expeditiones agere: Ne, inquit,dum
defendunt,bellandi peritiam vſu colligant. Vnde & Age-
uiter accuſatus eſt, quod crebris in Bœotiam expedi-
bellis Thebanos Lacedæmoniorum hoſtes ad repugn-
duxiſſet. Nam cum Antalcidas vidiſſet illum ſaucium,
uit quod Thebanos præliandi artem docuiſſet,cum ante
bellare,nec vellent. Præclaram,inquit,doctrinæ tuæ m-
bes,qui Thebanos nec animatos ad bellandum,nec e-
inuitos conſueſeceris,docuerisque bellum gerere. Hoc
latius etiam patet, videlicet ne ſæpius cum iiſdem lit-
contendamus,ne tandem aſſueti vel contemnant nos
*Plut. in Lacon.*

*Diogenes* probabat eos qui vxores ducturi,non duce-
uigaturi non nauigarent: qui pueros alituri, non ale-
Rempubl.acceſſuri,non accederent: qui ſe ad conni-
potentibus componerent, nec tamen accederent,ſign-
omnibus abſtinendum: eoque prudentes videri,qui a-
ti tempeſtiuè vertiſſent ſententiam; quod ſemel aggr-
integrum mutare conſilium, etiamſi pœniteat inſtitu-
vxorem,iam ſui iuris non eſt: qui ſe mari commiſit,
bitrio feratur oportet, qui ſemel acceſſit ad Remp.
portet:& vt cupiat,tutum non eſt ad priuatam redire vi-
*lib.6.*

*Alphonſus*, cum ſenex quidam, & natura & ætate
patrum numero, eum argueret, quod contra patrum
ſententias bellum capeſſeret:Reſpondit,Regum conſil-
ges eſſe,aut regum animos habere oportere. Plurima
dum conſiliariis & priuatis conuenire,quæ regem non
pecuniam cudere Parmenoni licuit, Alexandro vero
*Ant.Panorm.libro primo de rebus Alphonſ. & Æn.*
*dictis.*

*Idem* interrogatus,quibus conſiliariis maxime dele-
bris reſpondit: à quibus ſine metu,ſine gratia,quæ no-
deliter audiret. *Panorm.lib.3.de reb.geſt. Alphonſi.*

*Idem*,per abſurdum ſibi videri dicebat,reges ab ali-
ces ab aliis duci. Notauit autem principes & magnates,
imperii & principatus titulos ſibi vendicent,alieno ta-
regantur,etiam nolentes,quo fit,vt ſæpenumero cum
publicè incommodo alienis oculis videant,alienis au-
alienis linguis loquantur. Et ſic nihil minus ſunt quam
res, qui à conſiliariorum arbitrio ita pendent, vt plane
mancipia. *Panor.lib.2.de rebus geſt. Alphonſi.*

*Idem*, Cathalanis optimum factu fore cenſentibus
adhuc adoleſcentulo ſeptem viri ad gubernandas Re-
iungerentur,qui Deum timerent,iuſtitiam colerent,
nerent ſub freno,neq; donis,neq; muneribus tangere-
ſum laudaſſe conſilium, atq; ita reſpondiſſe ferunt: Si
dico ſeptem,ſed vnum tantum dederitis,continuo illi
regnum ipſum facile conceſſero. Pulchre autem innuit,
nos regum eſſe conſiliarios. *ibid.*

*Homulius* optare ſolebat potius malum princip-
nos haberet conſiliarios ac amicos: quam bonum,
haberet, quibus rerum adminiſtrationem committ-
enim facilius fore, vt à multis bonis vnus malus a-
retur,quam ab vno bono multi à malitia auerterent-
*7.cap.2.*

*Idem*, cum à Traiano Romanorum Imperatore
Domitianum peſſimum fuiſſe Imperatorem, amicos
mos habuiſſe: atque illum magis odio fuiſſe, qui R-
peioris vitæ hominibus commendaſſet: dixiſſe fertur,
vnum malum pati, quam multos. Multi enim mal-
ab vno,quamvis bono,vlla ratione ſuperari. *Ælius La-*
*lexandro.*

*Marius Maximus* meliorem eſſe rempublicam &
rem referebat,in qua princeps malus eſſet,quam in qu-
cipis praui exiſterent. Quandoquidem vnus malus p-
bus bonis corrigi,multi autem ab vno nequaquam.
*Conſulibus.*

*Ageſilaus.* Cum vita defunctus eſſet Lyſander, A-
meroſam ſodalitatem aggregatam comperit, quam
domum reuerſus, ſtatim aduerſus Ageſilaum inſtru-
digne ferens Ageſilaus, deſtinabat omnibus palam
iusmodi ciuis fuiſſet Lyſander dum viueret, ac pr-
oratione, quam Lyſander in libro deſcriptam reli-
poſitam quidem à Creonte Halicarnaſſeo, ſed in
Lyſander ediſceret, atque apud popularem multi-
taret (tractabat autem oratio de nouandis rebus de-
do reip. ſtatu) hanc, quoniam arguebat Lyſandrum
pernicioſum, ac ſeditionis auidum, Ageſilaus vol-
Cæterum vbi ſenex quidam Ephorus orationem
metuens dictionis grauitatem ac vehementiam,
quoque multos ad rerum nouarum ſtudium excita-
luit Ageſilao, ne Lyſandrum ſepultum refoderet, ſed
premeret. Senis conſilio paruit, & à cœptis conqu-
laus: doctus non ſolum obtemperare publicis legibu-

…verum etiam priuato ſenioris conſilio. Vir excelſi animi, …ſe valere voluit publicam vtilitatem, quam priuatum o… …perſpexit, indecorum eſſe, ſimultatem exercere cum … Hac moderatione vſus eſt aduerſus manifeſtum inimi… *Plut.*

*Paulus Æmilius* ſæpenumero dicebat, Imperatorem ſi minus … moribus ſenem eſſe oportere: ſentiens, non eſſe præci… conſilia, quod ſoleant iuuenes, ſed moribus vtendum ſenili… *Eraſ.*

…, cum Pompeij milites diſperſos ſuperaſſet, multis occi… …que aduentare Metellum cum aliis copiis, diremit præ… …catisque ſuis, dixit: Ego puerum hunc, niſi ſuperueniſ… illa, verberibus caſtigatum, domum remiſiſſem: Pompe… …nomine ſignans, Metellum vetulæ anus. *Plut, in Sert.*

…interrogatus, quis eſſet optimus conſiliarius? Tempus, in… …

…, Conſule (inquiebat) non quæ iucundiſſima, ſed quæ ſunt … *Idem.*

…, Zenone defuncto, quem vnum ex philoſophis maxi… …ebat, dicere ſolebat, geſtorum ſuorum theatrum eſſe ſub… …, quod ad illius viri iudicium potiſſimum componeret ſuas … quem vnum pro multis hominum millibus habebat. *Plu… in apoph.*

…dictum memorabile celebratur: Vnicum conſilium … magnam militum manum vincere. Quo prudenter admo… …perinde referre, quam numeroſum educas exercitum, ſed … belli rectores polleant conſilio. In bello ſiquidem plus … momenti prudens conſilium, & ſolertia, quam vires conſilii … *Eraſ. lib. 6. apoph.*

…, filio Philippo multis præſentibus percontanti, ac di… Quando caſtra mouebimus? Quid, inquit, num metuis, ne … non audias? Notans adoleſcentis imperitiam, qui hoc … multis præſentibus interrogaret, quum in bello celanda … principum conſilia: ſed quoties caſtra mouenda ſunt, omnibus … ſignum. *Plut. in apoph. Cæl. Rhod. l. 13. c. 5.*

…ſcitè dictum legimus *Metelli Macedonici*, qui cum omnia … & ſubito conſilio ageret: amico cuidam roganti, quidnam … …eſſet? Tunicam, inquit, meam exuerem, ſi eam conſilium … ſcire exiſtimarem. *Plut. c. 61. de viris illuſtr. Plutarch.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*…Monachi.* Qualis ciuitas eſt, cuius diurna ſunt mœnia: …, qui non omnia cum conſilio agit. *in Meliſſa, part. 1.* …

*…tarchi.* Velut ſi quis laborat hepatis vitio, medico oſtendat … exulceratos, ineptè faciat: Ita qui grauibus laborat malis, de … conſulat amicum. *In Moralibus.*

*…telis.* Oua quædam Hyponemia, hoc eſt, ſubuentanea vo… …cuntur & Zephyria, quæ vento concipiuntur. Sic euanidum … quicquid imaginationis non certo iudicio inſtituitur. *Libr. c. 1. … animal. & Plin lib. 10. c. 38.*

*Eraſmi Roterodami.* Vt Apion Homerum ab inferis euocatum, … interrogauit, quam quibus parentibus genitus eſſet: Sic … grauiſſimorum virorum conſilio conuocato, de meris nu… …tiuiunt. *In Similib.*

*…mia*, domi cæcutientes, foris nihil non vident: Ita quidam … negotiis plus ſatis oculati, in ſuis parum perſpiciunt. *ibid.*

Ex omni genere curioſitas hominum ſigna collegit inſtantis … …ſtatis, At multo magis conueniebat hac vti diligentia in con… …ionibus, vt obſeruatis experimentis conijciant, quid malorum … quoque perperam inſtituto conſequatur. *in ſimil.*

…fœmina inter aues ſaliat fœmiuam: naſcuntur quidem oua: … quibus nihil naſcitur: Ita conſilium quod animo concepe… …accedente ratione, friuolum eſt & inutile. *in ſimil.*

…qui propius admota non cernunt, quæ longius abſunt, vi… Ita nonnulli plus ſapiunt in rebus alienis, quam in his quæ ad … …inent. *in ſimil.*

…ut Aquilo, initio vehemens, deſinit lenior: contra, Auſter ini… …nior, deſinit vehementior: Ita qui præcipites magno impetu … aggrediuntur, frigeſcunt in proceſſu: contra, qui conſilio ſu… …, magis ac magis accenditur operis progreſſu. *in ſimil.*

…, vt ſæpenumero polypus dum conchæ carnem captat, ipſe … ac tenetur: Ita ſæpius dum aliis nocere ſtudemus, nos ipſos … periculum adducimus. *lib. 9. c. 29.*

…Perillus, qui Phalaridi taurum donauit æneum, ſuo periit in… …: ſic aliquoties malum conſilium in caput authoris redun… *lib. 34. c. 8.*

*Plutarchi.* Ibin aiunt, vbi conſenuit, iamq; quod erat turbidum … …, magis aromatice olere: ſic gloria ſenum tranquillior, & … conſilia ſedatiora. *in ſimil.*

## ¶ ADAGIA.

Res ſacra conſultor. σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα.

*…ſus eſt adagionis plurimum vtilitatis adferre bene conſulen… …, aut religioſe ac pure dandum conſilium iis, quibus eſt opus.*

Suadeo quod ipſe facturus eſſem.

*Quum alteri damus conſilium, quo non grauemur ipſi vti in ſimili cauſa, conueniet illud Calypſus, Odyſſ. ε.*

Ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω, καὶ φράσσομαι ὅσσ᾽ ἂν ἐμοί περ
Αὐτῇ μηδοίμην, ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι.
*Sentio ſuadeoq; tibi quibus haud grauer vti*
*Ipſa, mihi ſimilis ſi quando occurreret vſus.*

Conſilium in melius commutandum.

*Si quando iubebimus mutare conſilium, vtpote fœdum ac ſtultum aut reprehendemus quippiam vt inconſulte factum, vſui fuerit illud:*

Τίς τοίνυν θεῶν νηκερδέα βουλὴν
Ἐν στήθεσσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς;
*Quis tibi conſilium ſubmiſit inutile tandem*
*Diuorum, ſanamq; exemit pectore mentem?*

## ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Conſilii boni exempla: Abraham, *Gen.* 13 *v.* 9. Loth, 19. *v.* 14. Rebecca, 27. 43. Ruben, 37. 21. Ioſeph, 41. 35. & 46. v. 33. 34. Serui Pharaonis, *Exodi* 10. 7. Iethro, 18. 19. Moſes, *Numeri* 14. *v.* 41. 42. Rahab, *Ioſ.* 2. 16. Iſraelitæ, *Iudicum* 20. 13. Ruth, *Ruth* 2. *v.* 2. & 3. 1. Heli, 1. *Sam.* 3. *v.* 9. Samuel, 12. v. 14. 20. Saul, 15. 6 Ioab, 2. *Sam.* 19. 7. Mulier prudens, 2. *Sam.* 20. 22. Ioab, 24. 31. *Paral.* 21. 3. Nathan, 1. *Reg.* 1. *v.* 12. 13. Seniores, 12. 7. Puella captiua, 2. *Reg.* 5. 3. Naaman ſerui, v. 12. Eliſæus, 6. *v.* 9. Seruus, 7. 13. Godolias, 25. 24. *Ierem.* 40. 9. Ioſaphat, 2. *Paralip.* 20. v. 20. Iojada, 23. 4 Homo Dei, 25. 7. Obed, 28. 9. Ezechias, 30. 6. Nechao rex Ægypti, 35. 21. Eſdras, 1 *Eſd.* 10. *v.* 11. Nehemias, *Nehem.* 2. 17. & 5. v. 10. 11. Mardochæus, *Eſth.* 4. 14. Elnathan, Dalaias & Gamarias, *Ierem.* 36. 25. Ieremias, 38. *v.* 17. 20. & 42. *v.* 10. Principes exercitus *v.* 14. Daniel, *Dan.* 4. 24. Michæas, *Mich.* 6. *v.* 8. Pilati vxor, *Matth.* 20. 19. Chriſtus, *Luc.* 3. 11. & 12. 58. Chriſti mater, *Ioan.* 2. 5. Petrus, *Actor.* 2. 38. & 9. 34. Apoſtoli, 6. 3. Diſcipuli, 38. & 21. 22. & 27. v. 10. 22. 31. Paulus & Silas, 16. 31. & 20. 3. & 27. *v.* 10. 22. 31. Paulus, *Rom.* 13. 3. 1. *Corinth.* 7. 5. 2. *Cor.* 8. *v.* 10.

Cauſa mali exempla: Eua, *Geneſ.* 3. *v.* 6. Sarai, 16. 2. Filia maior Loth, 19. 31. Fratres Ioſeph, 37. 20. Vxor Potiphar, 39. 7. Pharao, *Exodi* 1. 10. Iſraelitæ, 32. 1. *Actorum* 7. 40. Balaam, *Numeri*, 24. 14. & 31. v. 16. Serui Dauidis, 1. *Sam.* 24. 5, Principes filiorum Ammon, 2. *Sam.* 10. 3. 1. *Paralip.* 19. 3. Ionadab, 2. *Sam.* 13. 5. Achitophel, 16. 21. Iuuenes conſiliarii Roboam, 1. *Regum* 12. 10. Ieroboam, 1. *Reg.* 18. v. 27. 28. & 14. 2. Regis Syriæ ſerui, 20. 24. Iezabel, 21. v. 7. 10. Nuncius Achab, 12. v. 13. 2. *Paral.* 18. 52. Rabſaces, 2. *Regum* 18. *v.* 31. 32. Dauid, 1. *Paralip.* 21. *v.* 2. Athalia, 2. *Paralip.* 22. *v.* 3. 4. Semaia, *Nehem.* 9. 10. Zares vxor Aman, *Eſth.* 5. 14. Vxor Iob, *Iob* 2. 9. Principes regis Sedechiæ, *Ierem.* 38. *v.* 4. Principes Darii, *Daniel.* 6. *v.* 7. Filia Herodiadis, *Matth.* 14. *verſ.* 8. *Marci* 6. 25. Petrus, *Matth.* 16. 22. Principes Sacerdotum & Seniores populi, 26. 4. & 27. 1. *Ioan.* 11. 47. & 12. *v.* 10. 40. 40. Pontifices, *Marci* 15. 11. Diabolus, *Luc.* 4 3. Coloni, 14 20. Caiphas, *Ioan.* 11. *v.* 49. 59. 51. Iudæi, *Act.* 13. 50. & 23. 15. Milites, 27. 42.

Conſilii aſtuti, exempla: Rebecca, *Gen.* 27, *v.* 9. 10. Gabaonitæ, *Ioſ.* 9. v. 3. 4. Maiores natu inter Iſraelitas, *Iudic.* 21. 20. Manuchan, *Eſth.* 1. *v.* 19. Pharitæi, *Luc.* 13. 31. Diſcipuli, *Act.* 21. v. 4. Fideles. *v.* 12.

Conſilii carnalis, exempla: Petrus, *Matth.* 16. 22. & 17. 4. *Marci* 9. *v.* 5. *Luc.* 9. 33. Mater filiorum Zebedæi, *Matth.* 20. *v.* 21. Iacobus & Ioannes, *Luc.* 7. 57. Fratres Chriſti, *Ioan.* 7. 3. Diſcipuli, 11. 8. Caiphas, *v.* 30. & 18. v. 14. Gamaliel, *Act.* 5. v. 35.

Conſilii mutati, exempla: Iudas, *Gen.* 37. 26. Nathan, 2. *Paral.* 17. v. 2. 4. 3.

Inferiorum conſilia non ſunt contemnenda, exempla: Vxoris Naaman pediſſequa, 2. *Reg.* 5. v. 3. Serui Naaman, *v.* 13. Abigail, 1. *Samuel.* 25. v. 25. Ioab, 1. *Paral.* 21. *v.* 3.

## ¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Nero Romanorum Imp.* Natura crudelis, conſiliariorum ſuorum inſuper inſtinctu, multa contra dignitatem fecit, cum crebrò ab illis audiret: tu hoc pateris? tu hoc times? ignoras te Cæſarem eſſe? teque illorum poteſtatem habere, non illos tui? *Xiphilinus in Nerone.*

*Diodorus Mercurium* ſcribit fuiſſe Iſidi & Oſiridi in conſilio: cumque in expeditionem Oſiris iret, Mercurium ſeu conſiliarium Iſidis coniugis domi reliquiſſe: hominemque fuiſſe inſigni prudentia, multaſque tradidiſſe mortalibus artes ac ſcientias. *L. Viues lib. 8. Aug. de ciuit. Dei, c. 26.*

*Sigebertus Occidentalium Saxonum in Anglia rex*, cum ſuos non libenter audiret conſiliarios, vnum ex iis Cumbranum interfecit. Qua re indignati reliqui, facta coniuratione, eum primo imperii anno regno deturbarunt. Tum Sigebertus ſeſe in loca ſyluestria abdidit, & ibi à viliſſimo Cumbrani ſeruo, qui porcos paſcebat, trucidatus eſt. *Polyd. lib. 4.*

*Baiazethes, VI. Turcorum rex*, adeo præfractus & temerarius erat, vt neminem monentem ſequeretur, ſed ſibi ſoli confideret, quando eundum erat in hoſtes. *Chalcondylas lib.*

*Iuſtinianus II. Imp. ſendecim natus annos*, imperium adeptus, proprii

propriis conſiliis vſus: maxima incommoda Romano nomini attulit. *Cuſpinianus.*

*Lacones*, ſi quando ſtratagemate, hoc eſt, callido conſilio ſuperaſſent hoſtem, Marti bouem immolabant: ſin aperto prælio, gallum: hoc pacto conſuefacientes belli duces, vt non ſolum fortes eſſent ad prælium, verum etiam callidis conſiliis adverſus hoſtem inſtructi. Præclarius enim exiſtimabant, hoſtem ingenio citra ſanguinem deijcere, quam pugna plerunque vtrinque cruenta. *Plutarchus in Laconicis.*

*Antoninus Pius*, nihil ſolitus eſt agere in bellicis negotiis, aut in ciuilibus, de quo non prius conferret cum grauibus viris: dicens: Æquius eſt vt ego tot taliumque amicorum conſilium ſequar, quam vt tot talesque amici meam vnius ſequantur voluntatem. *Iul. Capitol.*

*Qui Scipionis* gloriæ inuidebant, dicere ſolebant, iſtum eſſe egregiorum facinorum hiſtrionem. Lælium verò collegam illius geſtorum. Alludentes huc, quod alius eſt actor fabulæ, alius author. Sentiebant, Scipionem præclaras res gerere, ſed Lælii conſiliis. *Eraſmi. lib. 6. apophr.*

*Fertur hoc* Chilonis nomine, In via non properandum. Ex inceſſu colligitur animus: præceps arguit præcipitem, nimium lentus ignauum. Decet autem in publico compoſitis eſſe moribus. Fortaſſe deterruit à præcipiti conſilio. *Laert.*

*Athenienſes*, cum aduerſus Alexandrum feliciter pugnaſſent, ac diis iam gratias agerent, rogatus Phocion, an hæc ita geſta nollet? Hæc quidem, inquit, geſta vellem, ſed illa decreta. Sentiens, etiam inconſulta conſilia nonnunquam feliciter cedere, id quoties accidit, gratulandum quidem eſſe Reipub. non tamen ideo non ſemper vtendum optimis conſiliis. Fortaſſis & illud ſenſit Phocion, non eſſe protinus fidendum primis ſucceſſibus, ſed totius negotii euentum declaraturum, quale fuiſſet ipſius conſilium. *Plut. in apoph.*

Rumor incerto authore obortus erat de morte Alexandri, moxque rhetores proſilierunt, hortantes, ne cunctarentur, ſed illico bellum ſuſciperent. Phocion expectare iuſſit, donec certius aliquid cognoſceretur. Nam ſi, inquit, hodie mortuus eſt, & cras & perendie mortuus erit. Grauiter oratorum præcipitem temeritatem coercuit. *ibid.*

*Artabanus*, Xerxi expeditionem in Græciam paranti, ait, Iterum atque iterum, dum mihi videbitur, re apud teipſum probè conſiderata, edicito quod optimum arbitraberis. Bene enim & præmeditate, conſultare comperio maximum eſſe lucrum. Nam etſi quid è contrario euenturum eſt, nihil tamen minus bene conſultum eſt, ſuperauitque fortuna conſilium. *Bruſ. lib. 2. c. 15.*

*Democritus Ætolus* nullam rem eſſe tam inimicam conſiliis dicebat, quam celeritatem. Præcipitata enim conſilia ſi in tranſuerſum agantur, nulla reuocari pœnitentia poſſunt in melius. *Bruſ. libro 1. c. 15. ex Liuio.*

*Iulius Cæſar* ea facinora plurimum probare ſolitus erat quæ ſine longo conſilio & conſultatione prolixa generentur. *Plut.*

*Auguſtus Cæſar* dicebat, ſe Romanis eum imperii ſucceſſorem relicturum, qui nunquam eadem de re bis conſultaſſet: de Tiberio loquens, quem conſiliis plurimum valuiſſe præſentibus ferunt. *Plut. in apoph.*

*Fridericus Cæſar* conſiliariis ſuis in curiam vocatis, Vtinam, inquit, conſiliarii mei in palatii veſtibulo duas res deponerent. Sic enim & ipſi recte conſulerent, & mihi etiam inter conſilia dijudicare facillimum eſſet. Interrogatus autem, quænam res illæ eſſent, Simulatio & diſſimulatio, reſpondit. Docuit autem, principes commodis publicis non rectè conſulere poſſe, propter conſiliariorum priuatos affectus. *Aeneas Syluius libr. 3. commentariorum de rebus geſtis Alphonſi regis.*

*Idem*, Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ regem adhuc puerum, cum educaret, ſanguine ſibi coniunctum, non defuerunt ex conſiliariis, qui puerum clam perdendum Cæſari perſuaderent; cuius mors opes maximas, plurimaque regna allatura eſſet. At Imperator: Qui fit (inquit) quod me diuitem potius quam pium erga meos eſſe cupitis? Ego ſane diuitias non ita amo, vt impiis conſiliis perſuaſus, propter eas indignum facinus perpetrare velim. Quo dicto docere voluit, conſilium peſſimum, cumque crudelitate coniunctum, à principibus eijciendum eſſe, nihilq; conſiliariorum perſuaſione faciendum, quod principis maieſtatem lædere, eiusque nomen bonamque famam obſcurare apud ſubditos poſſit. *Aen. Syluius lib. 3. comment. de reb. geſtis Alphonſi.*

## ❡ Hieroglyphica.

*Bulla quædam cordis figuram habens* puerilis ingenuitatis inſigne fuit apud veteres. Ea enim figura admonitos volebant pueros, vt frugalia ſemper conſilia ſecuti, *corde* præſtare conarentur. *Corcuhum* enim veteres pro ſolerti & acuto dicebant. Et animæ partem rationis participem, *Cor* appellari ſolere dicit Adamantius. *Cor* igitur *Conſilij* hieroglyphicum eſſe, ex hiſce ſatis manifeſtum eſt. *Pier. Valer.* 34. *pagin.* 316. E. De bulla illa vide eundem *Pierium hieroglyphicorum lib.* 41. *pag.* 395. B.

Veteres cum *Conſilia & cogitationes occultas* eſſe debere ſignificare volebant, *Plutonem* pingebant *galeatum*, & *Proſerpinam rapientem*: tum quod ſubterranea, quorum Deus dici[...] teant abſconditaq; ſint: tum quia raptus clam fiunt, tum [...] quod cum in capite conſilii ſedes eſſe putetur, galea illa [...] ptè conſiliorum occultationem ſignificet. Eruditus qui[...] *Hieroglyph.*

## ❡ Emblemata.

Conſiliarii Principum.
Andr. Alciati.
Emblema cxlv.

*Heroum genitos, & magnus fertur Achillem*
*In ſtabulis Chiron erudiiſſe ſuis.*
*Semiferum doctorem, & ſemiuirum Centaurum,*
*Aſſideat quiſquis Regibus, eſſe decet.*
*Eſt fera, dum violat ſocios, dum proterit hoſtes:*
*Eſtq; homo, dum ſimulat ſe populo eſſe pium.*

Conſilio & virtute Chimæram ſuperari, hoc eſt, fortiores & deceptores.
Emblema xiv.

*Bellerophon vt fortis eques ſuperare Chimæram,*
*Et Lycii potuit ſternere monſtra ſoli:*
*Sic tu Pegaſeis vectus petis æthera pennis,*
*Conſilioq; animi monſtra ſuperba domas.*

Non vulganda conſilia.
Emblema xii.

*Limine quod cæco, obſcura & caligine monſtrum,*
*Gnoſiacis clauſis Dædalus in latebris,*
*Depictum Romana phalanx in prælia geſtat,*
*Semiuiroq; nitent ſigna ſuperba boue:*
*Noſq; monent, debere ducum ſecreta latere*
*Conſilia, auctori cognita techna nocet.*

Parem delinquentis & ſuaſoris culpam eſſe.
Emblema clxxiii.

*Præconem lituo perflantem claſſica, victrix*
*Captiuum in tetro carcere turba tenet.*
*Queis ille excuſat, quod nec ſit ſtrenuus armis,*
*Vllius aut ſæuo læſerit enſe latus.*
*Hic illi: Quin ipſe magis timidiſſime peccas,*
*Qui clangore alios æris in arma cies.*

## ❡ Fabulae seu Apologi.

Hirundo & Auiculæ.

Cum linum ſereretur, monuit reliquas auiculas hirun[...] vt eruerent ſemina, de quibus relictis exoritura eſſet [...] tiſſima auium generi. Sed hoc illis cum non probaret, [...] tam primum & teneram herbam vt euellerent hortat[...] rò neque hoc facere vellent, ipſa de ſyluis & ſolitudin[...] minum conſuetudinem & in oppida ſe contulit. Paulo p[...] rum linum carpitur, & retia nectuntur, & capiuntur a[...] deplorantes neglectionem ſalutaris conſilii.

Fabula oſtendit, verum eſſe quod dici ſolet, qui con[...] num reſpuat, eum accerſere ſibi perniciem.

Vulpes & Formica.

Quærens materiam vulpes ad domum extruendam, [...] ret in luce & aperto aere, redarguitur à formica, quæ [...] quam eſſe iucundum aſpectum lucis, fateretur, ſed vulp[...] gitandum quid ageret, quæ eſſet in tanto odio ruſtico[...] rapinas, & cuius pelles magnopere ad veſtitus hyemal[...] tur.

Vulpeculæ.

Elapſa vulpes de laqueo, ſed mutila, nam caudam [...] viuendum in tanta deformitate ſibi eſſe exiſtimans, [...] mune ſuadere omnibus, vt & ipſæ præcidi caudas ſibi p[...] cupiebat enim in turba & ſocietate turpitudinis ſuum v[...] occultare. Quid enim, inquit, has & indecoras & ſuper[...] onus geſtamus, vel potius attrahentes defatigamur. [...] obſecro, rei vtiles ſunt, niſi forte verrendum ſolum [...] Parantem dicere plura, vna de multitudine iuuencula [...] pellaſſe his verbis: Heus tu, mea matercula, num hoc [...] ra etiam, ſi non tibi emolumento futurum eſſe ſperar[...]

Significat hæc fabula, neque aliorum commoda [...] bus malorum propoſita eſſe; neque libenter homine[...] admittere, quæ non eorum, quibus dantur, commoda [...] procurare videantur.

## ❡ Scriptores.

De non temere iudicando, *Aurel. Auguſt. Epiſt.* [...] *rum eius.* Conſilium *Octauian. Mirandula.* S. pater [...] *uinus in apophr. Hierem. Pad.* 3. 2. 4. *Index in prouerbia* [...] *cundum locos. Lumen animæ, par.* 2. *c.* 24. *Manip. Flor.* [...] *Bell.* 144. Conſilia, *Bruſon.* 2. 15. De conſultatione *lib.* [...] De conſilio & inconſulto, *Ant. Mont. de Meliſſ.* 1. 10. De [...] & eum admittentibus & contra, *ibid.* 2. 59. De conſulen[...] *cus Platonis dialogus nothus.*

…ſingulis expertum conſule, *Marſilius* 4.14. Conſilii rationem …antiſſimam: Eubulia, id eſt, bona conſultatio, quid ſit: Eu…collimatio, collineatio, *Cælius* 11.9. De conſilio, & quod non …re debeat, *Petrus Laquerius ex Cic.* Conſultare in conui…nominus Græcanicum quam Perſicum. *Plut. Sympoſ.* 7.9. *An …ſtat*, 7.10.

# Conſolatio.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CONSOLATIO, Græcè παράκλησις, ιος, ἡ; & παράκλητος, ου, ὁ, con…dicitur. Compoſitum ex con & ſolor, quod eſt quaſi ſo…integro: à quo ſolatium & ſolamen, quo poetæ frequen…tur. Virgilius:

*Solamenq; mali de collo fiſtula pendet.*

…men à conſolatione quidam ſic diſtinguunt: quod ſolamen …conſolatio verbis. Vnde carmen conſolatorium dicimus.

Conſolatio, παραμυθία, Leuamen, doloris leuatio, Hebr. *Nicham*, …conſolatus eſt. Conuenit cum verbo *Chamam*, incaluit: …in conſolationibus inflammationes quædam viſcerum ſen…tur.

## BIBLICI LOCI.

…latio pars prophetiæ, 1. *Cor.* 14.3. Conſolatio vera, in Eccle…, *Eſai.* 66.11. Conſolatio æterna à Deo fidelibus data, … Conſolatio mutua piis neceſſaria, 1. *Theſſ.* 4.18. & 5.11. … Conſolatio in rebus aduerſis, *Matth.* 3. & 10.24. 2. *Cor.* 4. … Dei verbo petenda, *Eſa.* 50.11. *Rom.* 13.4. 1. *Theſſ.* 4.18. *Hebr.* …latio vita per Chriſtum, 2. *Cor.* 1.5. *Phil.* 2.1. Conſolatio er…mes, 1. *Theſſal.* 5.14. Conſolatio omnibus ſperantibus in … *Pſalm.* 31.25. Conſolatio fidelibus propoſita, 1. *Ioan.* 3. *Ver-*

## SENTENTIAE BIBLICAE.

*Conſolatio diuina.*

…lamini, conſolamini popule meus *Eſai.* 40.

…ipſe conſolabor vos. 51.

…tam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, læ… dolore ſuo. *Ier.* 31.

…Dominus & confortans in die tribulationis. *Nahum.* 1.

…autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari, ſupra id …, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſu… 1. *Cor.* 10.

…dictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſe…rum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos o…latione noſtra. 1. *Cor.* 1.

…iam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per … abundat conſolatio noſtra: ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic … conſolationis. *ibid.*

…ibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur. 4.

…pugnæ, intus timores: ſed qui conſolatur humiles, conſo… nos, 7.

…mere, ſed loquere, & (inquit Dominus per viſionem nocte … prædicaret Corinthi) ne taceas, propterea quod ego ſum … nemo opponetur tibi, vt noceat. *Act.* 18.

*Conſolatio humana.*

…atores oneroſi omnes eſtis. *Iob.* 26.

…ſer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſu…

…mus & ipſi conſolari vos, qui in omni preſſura eſtis. 2. *Co-*

…lamini puſillanimes 1. *Theſſ.* 5.

…ego in corde meo: Vadam & affluam deliciis, & fruar bo… quod hoc quoque eſſet vanitas. *Eccl.* 2.

## SENTENTIÆ PATRVM.

…eſt quod nos & lætificat in omnibus laboribus & periculis …: amor noſter in Deum, & pium ſtudium, & certa ſpes; & …tus. *Aug. ſuper Ioannem.*

…ptas angit, ſi luctus mœſtificat, ſi dolor corporis inquie… calamitas vexat, adſunt boni homines, qui non ſolum … gaudentibus, ſed flere cum flentibus norunt, leniun…, releuantur grauia, & ſuperantur aduerſa. *Idem ibid.*

…latio mitis debet eſſe, non aſpera, quæ magis dolorem le…rem mitiget, quam commotionem excitet. *Amb. in lib. de*

…pertatem times; ſed bonos pauperes Chriſtus appellat. La…tus, nemo athleta ſine ſudoribus coronatur. De cibo co… fides famem non timet. Deus ipſe omnium rector ac Do… omni angelorum militia certamen tuum expectat: tibi … diabolum dimicanti parat æternitatis coronam. *Hieron. in*

Non plangam cum Iacob & Dauid filios in lege morituros, ſed cum Chriſto in Euangelio ſuſcipiam reſurgentes, Iudæorum luctus: Chriſtianorum gaudium. Vnde Moyſes moriens plangitur: Ieſus abſque funere & lachrymis in monte non ſepelitur. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. *Idem ad Heliodorum.*

Quum volumus afflictum quempiam à mœrore ſuſpendere, ordo conſolationis eſt, vt ſtudeamus prius mœrendo eius luctui concordare. Dolentem non poteſt conſolari, qui non concordat dolori: quia eo ipſo quod à mœrentis afflictione diſcrepat, minus ab illo recipitur, cui mentis qualitate ſeparatur. Sed emolliri prius debet animus, vt afflicto congruat: congruens inhæreat: inhærens trahat: nec ferrum ferro coniungitur, ſi non vtrinque exuſtione ignis liquetur. Durum molli non adhæret, niſi prius eius duritia molleſcat. Sic nec iacentem erigimus, niſi à rigore noſtri ſtatus inclinemur, quia dum rectitudo dantis à iacente diſcrepat, eum, cui condeſcendere negligit, nequaquam leuari. *Gregor. in moral.*

Magna conſolatio tribulationum eſt, Autoris noſtri dona ad memoriam reuocare. *ibid.*

Magna eſt conſolatio in eo quod diſplicet, quod ordinante illo erga nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. *ibid.*

Feſtina conſolatio bonorum, conſideratus finis malorum, dum enim ex eorum interitu malum conſpiciunt quod euadunt, leue æſtimant quicquid aduerſum in hac vita patiuntur. *ibid.*

Facilior erit conſolatio, ſi inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoriam delicta reuocamus, atq; hæc iam non flagella, ſed dona eſſe conſpicimus, ſi, quæ carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamus. *Idem in Regiſtro.*

## POETICÆ SENTENTIÆ.

Simonides.

Τοῦ μὲν θανόντος, οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
Εἴ τι φρονοῖμεν πλεῖον ἡμέρας μιᾶς.
*De homine defuncto non cogitabimus,*
*Sed quid ſapiamus, amplius vno die.*

Menander.

Ἐπὶ τοῦτ᾽ ἐγένοντο πάντες ἔνθα λήξομεν,
Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν, ξένε.
Τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα.
*Omnes illuc peruenerunt, vbi nos deſinemus,*
*Ferenda eſt fortuna humaniter, ô hoſpes,*
*Communes euentus ferre communiter oportet.*

Euripides in Inone.

Γίγνωσκε τ᾽ ἀνθρώπεια, μηδ᾽ ὑπερμέτρως
Ἄλγει, κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.
*Agnoſce res humanas, neque ſupra modum*
*Dole, non ſola enim male affligeris.*

Idem Proteſilao.

Πέπονθεν, οἷα καὶ σὲ, καὶ πάντας μένει.
*Hoc ei accidit, quod etiam tibi, & omnibus euenturum eſt.*

Theognides Poeta.

Τόλμα θυμὲ κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς,
Δειλῶν τι κραδίη γίνεται ὀξυτέρη.
Μηδὲ σύγ᾽ ἀπρήκτοισιν ἐπ᾽ ἔργμασιν ἄλγος ἀέξων,
Ἄχθει μηδ᾽ αἴσχεια· μηδὲ φίλους ἀνία,
Μηδ᾽ ἐχθροὺς εὔφραινε, θεῶν δ᾽ εἱμαρμένα δῶρα,
Οὐκ ἂν ῥηιδίως θνητὸς ἀνὴρ προφύγοι.
*Suſtineas anime in malis, quamuis intolerabilia paſſus,*
*Timidorum ſane cor magis eſt præceps, ac impatiens.*
*Neque vanis negotiis dolorem tibi augens,*
*Odio, aut moleſtia, afficiaris: neque amicos triſtitia,*
*Neque inimicos gaudio perfundas, Deorum enim fatalia dona ſunt,*
*Quæ mortalis homo non facile effugerit.*

Philetas in Pægniis, id eſt, iocis.

Ἐκ θυμοῦ κλαῦσαι μέγα μέτρια, καί τι προσηνὲς
Εἰπεῖν, μέμνησθαι τ᾽ οὐκ ἔτ᾽ ἐόντος ὅμως.
*Ex animo lugeas omnino mediocriter, & aliquid iucunde*
*Dicas, nihilo ſecius memor defuncti.*

Euripid. in Alexand.

Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν.
*Caſus veteres non deplorandi ſunt nouis lachrymis.*

Phileas in Epigrammatibus.

Οὐ κλαίω ξείνων σε φιλαίτατε· πολλὰ γὰρ ἔγνως
Καλὰ, κακῶν δ᾽ αὖ σοι μοῖραν νέμει θεός.
*Non lugeo te chariſſime hoſpes, multa enim percepiſti*
*Bona, nunc verò malorum tibi ſortem Deus dedit.*

Sophocles in Scyriis.

Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ,
Καὶ τὸν θανόντα δάκρυσιν ἀνιστάναι,
Ὁ χρυσὸς ἧττον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν εἴη.
Νῦν δ᾽ ὦ γεραιὲ ταῦτ᾽ ἀνηνύτως ἔχει,
Τὸν μὲν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν,
Κἀμοὶ γὰρ ἂν πατὴρ τε δακρύων χάριν,
Ἀνεῖτ᾽ ἂν εἰς φῶς.
*Quod ſi poſſes lugendo mederi malis,*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Et mortuum lachrymis reuocare.*
*Aurum ſane vilius foret fletu.*
*Nunc autem ô ſenex fieri nequaquam poteſt.*
*Vt qui ſepulchro conditus, in lucem reducatur.*
*Nam & mihi pater ſi quid lachrymæ proficerent,*
*In lucem rediſſet.*

Philemon in Sardio.

Εἰ τὰ δάκρυ᾽ ὑμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον
Ἀεὶ θ᾽ ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,
Ἠλλαττόμεσθ᾽ ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον.
*Si lachrymæ nobis remedium eſſent malorum,*
*Et qui lugeret, dolore ſemper leuaretur,*
*Aurum ſanè pro lachrymis permutaremus.*

Homerus in ω. Iliad.

Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο,
Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένους· αὐτοὶ δέ τ᾽ ἀκηδέες εἰσί.
*Non enim aliquis affectus eſt frigidi luctus.*
*Sic ſanè decreuerunt dij miſeros mortales*
*Viuere triſtitia affectos : ipſi verò ſunt ſine triſtitia.*

Idem Ibidem.

Καὶ γάρ τ᾽ ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου.
Τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.
*Etenim pulchricoma Niobe non recordata eſt cibi*
*Quamuis ipſi duodecim filij in domibus perierint.*

Homerus in 1. Odyſſeæ.

Ἀλλ᾽ οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν.
*Sed nullus affectus fit lugentibus.*

Phocylides.

Μηδ᾽ ἐπὶ παροιχομένοισι κακοῖς ἐτρύχου τὸ σὸν ἦτορ.
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
*Neque præteritis malis affligas tuum cor,*
*Non amplius enim poteſt factum eſſe non factum.*

Pallades.

Προσδοκίη θανάτου πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη,
  Τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος.
Μὴ τοίνυν κλαύσῃς τὸν ἀποιχόμενον βιότοιο,
  Οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος.
*Expectatio mortis multi doloris eſt triſtitia,*
  *Hoc autem lucratur mortalis mortuus.*
*Ne igitur fleas defunctum vita,*
  *Nulla enim mortis ſecunda eſt paſſio.*
Ῥίπτε γόους μὴ κάμνε πόσον χρόνον ἐνθάδε μίμνεις,
  Ὡς πρὸς ἐκεῖνον ὅλον τὸν μετὰ ταῦτα βίον.
Πρὶν τοίνυν σκώληκα βαλεῖν, τύμβοις τε ῥιφῆναι,
  Μὴ δαμάσῃς ψυχὴν ζῶν κρινομένην.
*Abijce luctus ne labora quantum tempus hic maneas ;*
  *Si reſpicias ad illam totam poſt hac vitam*
*Antequam igitur ad vermes projciaris, ſepulchrisq́; impò-*
  *naris*
  *Ne domes animam viuere etiam addictam.*

Euripides in Medea.

Κούφως φέρειν θνητὸν ὄντα συμφοράς.
*Leuiter ferre oportet mortalem exiſtentem calamitates.*

Euphorio Poeta.

Καὶ τόκα μέτρια μέν τις ἐπὶ φθιμένῳ ἀκάχοιτο,
Μέτρια καὶ κλαύσειεν, ἐπεὶ καὶ πάμπαν ἄδακρυν
Μοῖραι ἐπεμύναντο.
*Et tum quiſpiam moderatè defuncti nomine triſtetur,*
*Et moderatè lugeat. Nam omnino à lachrymis alienum*
*Parcæ laſerunt.*

Euripides in Andromach.

Παῦσαι δὲ λύπης τῶν τεθνηκότων ὕπερ.
Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν.
Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν τ᾽ ὀφείλεται.
*Deſine triſtari pro defunctis.*
*Nam cunctis hoc hominibus à dijs*
*Suffragij datum eſt, vt mortis impoſita neceſſitas.*

Iacob Bill. Antholog. Sacr.

*Tædia quem mundi teneant, reperire quietem*
  *Si velit, in ſolo numine quærat eam.*
*Vera quies cœlo fixa eſt, ac fallitur, illi*
  *Sedibus in noſtris qui putat eſſe locum.*
*Qui mundi curas mundi medicamine curat,*
  *Hunc album Æthiopem reddere velle reor.*
*Namq́; nouas ſordes trahit hic, qui tædia mentis*
  *Vt pellat, mundi gaudia vana cupit.*

Idem.

Ei qui ſpiritualium conſolationum cupiditate tenetur,
  abjiciendas prius eſſe corporeas conſolationes.
*Æthereo tibi vis ſurgat de pneumate proles,*
  *Exhilarans pectus tempus in omne tuum?*
*Conficienda prius tibi ſunt tua membra labore:*
*Corpore mens riſum nam moriente parit.*
*Hoc pater Abrahamus veteri ſignabat in æuo,*
  *Cui vegeto ſoboles corpore nulla fuit.*

*Viribus at ſenio fractis, tum denique riſum*
*(Iſaacus riſus nam ſonat) ipſe tulit.*

Ouid. 4. Pont. 11.

*Temporis officium ſolatia ducere certi eſt,*
  *Dum dolet in curſu eſt, dum petit æger opem.*
*At cum longa dies ſedauit vulnera mentis,*
  *Intempeſtiue qui mouet illa, nouat.*

Ouid. 3. Pont. 5.

*Nec ſcelus admittas, ſi conſoleris amicum,*
  *Mollibus & verbis aſpera fata tenes.*

## ¶ Sententiæ Philosophi[…]

Non ſis miſer ante tempus, quum illa quæ velut im[…] pauiſti, fortaſſe nunquam ventura ſint, certe non ven[…] dam ergo nos magis torquent, quam deberent: qu[…] quent, quum debent: quædam autem torquent, qu[…] debeant, aut augemus dolorem, aut fingimus, aut p[…] Si enim futurum eſt, quid iuuat dolori ſuo occurrere[…] lebis, quum venerit. Interim tibi meliora promitte[…] dius ab ipſa ceruice reuocatus eſt, & aliquis carnif[…] fuit. Sæpe enim nullis apparentibus ſignis; quæ ma[…] nuncient, animus ſibi falſas imagines fingit: aut ve[…] dubiæ ſignificationis detorquet in peius: aut maio[…] ſam proponit alicuius, quàm eſt: & cogitat non quan[…] le ſit, ſed quantum liceat irato. *Sen. 13. epiſt.*

Quicquid fieri poteſt, quaſi futurum cogitemus[…] dà duo ſunt, & futuri timor, & veteris incommodi me[…] me amplius non perueniet, illud nondum. Grata ſu[…] non ſperabitur hora. *idem 79. epiſt.*

Noli mala tua facere tibi grauiora, & te querelis o[…] dolor eſt, ſi nihil illi opinio adiecerit: econtra, ſi te ex[…] rit, ac dicere, nihil eſt, aut certe exiguum eſt, duremu[…] leuem illum dum putas; facies, omnia ex opinione[…] tam miſer eſt quiſque, quàm credit. *idem 88. epiſt.*

Eſſet aliquod imbecillitatis noſtræ ſolatium, ſi ta[…] parentur cuncta, quanto finiuntur. *Sen. epiſt. 92.*

Hæc ſunt officia conſolantium; tollere ægritu[…] aut ſedare: nec pati manere longius, aut ad aliam tra[…] *Tuſcul.*

Sunt qui conſolationem reſpuant: ſed refert quo[…] tur: vt enim tulerit quiſque eorum, qui ſapienter tul[…] quiſque incommodo prædicandum eſt. *ibid.*

Conſolationum multæ ſunt viæ: ſed illa rectiſſim[…] tio quod dies impetratura eſt. *Cic. ad Attic.*

Οὐ θρηνητέον, οἵων φίλων ἐστερήθημεν, ἀλλὰ μνημονευτέον […] φίλων τὴν καλλίστην βιοτὴν ἐξησάμεθα.

Non oportet ea deflere, quibus priuati ſumus: ſ[…] quod optimam vitam cum amicis egerimus. *Apol[…]*

Ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι μὴ λυποῦ· ἀναγκαῖον γὰρ ἀλλ᾽ […] τελευτῶσιν.

Propter morientes ne triſteris: eſt enim neceſſ[…] pter turpiter è vita diſcedentes. *Polyænus Sardian.*

Τὸ λυπούμενον ἀλλοτρίοις κακοῖς παραμυθοῦ,

Quæ moleſta ſunt, alienis malis conſolari oport[…] *Phearetum.*

Ἀνιηροῦ τοῦ προσπεσόντος ἔπειτα χαλεπαίνει τοῖς θεοῖς […] ἐστι ζητεῖν.

Qui cum moleſtum aliquid incidit, diis iraſcit[…] malum quærit. *Euſebius.*

Ἀνιηροῦ τοῦ προσπεσόντος, εἴ τι τοῦ παρεστῶτος […] γέω καὶ εὑρών, ὅτι μὴ ἐκεῖνο, ἀλλὰ τὸ μεῖον ἔχεις, ἀσπάζου.

Quum moleſtum aliquid ingruit, quære, num qu[…] ſenti moleſtia grauius vſquam appareat quod ſi app[…] to, præſenti tanquam minori malo. *idem Euſebius.*

Τοῖς δὲ ἀνθισταμένοις καὶ κυλαπίπτουσι, κουφότερα γίνετα[…]

Illis qui reſiſtunt, & non collabuntur, leuiora ſunt[…] *Halicarnaſſæus.*

Res eſt forſan difficilis, illos conſolari, qui huiuſmo[…] laborant. Luctus enim neque ratione, neque lege ſ[…] natura cuiuſque & amicitia erga defunctum, lug[…] continet. Animo tamen erigi oportet ac triſtitiam, q[…] teſt, minuere; atque meminiſſe non ſolum funeris a[…] ſed etiam virtutis, quam reliquerint. Non enim la[…] paſſi ſunt, ſed magis laudibus celebranda facta edider[…] mortalem ſenectam non attigerunt, immortalem g[…] cuti ſunt; & per omnia felices euaſerunt. Nam qu[…] ſine liberis deceſſerunt; Græciæ laudes veluti liber[…] habebunt: Illis verò, qui prolem reliquerunt, patri[…] tia inſtar Tutoris erit erga liberos. Adhæc ſi mori, & […] eſſe, ſimilia ſunt; immunes poſthac erunt à morbis, d[…] humanæ vitæ caſibus. Sin etiam à morte ſenſus a[…] minis prouidentia, vt arbitramur: nimirum illi, q[…] honores ope ſua promouerunt, maximam diuini[…]

...tur. *Hyperides Orator Athenienſis æmulus Demo-*

...bet tanto luctu proſequi mortem, cum ſcias, quod hu-... principium generatio, finis autem mors exiſtimanda ſit. ...enim eſt, quod cuiuis etiam inuito contigit. Bene autem ...nis voluntarii, & vt conuenit, inſtituti opus eſt. Beatus ...llus eſt, & quicunque non longiſſimam, ſed virtuti con-...tam diligit, etſi breue tempus ætatis Deus ei conceſſerit. *...ex epiſtola ad Sotiram.*

...ſos à Tyberio Principe Ilienſium Legatos, quibus, cum ...nſolandum in morte filii aliquanto ſerius veniſſent, mã-...tis, reſpondit: Et ſe illorum vicem dolere: quod egre-...em Hectorem amiſiſſent. Ingratus eſt, qui ablati memor ...r accepti. Proinde vbi animum pupugit acerba illa cogi-... qualem fratrem amiſi: leniat illa iucundior: O quan-...m habeo, & in æternum habebo? Licet ille donec ſibi ſi-..., & patriæ & mundo neceſſarium, fuit, breuem hic mo-...t. Dum vero ſibi vni expedientius eſſe cœpit ab iis malis ...puerit illum Deus, ei ſcilicet conſulens, & non nobis, ... & nobis. Quis enim ſufficit abditas, & imperſcrutabi-... prouidentiæ cauſas, & exitus contemplari? dicente Apo-... Domini quis nouit, aut quis conſiliarius eius fuit? ... hominum iudicare audeat: an cuique mortem deplo-... ſis proprie dici poſſit, quod in tabellis redddito reſpon-... olim in morte filii dictum eſt tribus his verſiculis:

*...homines in vita mentibus errant,*
*...potitur fatorum numine læto:*
*...vitium extingui ipſiq; tibiq;.*

...aduerſus ſtimulum humana temeritas, & implenti Fa-... ſine cornibus obluctatur nequicquam, niſi vt grauius ...bit. Quid enim ego nunc de votis inanibus, de gau-... querelis hominum loquar? Latet alte veritas abſcondita, ...be circumcludimur: caſu regimur, cœci cœcis duci-...r, nec quid optandum, metuendumque nobis ſit, per ...agnoſcimus. Bonis noſtris ingemiſcimus, miſeriis ..., ſine delectu flemus ac ridemus: ſuam quisque ſenten-...mur. Mihi errorum maximus videtur, quod non libere ... Deo committimus: quod aliquam in conſiliis ſpem ...ties decepti: Quod tanto huius caduci corporis amore ..., vt vix aut æquanimiter exire hinc valeamus, aut no-...adſpicere: quaſi ad nihil aliud nati ſimus, quam vt ...fluctus, & ludibria, fortunæ perpetuo turbine iactandæ ... tenaciſſimo limo ac ſordibus hæreamus, &c. *Petrarch. ... de reb. fam.*

## ¶ Apophthegmata.

...ad quendam filio priuatum dixit: Si non triſtatus es, cum ...et in mundo, ne nunc quidem dolere debes, cum non ..., ſcilicet in hac vita. *Stob.*

...iis qui res aduerſas & amicorum mortem ægre ferebant ...bat, Aleæ ludo ſimilem eſſe vitam, & quicquid euenit ...ndam teſſeram diſponere oportere. Nec enim (inquie-...tacere licet, neque teſſeram aliter ponere. *Idem.*

..., Antiſthenem morbo decumbentem inuiſens dixit, ...amico eſt opus? Significans, in rebus afflictis potiſſimum ...vtendum, qui vel re opitulentur, vel conſolando mole-...ngent. *Laert. l. 6. apoph.*

...dicere ſolitus eſt, ſæpius in vita parandum λόγον ἐκ βρό-... ſermonem quam laqueum. Qui deſponderunt animum, ...m confugiunt: cum ad conſolatorium ſermonem po-...nfugiendum, nam animo ægrotanti medicus eſt oratio. ...

*...trius Phalereus*, quum apud Thebanos exul, inglorius & ...eret, & intellexiſſet, Cratem philoſophum ſe viſendi gra-...aſſe, ad ſe vocauit, quem vt de fortiter & moderate feren-... diſputantem audiuiſſet. Male ſit, inquit, omnibus nego-...pationibus, per quas hactenus talem virum non licuit ...re. Oſtendit hoc dicto, multum ægritudinis ex philoſophi ...ne ablatum eſſe. *Laert. l. 5. c. 4.*

## ¶ Similitvdines.

*...ſtomi*: quemadmodum morbi ipſam patientia diffugiunt .... Sic ſupremæ calamitatis paſſiones omne ſolatium ſo-...que repellunt. *Ser. 4. in Iobum.*

... ſemper pluuia bona eſt, maxime tamen grata eſt tempore ... & viſitatio amicorum ſemper quidem ſuauis eſt, multo ...uior in tempore luctus: Sic & conſolatio ſacerdotis & do-... ſemper opportuna eſt, maxime autem in tempore perſequu-... *in Matth. 24. Hom. 50.*

*...ronymus.* Sanato vulneri, & in cicatricem ſuperductæ cuti, ſi ... colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis ... plagam doloris inſtaurat: Ita & ego ſeruus conſolator, qui ...ne per biennium tacui, vereor ne nunc importunius lo-quar: & attrectans vulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum eſt, commemoratione exulcerem, *Ad Pammachium.*

*Plutarchi*, Vt medici in vehementi fluxu pituitæ non ſtatim ſuccurrunt pharmacis, ſed foris admouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur: Ita in recenti dolore tacendum donec tempore mitior admittat conſolationem. *In Mor.*

Vt vnguentum non ſolum delectat olfactum: verumetiam remedio eſt aduerſus male olentia: Sic in malis bonorum memoria conſolatur. *In Mor.*

*Senecæ*, Vt medici vetant admoueri remedia, cum morbus in acceſſu eſt, ac ſæuit, ſed cum ſe remittit: Ita ad primos illos iræ aut doloris motus, non eſt adhibenda conſolatio vel admonitio, ſed vbi tempore cœperint eſſe leuiores.

## ¶ Exempla Biblica.

Conſolationis exempla: Dei erga primos parentes, *Geneſ.* 3.15. Abrahamum, 12. *v.* 2.7. & 15. *v.* 1.16. & 18.17. Iacobum, 28.13. erga populum Iſraeliticum, *Exod.* 3. *v.* 3.8. & 16.12. & 17.5.6. erga Ioſuah, *Ioſ.* 1.5.6. erga Eliam, 1. *Reg.* 17.14. erga Sidrach, Miſach, & Abdenago, *Dan.* 3.11. erga Danielem, 6.22. Ioſephi erga fratres ſuos: *Gen.* 45.4.5. & 50.21. Ionathæ erga Dauidem. 1. *Sam* 23. 16. 27. Dauidis erga Hanonem, 2. *Sam.* 10.21. *Paralip.* 19.2. erga Bethſabee, 2. *Sam.* 12.24. Ioab erga Dauidem, 9.7. Eliſæi erga miniſtrum ſuum, 2. *Reg.* 6.16. Eſaiæ erga Ezechiam, 19.6.32. *Eſai.* 37. 6. Baladan erga Ezechiam, 2. *Reg.* 20.12. Nehemiæ erga Iſraelitas, *Nehem.* 8.10. Cognatorum Iob erga Iobum, *Iob.* 42.11. Angeli erga Eliam, 1. *Regum* 19. 5. erga mulieres, *Matth.* 28.5. *Marc.* 16.6. erga Zachariam, *Luc.* 1. 13. erga Mariam, *v.* 30. erga Paſtores, 2.10. erga Ieſum, 22.23. erga Petrum, *Act* 12.7. Chriſti Domini erga Apoſtolos, *Matth.* 14. 27. *Marc.* 6. 50. *Luc.* 24.36. *Ioan.* 2.20. & 14. *v.* 1.18. & 15. *v.* 18.21. & 16. *v.* 3.4. erga Petrum, *Luc.* 5.10. erga Petrum, Iacobum, & Iohannem, *Matt.* 17.7. erga viduam, *Luc.* 7.13. erga Synagogæ Principem, 8. *v.* 50. 52.. erga Eccleſiam, 12. *v.* 4.7.32. & 21.28. erga Latronem fidelem 23.43. erga Paulum, *Act.* 18.9. & 23.11. 2. *Cor.* 1.5. & 7.6. erga Iohannem, *Apoc.* 1. 17. Iudæorum erga Martham & Mariam, *Ioan* 11.19. Petri erga pœnitentes, *Actor.* 2.38. & 8.17. Ananiæ ad Paulum, 9.17. Spiritus Sancti erga Eccleſiam, *verſicul.* 31. Pauli & Barnabæ erga Eccleſiam, 16.40. Fidelium Romanorum erga Paulum, 28.15. Pauli erga Eccleſiam, 20. *v.* 10. 12. erga eos quibus cum nauigabat, 27. *v.* 9 22.23.24.33.34. erga Theſſalonicenſes, 2. *Theſſ.* 11. erga ſeipſum, 3.7. *Philemon.* v.7 Apoſtoli erga Hebræos, 12.3.

## ¶ Historica Exempla.

*Paula Romana* matrona ſanctiſſime in mœrore cantabat: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus. *Hier. in Epitaph.*

*M. Tull. Cicero* Tulliolæ ſuæ quæ defuncto Piſone priore marito Dolabellæ nupſerat, & ex partu deceſſerat, mortem indigniſſime tulit: Itaque ad eum conſolandum vndique concurrerunt Philoſophi. *Plut. in Cic.*

*Æneas* apud Virg. 1, Æn. Naufragos ſuos ſocios præclare conſolari introducitur.

*O ſocij (neq; enim ignari ſumus ante malorum)*
*O paſſi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.*

*L. Paulus Æmilius* amiſſis duobus filiis optimæ indolis tempore triumphi Macedonici, in concionem progreſſus: grauiſſima oratione populum, infortunium ſuum dolentem, conſolatus eſt. *Plut. in eius vita.*

*Alphonſus Arragonius* Neapolitanorum Rex, amiſſo Petro fratre, quod ab aliis expectare debuerat, ipſe aliis præſtitit & Petri amicos literis conſolatus eſt, exercitum vero oratione. *Panor. l. 3. de reb. geſtis Alphonſi.*

*Horatius lib. 2. Ode 9.* conſolatur Valgium amicum ſuum, virum conſolarem, impatienter ferentem mortem Myſtæ pueri chariſſimi. *Theat. Zuing.* 195.

## ¶ Scriptores.

De conſolat. Philoſo. *Boetius de conſolatione libri tres. Hieronymi Cardani Fr. Philelphus, Senecæ liber ad Martiam.* de quo aliqui dubitant an Senecæ ſit. De eadem *Seneca ad Albinam, Manip florum, Lumen animæ part. 2. c.* 43. Conſolatoria, *Stobæus ſermone* 121. Conſolatio in aduerſis, *Aurel. Auguſtinus Thom. 2. epiſt.* 83. & 87. Deploratio & conſolatio. *Huldrici Hutteni.* Conſolationes *D. Hieronymi* 4. Conſolatorius ad amicum liber. *Philelphi.* Conſolatio in rebus aduerſis *Hieronym. Stridoneum Tomo* 1. Epiſtola conſolatoria in aduerſis. *Deſ. Eraſmi Dial.* conſolatorius pro oppreſſis. *Felicis Malleoli.* Dialogus conſolatorius ſuarum tribulationum & calamitatum horum temporum. *Rugeri de Venrai.* Conſolatio ad Imp. Græcorum, *Beſſarionis.* Conſolatio malorum ſeculi, *Iacobi Carth. Erdford.* In penuria rerum omnium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quomodo ſe ipſum conſolatus ſit Diogenes. *Ælian. in Var. Græc, fol.*28.64.58. Conſolatoria ad infirmum, & cui tempeſtas prædia infeſtauerat, *Antonius Gueuara Epiſt.* 36. Conſolatoria ad Nicoſtratam Zelotypam. *Epiſt. Theanus Græca.*

*Vide Aduerſitas.*

# Conſtantia.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CONSTANTIA, Græce βεβαίωσις,εος,ἡ,& βέβαιος,ου,ὁ, conſtans dicitur. Eſt autem conſtantia virtus faciens firmiter perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ prouenit quibuscunque impedimentis exterioribus, aliis ab impedimento diuturnitatis, quia contra hoc eſt perſeuerantia. *Ex B. Thom. ſecunda Secundæ quæſtio* 173.*articul.*3. Conſtantia Hebr. *Chezkah*, Græce ἐυςάθεια, à firmitudine & immoto animi propoſito deſumitur, leuitati oppoſita.

Conſtantia eſt ſtabilitas animi firmi, & in propoſito perſeuerans. A conſto, id eſt, firmus ſto, in ſtatu permaneo.

Conſtantia & firmitas ſic differunt: Quod firmitas eſt virtus faciens permanentiam in opere, ſed conſtantia in propoſito. *Ex B. Thom.*3.*Sent.diſt.*33.*q.*3.*art.*13.

Conſtare aliquando ſignificat compoſitum eſſe, aliquando conuenire, aliquando manifeſtum eſſe, nonnunquam ſuppeditare. Item conſiſtere & firmum eſſe. Inde conſtans, hoc eſt, firmus & tenax propoſiti, & conſtantia animi firmitudo dicitur.

Conſtantia eſt per quam animi ſtabiles in propoſito nulla in parte titubant. Huius contrarium vacillatio, vt quidam vero, vanitas. Vel, eſt ſtabilitas animi firma, & in propoſito perſeuerans. Græce dicitur βεβαίωσις.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Conſtantia in verbis & factis commendatur, *Matth.*5.*verſic.* 37. 2.*Corinth.*1.17.*Epheſ.*4.14.*Iacob.*1.4.& 5.12.1.*Petr.*3.15.2. *Petr.*1.12.1.*Ioan.*2.24.*Iudæ* v.3. Donum Dei eſt, *Act.*4.29.1.*Cor.* 8. 6.*Epheſ.*6.11. *Phil.*1.v.29.30. itaque à Deo petenda, *Act.*4.29.*Epheſ.*6.18.

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Claud. 2. Stil.

*Conſtantia, futile ne quid,*
*Infirmumq; geras.*

Virg. 4. Æn.

*Mens immota manet, lacrymæ voluuntur inanes.*

Ouid. 8. Met.

*Flamma Meleagrus ab illa*
*Vritur, & cæcis torreri viſcera ſentit*
*Ignibus, ac magnos ſuperat virtute dolores.*

Idem 9. Met.

*Nec tædia cœpti.*
*Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.*

Idem 13. Met.

*Fortis, & infelix, & plus quam fœmina, virgo*
*Ducitur ad tumulum, diroq; fit hoſtia buſto.*
*Vtere iam dudum generoſo ſanguine, dixit,*
*Mors tantum vellem matrem mea fallere poſſet.*

Idem Epiſt. 15.

*Nec piget aut vnquam ſtulte elegiſſe videbor:*
*Permanet in voto mens mea firma ſuo.*

Idem 5. Triſt. 5.

*Fert tamen, vt debet, caſus patienter amaros,*
*More nec indomiti frena recuſat equi.*
*Nec forte perpetuam ſperat ſibi Numinis iram,*
*Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.*

Hor. 4. Carm. 9.

*Eſt animus tibi*
*Rerumq; prudens, & ſecundis*
*Temporibus, dubijsq; rectus.*

Lucanus 5.

*Intrepidus quæcunq; datis mihi Numina mortem*
*Accipiam.*

Idem 9.

*Ille Deo plenus tacita quem mente gerebat*
*Effudit dignas adytis è pectore voces.*
*Quid quæri Labiene iubes? an liber in armis*
*Occubuiſſe velim potius, quam regna videre?*
*An ſit vita nihil, ſed longa? an differat ætas?*
*An noceat vis vlla bono? Fortunaq; perdat*
*Oppoſita virtute minas? laudandaq; velle*
*Sit ſatis, & nunquam ſucceſſu creſcat honeſtum?*
*Scimus & hoc nobis non altius inſeret Hammon,*

Silius 1.

*At Pœni ſuccenſa ira, turbataq; luctu,*
*Et ſæuis gens læta ruunt tormentaq; portant,*
*Non ignes, candensq; chalybs, non verbera poſſ*
*Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,*
*Carnificisve manus, penitusq; infuſa medull*
*Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ*
*Ceſſauere, ferum viſu dictuq; per artem*
*Sæuitiæ extenti, quantum tormenta iubeban*
*Creuerunt artus, atq; omni ſanguine rupto*
*Oſſa liquefactis fumarunt feruida membris:*
*Mens intacta manet, ſuperat, ridetq; dolores,*
*Spectanti ſimilis feſſoq; labore miniſtros*
*Increpitat, dominiq; crucem clamore repoſcit.*

Stat. 2. Sil. 1.

*Aſt hic, quem geminus, felix hominesq; Deiq;*
*Et dubios caſus, & cæſæ lubrica vitæ*
*Effugit, immunis fati non ille rogauit.*
*Non timuit, metuitve mori.*

Idem 5. Sil. 1.

*Nec tamen hic mutata quies, probitasve ſecun*
*Intumuit: tenor idem animo, moresq; modeſt*
*Fortuna creſcente manent.*

Sil. 3. Hannibal. oratio.

*An Romana iuga, & famulas Carthaginis ar*
*Perpetiar? ſtimulant Manes noctisq; per vmb*
*Increpitans genitor, ſtant aræ atq; horrida ſa*
*Ante oculos, breuitasq; vetat mutabilis horæ*
*Prolatare diem, ſedeam ne, vt nouerit vna*
*Me tantum Carthago? & qui ſim neſciat om*
*Gens hominum, lethiq; metu decora alta relinq*
*Quantum etenim diſtant a morte ſilentia vit*

Hor. 3. Carm. 5. Reguli conſtantia.

*Fertur pudicæ coniugis oſculum,*
*Paruosq; natos, vt capitis minor,*
*A ſe remouiſſe, & virilem*
*Toruus humi poſuiſſe vultum,*
*Donec labentes conſilio patres*
*Firmaret auctor nunquam alias dato,*
*Interq; mærentes amicos*
*Egregius properaret exſul.*
*Atqui ſciebat, quæ ſibi Barbarus*
*Tortor pararet, non aliter tamen*
*Dimouit obſtantes amicos,*
*Et populum reditus morantem.*
*Quam ſi clientum longa negotia*
*Dijudicata lite relinqueret,*
*Tendens Venafranos in agros,*
*Aut Lacedæmonium Tarentum.*

Sil. 6. Reguli oratio.

*Tum palmas ſimul attollens, ac lumina cœlo:*
*Iuſtitiæ, rectiq; dator, qui cuncta gubernas,*
*Nec leuior mihi diua fides, Serranaq; Iuno,*
*Quos reditus teſtes iurata mente vocaui,*
*Sit mihi fas me digna loqui, Latiosq; tueri*
*Voce focos: ibo ad Tyrios non ſegnior, inquit,*
*Stante fide reditus, & ſaluo fœdere pœnæ.*
*Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem*
*Tendere: tot bellis, totq; annis fregimus æuum,*
*Nunc etiam vinclis, & longo carcere torpent*
*Captiuo in ſenio vires, fuit ille, nec vnquam*
*Dum fuit a duro ceſſauit munere Martis*
*Regulus, exſanguis ſpectatis corpore nomen.*
*At non Carthago fraudum domus, inſcia quant*
*E nobis reſtet, iuuenes paræ aſpera ferro*
*Pectora captiuos noſtra penſare ſenecta.*
*Ite dolos contra: gensq; aſtu fallere læta*
*Diſcat ne capto, quantum tibi Roma ſuperſit.*
*Nec vero placeat niſi quæ de morte parentum*
*Pax erit, expoſcunt Libyci, nobisq; dedere*
*Hæc referenda pari libeat ſi pendere bellum*
*Fœdere, & ex æquo geminas conſcribere leges.*
*Sed mihi ſit Stygios ante intraſſe penates,*
*Talia quam videam ferientes pacta Latinos.*
*Hæc fatus Tyria ſeſe iam reddidit ira.*

Martial. 1. De Scæuolæ conſtantia.

*Dum peteret regem decepta ſatellite dextra*
*Iniecit ſacris ſe peritura focis*
*Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis,*
*Et raptum flammis iuſſit abire virum.*
*Vrere quam potuit contempto Mucius igne,*
*Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.*
*Maior deceptæ fama eſt & gloria dextræ:*
*Si non erraſſet, fecerat illa minus.*

Silius 13. Scipionis conſtantia.

*Tum iuuenis, quæcunq; datur ſors durior aui,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Obnitemur, ait, culpa modo pectora ceſſent.*

Sil.7.Camilla conſtantia.

*Quantus qualiſq; fuiſti*
*Cum pulſus Lare & extorris Capitolia curru*
*Intrares exſul, tibi corpora cæſa Camillæ*
*Damnata quot ſunt dextra? pacata fuiſſent*
*Ni conſulta viro, mensq; impenetrabilis ira,*
*Mutaſſentq; ſolum ſceptris Æneia regna.*
*Nullaq; tunc ſtares terrarum vertice Roma.*

Sil.13.Coclitis conſtantia, & fortitudo.

*Tulit ille ruentem*
*Tybridis in ripas regem, ſoluſq; reuulſo*
*Pene ferox ponte excluſit redeuntia regna.*

Hor.2.Carm.10.

*Sperat infeſtis metuit ſecundis*
*Alteram ſortem bene præparatum*
*Pectus.*

Virg.3.Georg.

*Non vmbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt*
*Prata mouere animum.*

Hor.l.3.Carm.

*Iuſtum & tenacem propoſiti virum,*
*Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus inſtantis tyranni,*
*Mente quatit ſolida neq; auſter*
*Dux inquieti turbidus, Adriæ.*
*Nec fulminantis magna manus Iouis,*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*

¶ Sententiae Philosophicae.

[illegible] doloribus, qui ad actum guſtatumque obtinent, qui ita ani[mo] affectus ſit, vt ab iis vincatur quæ etiam plerique ſuperant, mol[lis &] delicatus nominatur: qui vero ea vincit à quibus plerique vin[cun]tur, is conſtans & patiens. *l.7.Ethic.c.7.*

Qui à ratione deficit iis in rebus, quibus plerique & obſiſtere [poſſu]nt & obſiſtunt: is mollis & delicatus habendus eſt. *lib. 7. Eth. [&] l. Magn. Mor. c.6.*

Delicæ quædam animi eſt mollicies, vt ſi quis veſtem trahat, ne [in] veſte tollenda ſuſcipiat moleſtiam & dolorem. Et qui imi[ta]tur & fingit ægrum, non ſe miſerum eſſe putat: cum ſit miſero [ſimi]lis. *ibid.*

[Con]trarius eſt continens impotenti: & molli ac delicato conſtans [&] patiens. Conſtantia etiam & patientia in reſiſtendo eſt: in vincen[do] continentia. *ibid.*

[Si] quis iis voluptatibus ſuccumbat, quibus plerique poſſunt ob[ſiſtere, i]d denique ſit mirum: præſertim ſi neque natura totius ge[neris n]eque morbo impeditus non poſſit obſiſtere. *ibid.*

[In]temperans videtur ſi quis eſt ad ludum propenſior, qui ta[men] mollis dicitur: ludus enim leuamentum eſt, ſiquidem requies.

[Si l]abores non feras quos aut ſeniores, aut qui in deliciis viuunt, [a]ut qui maiore ſunt in poteſtate ac vniuerſaliter imbecilliores: o[mnia h]æc mollitiei ſunt ſigna. *Lib.2.Rhet.ad Theod.c.6.*

¶ Apophthegmata.

*Ariſtides* quum ſe vnam è filiabus Dionyſio tyranno matrimo[nio co]pulaſſe indoleret, dixiſſetque, ſe potius mortem filiæ impre[caturum, q]uam à tyranno eam detineri: re intellecta Dionyſius, illum [morti] deſtinat. Sed interrogatus ab illo, num de filiæ collocatione, [que]admodum prius, ita nunc ſentiret? Reſpondit rerum à ſe ge[ſtarum] mœſtitia affici quidem, dictorum autem nulla pœnitentia [tang]eri. *Bruſ.l.2.c.1.*

*Pelopidas* ab Alexandro Phæreo captus, tyranno nuntiauit, ab[ſurdum] eſſe, miſeros ciues (Phæreos autem intelligebat) inſontes [occidi] quotidie, ſibi autem ſoli parci: quem ſi ſeruet, cognoſcat vl[tu]rum. Admirans igitur Alexander conſtantiam capti, Quid, inquit, [mortem] accelerat Pelopidas? Tu autem diis inuitus, inquit ille, per[eas qua]m celeriter optes. *Bruſ.l.2.c.1.ex Plutarch.*

*[Ph]ocion* quum in carcere rogaretur ab Ephoro, num pœniteret eo[rum q]uæ geſſiſſet; impauide reſpondit: Se nulla tangi pœnitentia [conſi]lii cum prudentia honeſtoque coniuncti; tametſi non ignora[ret, ſi]bi mortem præmii loco relaturum: ſciens ipſam virtutem abun[de m]agnum eſſe ſui præmium, quicunque ſequatur euentus, *Plut. & Bruſ.l.2.c.1.*

*Socrates* morti iam adiudicatus propter philoſophiæ ſinceram [pro]feſſionem, ad iudices conuerſus ait, Equidem vos omnes ſingu[los qu]adam beneuolentia complector: parendum tamen, & potius [Deo] immortali quam vobis. Itaque quamdiu, & ſpirabo, & [potero], nunquam philoſophiæ curam abiiciam, nec veſtri admo-nendi, moreque ac modo meo adhortandi ad virtutem, quemcunq; fuero ex vobis nactus. *Plato in Apolog.*

*Diogenes*, cuidam monenti vt iam ſenex quieſceret à laboribus: Quid, inquit, ſi in ſtadio currerem, vtrum oportet iam metæ vicinum curſum remittere, an magis intendere? Recte ſenſit virtutis ſtudium hoc magis & conſtanter intendendum, quo minus ſupereſt vitæ, quod turpe ſit, tum ab honeſto inſtituto refrigeſcere *Laert.l.6.*

*Eteocles.* Antipater quum à Lacedæmoniis obſides quinquaginta peteret, Eteocles Ephorus, vir omnium conſtantiſſimus, reſpondit, ſe pueros quidem non daturum, ne paterna priuati educatione malis moribus imbuerentur, qua carentes, ne ciues quidem eſſent: ſed ſenes mulieresque, duplo, ſi velit, plures daturum. Ille vero cum multo grauius, niſi obſides acciperet, minitaretur, reſpondit Eteocles: Non curamus minas, nam ſi grauiora morte nobis imperas, facilius moriemur. *Bruſ.l.2.c.1.ex Plut.*

*Manlius* quum oblatum à Quiritibus conſulatum aduerſæ oculorum valetudinis excuſatione denegaret, inſtantibus cunctis immobili animo ac vultu: Alium (inquit) Quirites quærite, ad quem hunc transferatis honorem: nam ego veſtros mores nec ferre poſſum, nec vos meum imperium perpeti. *Liu.l.6.Dec.1.Val.Max.l.6. c.4.Plinius Iunior de viris illuſtribus, c.28.*

*Cyanenſes.* Decius Brutus, Marci Bruti patruelis, quum contra Antonium in Hiſpaniam exercitum duxiſſet, totamque Luſitaniam ſubegiſſet; excepta Cyania vrbe, quæ magna conſtantia arma retinebat, redemptionem tentauit. Sed ciues vrbis omnes vno ore Bruti legatis conſtantiſſime reſponderunt, ſe à parentibus ferrum bellicaque inſtrumenta accepiſſe, quibus vrbem tuerentur: non aurum, vel quicquam aliud, quo libertatem ab aliis emerent. *Bruſ.l.2. cap.1..*

*Cato Vticenſis.* Quum deploratis rebus amici hortarentur Catonem, vt ad Cæſaris clementiam confugeret: reſpondit Victorum eſſe, & eorum qui deliquiſſent, ſupplicare: Catonem nec victum nec captum eſſe, qui ſe per omnem vitam inuictum præſtitiſſet, ac Cæſarem honeſtate iuſtitiaque longe ſuperaſſet. Cæſarem potius victum captumque eſſe, qui bellum, quod diu negaſſet ſe moliri aduerſus patriam, nunc id egiſſe conuictus eſſet. Proinde pro ſe Cæſarem orarent, qui vellent, pro Catone neminem orare debere. *Plut. in Cat.*

*Idem* quum in domo Druſi auunculi, tribuni tunc plebis, educaretur, ad eumque Druſum Latini de ciuitate impetranda conueniſſent; à Q. Popedio Latinorum principe rogatus, vt ſocios apud auunculum adiuuaret: conſtanti vultu, Non facturum ſe, reſpondit. Iterum deinde ſæpiusque interpellatus in propoſito vultu eodem; perſtitit. Tunc Popedius, in excelſam ædium partem eleuatum, abiecturum ſe eum inde, ni precibus obtemperaret, minatus eſt Ne hac re Cato puer ab incepto moueri potuit. Expreſſa eſt igitur illa vox hominum: Gratulemur Latini nobis hunc eſſe tam paruum, quo ſenatore, ne ſperare quidem ciuitatem licuiſſet. *Plut. in Catone, vbi Pompeium Sylonem non Popedium vocat. Bruſ. l.2.c.1. ex Plut.*

*C. Mauius*, Auguſti centurio, captus, & ad Antonium perductus, quum interrogaretur, Quid de ſe ſtatui iuberet? Iugulari me, inquit, iube: quia non ſalutis beneficio, nec mortis ſupplicio adduci poſſum, vt aut Cæſaris miles eſſe deſinam, aut tutus eſſe incipiam. *Bruſ.l.2.c.1.ex hiſt.Rom.*

*T.Veſpaſianus*, cum deprehendiſſet eos qui in ipſum conſpirauerant, deduxit illos in ſpectaculum, atque inter illos medius conſedit: ac petitis de induſtria mirmillonum gladiis, veluti exploraturus aciem, vnum vni, & alterum alteri commiſit, tanquam prouocans ad id, quod moliebantur. Verum his perculſis. Videtiſne (inquit) principatum fato dari, fruſtraque tentari facinus potiundi ſpe? *Eraſ.lib. 8.apoph.*

*Ludouicus Bauarus.* Ludouicum ſeniorem Bauariæ ducem Stephani ducis filium, cum captiuum haberet Albertus Marchio Brandenburgenſis, non pauca ab eo petiit, quæ cum ille negaſſet, tradere eum in manus duri & inimiciſſimi ſibi principis minabatur. Tum Ludouicus. Quæ poteris ex me, inquit, libero impetrare, eadem modo ex capto petito. Si quid amplius voles, corpus meum in tua poteſtate, animum mihi, non tibi obnoxium inuenies. *Æneas Sylu.l.3. comment.in res geſt.Alphonſ.*

¶ Similitudines.

*Anshelmi.* Quadratus lapis ſex æqualia habet latera: in quod horum ceciderit, firmiter iacebit. Sic prouidendum eſt viro iuſto, vt in ſuo perſiſtat propoſito. Huius autem latera ſex hæc ſunt, proſperitas, aduerſitas, ſui libertas, ſubiectio, in ſecreto eſſe, & in publico: in quibus ſingulis ſi à Diabolo impulſetur? ſtet, nec à propoſito moueatur. *In Simil.c.173.*

*Socratis*, vt ſtatua baſi, ita vir bonus inſtituto innixus honeſto, nullatenus dimoueri debet. *Apud Stob.ſer.1.De prudentia.*

*Chryſoſtomi*, veluti milites, priuſquam veniat pugnandi tempus, & thoracem abſtergunt, & ſcutum ſi quid deſit, circumſpiciunt, & frenos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraque omnia recte diligenterque curant: Sic Chriſtiana conſtantia & vera fide

ſunt probe muniendi, qui in negotio fidei habent hoſtes nunquam non inſidiantes.

*Cypriani.* Graues viros, ſemel ſuper petram robuſtam, ſolida ſtabilitate fundatos, non dico aura leui, ſed nec vento, nec turbine commoueri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdam ventorum incurſantium flatibus, frequenter agitetur à propoſito ſuo, quadam leuitatis reprehenſione mutetur. *Lib. 4. epiſt. 2.*

*D. Ambroſii.* fertur coluber cum vrgetur periculo, caput ſemper abſcondere, & in orbem ſe colligens, obiecta reliqua parte corporis, hoc ſolum tueri: quòd illæſa: feratur membra cætera, ſaluo capitis vigore, reputare: Hoc & tu moraliter ſerua caput, hoc ſeruato myſtice, hoc caput, quod Chriſtus eſt, ſeruati humani ſerpentes, etiamſi omnia membra cædantur, totum vratur corpus incendiis: mergatur profundo, euiſceretur à beſtiis: hoc tamen capite cuſtodio, vitæ ſalus integra. *Serm. 2.*

*Chryſoſtomi.* Athleta ob coronas ex certaminibus meritas, certandi laborem non fugit, vt in otio viuat, & mercator qui transmarinarum mercium lucra guſtauit, deſidioſe viuere non patitur. Et nos ſi ſpirituales fructus deguſtabimus, præſentia omnia vilipendemus futurorum cupiditate quaſi optima quadam ebrietate capti. *Hom. 75. in Matth.*

Finge gubernatorem quendam per mille maria incolumem nauigaſſe, deinde poſteaquam magnas tempeſtates & procellas horribiles, & fluctus inſanos, arte ſagaci euaſerit, cùm in ipſo portus oſtio mergeretur, vix inde nudum effugiſſe. Quem animum ad mare, & nauigationes, huiusmodique labores iſte habebit? putasne quod nunquam voluerit, niſi animi ſit ficti, vel ad littus ipſum, aut nauem aliquam aut portum aſpicere. Non equidem arbitror: imo ſeipſum occultans, ſpe omni ad nauigandum deſtitutus, mallet mendicus vitam agere, quam ad primos labores periculaque redire: Sed non fuit ſimilis ille Dauid: verum magno naufragio poſt multos labores, maiores iterum accumulauit pecunias: non deſperauit, ſed nauis ſurſum in pelagus deducta, dare vela ventis, poſt naufragium auſus & clauo, &c. Quod ſemper ſtare, & nunquam cecidiſſe diuinum eſt, atque mirabile. *Hom. 77. in Matth.*

*Nazianzeni.* ſi quis id, quod bonum eſt, alicuius rei gratia exercet, non tamen plane virtutis gratia, ad bonum tamē illud aliquando peruenit, idque aſſequitur: quemadmodum is, qui lucri cauſâ nauigat, eo peruenit quo tendit, etiamſi non lucretur, qui enim bonum propter ſeipſum honorat ac fouet, quoniam rem amat ſtabilem, firmam etiam circa illud habet animi propenſionem, ita vt diuini quid patiatur, & Dei illum dicere poſſit: Ego ille idem ſum, nec immutor, nequaquam igitur transmutabitur, nec transponetur, neque vna cum temporibus ac rebus concidet, alius ex alio factus, ac multos aſſumens colores, quemadmodum polypi à petris, quibus adhærent: manet tamen ille idem ſolidus indiſſolubilis, & inuertibilis in vertibilibus: Petra, vt arbitror, contra ventorum imperum, & vndarum, quia non concutitur, neque abſumitur ab iis, quæ illam oppugnant. *In Oratione de ſeipſo.*

*D. Hieronymi.* Credas mihi frater, non ſic tempeſtate iactatus, portum nauta proſpectat: non ſic ſitientia imbres arua deſiderant, non curro aſſidens littori anxia filium mater expectat. Poſtquam me à tuo latere ſubiens turbo conuulſit: poſtquam glutino charitatis hærentem impia diſtraxit vulſio:

*Tunc mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.*
*Tunc maria vndiqȝ & vndiqȝ cœlum.*

*In epiſtola ad Ruffinum.*

## ¶ Adagia.

Incus maxima non metuit ſtrepitum. ἄκμων μέγιςος ὀ φοβεῖται τοὺς ψόφους.

*Excelſus animus non commouetur minis, aut fortunæ ſæuientis procellis.*

Aquila non captat muſcas. ἀετὸς ὀ θηρεύει τὰς μυίας.

*Summi viri negligunt minutula quæpiam. Animus excelſus res humiles deſpicit.*

Elephantus non capit murem. Ελέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει.

*Generoſus & excelſus animus negligit prædas viles, ac lucella minuta.*

## ¶ Exempla Biblica.

Conſtantiæ & perſeuerantiæ exempla Noe, *Gen.* 6. 9. Abraham, 19. 27. Ioſeph. 39. 8. Moſes, *Exod* 8. 26. & 19. *v.* 9. 24. 25. Dauid, 1. *Sam.* 17. *v.* 33. 14. Ionathas, 19. 4. Ioab, 2. *Sam.* 19. 5. Michæas, 2. *Paralip.* 18. 27. Daniel, *Dan.* 1. *v.* 11. 12. & 6. 10. Sidrach, Miſach, Abednego, 3. *v.* 16. 17. Suſanna, 13. *v.* 42. 43. Mardochæus, *Eſth.* 5. 9. Matthathias & filii eius, 1. *Macchab.* 2. 19. Eleazar ob non guſtatam carnem ſuillam interfectus, 2. *Macchab.* 6. *v.* 18. 19. Mater cum ſeptem filiis, 7. *v.* 1. 2 &c. Diſcipuli Iohannis, *Matth.* 14. 12. *Marc.* 6 29. Iohannes Baptiſta, *Matth.* 14. 12. *Marc.* 6 18. Ioſeph Arimathæenſis, *Marci* 15. 43. *Lucæ* 23. 52. *Iohan.* 19. 38. Pilatus, 19. 22. Petrus & Ioannes, *Act.* 4. *v.* 13. 13. 19. 13. Apoſtoli, 5. *v.* 21. 41. & 8. 1. Antiochenſes, 11. 20. Paulus & B[illegible] 46. & 14. 21. Paulus, 18. 18. & 20. 24. & 21. 13. 1. & 24. *v.* 10. 2[illegible] *Cor.* 1. 17. & 4. *v.* 1. 16. & 10. 11. *Galat.* 2. 5. 1. *Theſſ.* 2. 1. Apol[illegible] *Ver.* 26. 27. Epaphroditus, *Phil.* 2. 30. Petrus, 2. *Pet.* 1. 12. Ep[illegible] ſtor, *Apoc.* 2. *v.* 3. Pergamenſis Paſtor, *v.* 13. Philadelphenſis [illegible] Martyres. 12. 11.

## ¶ Historica Exempla.

*Gorgias Leontinus* Iſocratis Magiſter, centum & [illegible] annos: nec tamen tam longæuus ab opere & ſtudio [illegible] quam. *Sab. lib. 1. c. 7.*

*Plato octogenario maior*, & dormiens & moriens Sop[illegible] mographi numeros ſub capite habuiſſe traditur, vitæ[illegible] ſcribendi finem fecit. *Laert. l. 3.*

*Cato Vticenſis* ita doctrinæ cupiditate flagrauit, vt [illegible] quidem, dum ſenatus cogeretur, temperaret ſibi, quo[illegible] cos libros lectitaret. *Valerius lib. 8. cap. 7. Et Cicero l[illegible] bus.*

*Portius Latro, Hiſpanus*, condiſcipulus Senecæ, qui[illegible] non deſiit quin perfeciſſet. Rurſus cum ſe remiſſioni [illegible] omnes luxus & iocos reſoluebatur. *Theat. Zuing.*

*D. Aur. Auguſtinus.* Hipponenſis Epiſcopus, quam[illegible] narius ſemper tamen aliquid vel legebat, vel ſcribebat. [illegible] *Fulg. l. 8. c. 7. Et Egnat. eod.*

*M. Horatio Puluillo Coſ.* Capitolini Iouis templum de[illegible] æmulis falſus affertur nuncius, filium in prælio periſſe. [illegible] ego luctum non accipio, inquiens, vos cadauer vbi vult[illegible] ſtitutum conſtanter peregit. *Sab. l. 9. c. 2.*

*Capta ab Alarico vrbe Roma*, Gothus quidam cum [illegible] formā excellentem vidiſſet, amore percitus ad ſui oble[illegible] tauit. Vbi vero ſtudio pudicitiæ libidini reluctari ſu[illegible] ſtrictum gladium iugulo intentauit, ac demum etiam [illegible] virgo tota perfuſa cruore, ne ita quidem de ſententia [illegible] conſtantiam admiratus, ad baſilicam S. Petri adduxit, [illegible] alimoniæ cauſa nummis aureis, eam templi cuſtodib[illegible] dauit. *Sigonius lib. 10. Imp. Occident.*

*Ageſilaus*, quum audiſſet maleficum quendam ho[illegible] ſceleroſum, ſumma conſtantia ſe in omnibus torm[illegible] fuiſſe, ac forti animo dolorem omnem pertuliſſe: Q[illegible] inquit, homo eſt, qui conſtantiam in res tam flagitio[illegible] collocat? Dolebat egregio duci, tantum animi rob[illegible] vim in re turpi conſumptam eſſe: quam ſi ad res hone[illegible] magno vſui poterat eſſe Reipublicæ. *Plutarch. in Lac[illegible] lib. 1.*

*Zeno* dicere ſolebat: facilius eſſe vtrem inflatum me[illegible] quemuis probum virum inuitum ad aliquid agend[illegible] Nam inuictus animus rationis rectæ placitis confirm[illegible] mini. *Philo Iudæus liber. Quod omnis probus liber.*

*Anaxarchus*, cum à Nicocreonte Cypri tyranno i[illegible] uo tunderetur, philoſophus animo infractus: Tunde, [illegible] xarchi vaſculum, ait, Anaxarchi conſtantiam [illegible] *ex Plut.*

*Xantippe* de Socrate marito prædicare ſolebat, q[illegible] vidiſſet illum eodem vultu reuertentem domum, qu[illegible] gumentum vere conſtantis animi: cum alii domo eg[illegible] accidit triſte, redeant turbidi: ſi quid læti, geſtientes. [illegible] *apoph.*

*Philoxenus* quum Dionyſii tyranni poemata, vt po[illegible] litura excluderet, in latomias detruſus eſt: ſed inde a[illegible] cibus reuocatus, vbi denuo Dionyſium ſua carmina re[illegible] diuit, ſurrexit, & rogatus à Dionyſio, quid ita feciſſet, [illegible] me reſpondit: Satius ſuauiusque eſſe in latomiis vitam [illegible] eius audire poemata. *Bruſ. l. 2. c. 1. ex Plut.*

*Theodorus* Lyſimacho Macedoni mortem crudeliſſ[illegible] tanti, reſpondiſſe fertur: Minitare hæc purpuratis tu[illegible] quidem nihil intereſt, humi ne an ſublime in cruce pu[illegible] 1. *Tuſc. q. Bruſ. l. 2. c. 1.*

## ¶ Hieroglyphica.

Erat legio (militum Romanorum) quæ *rutilum* [illegible] lea parma geſtabat, in medio viridis orbis conſtitu[illegible] pes toto inniti pectore videbatur, ea conſtantia nun[illegible] ſub Magiſtro peditum merebat, Conſtantino quippe p[illegible] tuta. *Pier. Val. lib. 4.*

Nazianzenus pro Conſtantia *Salamandram* ponit [illegible] id in igni medio, qui omnia domat, in ſolum lætan[illegible] re, ſed eum omnino extinguere. Ita ſe cum Baſilio, A[illegible] perfidiæ Deum verum colendo incolumes verſatos g[illegible] etiam eum profeſſione ſua atque conſtantia ſuppreſſiſ[illegible] *lib. 16.*

*Vide, Fortitudo, Perſeuerantia.*

# Conſuetudo.

## DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CONSVETVDO, Græce ἔθος, εος, τὸ, ἐθίζω, conſueſco dicitur. Vetus autem à conſuo, id eſt, ſimul ſuo. Conſueſco enim quaſi approbo atque deſcribor ad aliquid agendum, ita vt conſuetudinem ... Inde conſuetudo, & conſuefactio. *Plautus quoq; conſuetio ... pro conſuetudine vſurpat.*

Conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. *c. Conſuetudo, diſt.1.*

Conſuetudo, lex non ſcripta, optimi legiſlatoris inſcriptum ... habens, videlicet omnium comprobationem: fortaſſis ... & naturali iuſtitiæ prima fuerit patriæ conſuetudo. *Hieron.*

Conſuetudo, mos, inſtitutum, vſus, συνήθεια, Hebr. *Limmud*, dicitur aſſuefactio, ab *Lamad*, didicit, aſſuefactus eſt.

## SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Lapides excauant aquæ, *Iob.14.*

Prouerbium eſt, adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. *Prou.22.*

Ego ſum Dominus Deus veſter, iuxta conſuetudinem Ægypti, ... habitaſtis, non facietis. *Leu.18.*

Quoniam puer centum annorum morietur. *Eſai.65.*

Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. ...

Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ... & vos poteritis benefacere, cum dilexeritis malum? *Ier.13.*

Qui nocet, noceat adhuc. *Apoc.22.*

Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. *1. Corinth. 5.*

## SENTENTIAE PATRVM.

Conſuetudo quaſi ſecunda & quaſi affabricata natura dicitur. *... l.6 de Muſ.*

... recta opinio prauam corrigere conſuetudinem, & opinio ... deprauare naturam. *De doct. Chriſt.*

... paries filios. Verum eſt ſacramentum huius ſententiæ, ... abſtinentia ſit à voluntate carnali, quæ non habeat in ... dolorem, donec in meliorem partem conſuetudo flectatur: ... perueneritt, quaſi natus eſt filius, id eſt, ad bonum opus ... affectus per conſuetudinem bonam: quæ conſuetudo vt ... cum dolore reluctandum eſt conſuetudini malæ. *de Gen. contra Manich.*

... quidam qui ratione vincuntur conſuetudinem nobis ..., quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut non fuerit in ... ſequendum, ſi melius fuerit à S. Spiritu reuelatum, *... ad Iubaian.*

Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpacium temporum, non ... perſonarum, non priuilegium regionum. Ex his enim ... conſuetudo, initium ab aliqua ignorantia vel ſimplicitate ſortita ... per ſucceſſionem corroboratur: & ita aduerſus veritatem vindicatur. Sed Dominus noſter Chriſtus veritatem ſe, non conſuetudinem cognominauit. Quodcunque aduerſus veritatem ... erit hæreſis, etiam vetus conſuetudo. *Tertull. de Virgin. vel.*

... peccat, violentia conſuetudinis: qua trahitur etiam inuitus ... eo merito, quo in eam volens illabitur. *Auguſtin. lib.8. con...*

... mutatio conſuetudinis, etiam quæ vtilitate adiuuat, tamen ... perturbat. quapropter quæ vtilis non eſt, perturbatione in... conſequenter noxia eſt. *Epiſt. ad Ianua.*

... peccata, quamuis magna & horrenda, quum in conſuetudinem ..., aut parua eſſe, aut nulla creduntur: vſque adeo vt non ſolum non occultanda, verum etiam prædicanda diffamandaque vi... *in Enchir. c.82.*

... conſuetudinem dura eſt pugna. *ſup. Pſalm.30.*

... impoſita ſepulchro, ipſa eſt vis dura conſuetudinis, qua ... anima: nec reſurgere, nec reſpirare permittitur, dictum ... Quatriduanus eſt. Reuera ad iſtam conſuetudinem de ... quodam progreſſu peruenit anima. Prima eſt quaſi ti... delectationis in corde; ſecunda conſenſio: tertia factum: ... conſuetudo. *ſuper Matth. hom.45.*

Nolite, fratres mei, contemnere peccata, in quibus forte conſue... iam feciſtis. Omne enim peccatum con ſuetudinis vile... fit homini quaſi nullum ſit, obduruit iam, dolorem perdidit, ... putre eſt: nec dolet, quod non dolet, non pro ſano haben... eſt, ſed pro mortuo computandum eſt. Quando aliquid pun... & dolet, aut ſanum eſt: aut eſt in illo ſpes aliqua ſanitatis. Quando autem tangitur, pungitur, calcatur, nec dolet, pro mortuo habendum, ac de corpore præcidendum. *in ſerm.4. Dominicæ de aduentu.*

In his rebus, de quibus nihil certi diuina ſtatuit Scriptura, nobis populi Dei & olim iuſti, ſtatuta maiorum pro lege tenenda ſunt: & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores conſuetudinum eccleſiaſticarum coërcendi ſunt. *Aug. in epiſt. ad Caſſulanum.*

Mos eſt ſimul habitantium conſenſus, qui inueteratus conſuetudinem facit. *Idem de fin.*

Aſperam nobis & inſuauem virtutum viam nimia facit vitiorum conſuetudo: quæ ſi in alteram partem transferatur inuenitur ſemita iuſtitiæ leuis. *Hier. in epiſt. ad Celantiam.*

Quum culpa in vſum venerit, ei iam animus, etiam ſi appetat debilius reſiſtit: quia quot vicibus prauæ frequentationis aſtringitur, quaſi tot vinculis ad mentem ligatur. *Greg. l.4. mor.*

Viſitata culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem: conatur, & labitur: quia vbi diu ſponte perſtitit & ibi quum noluerit, coacta cedit. *ſuper Euangel. Hom.31.*

Sæpe nonnulli exire à prauis actibus cupiunt: ſed quia eorundem actuum pondere premuntur: in malæ conſuetudinis carcere incluſi, à ſemetipſis exire non poſſunt, *lib.11. moral.*

Tenent prauæ conſuetudines quem ſemel ceperunt, atq; quotidie duriores exiſtunt: & non niſi cum peccatoris vita finiuntur. *lib.15. mor.*

Antiquus hoſtis, prius quaſi conſulens blanda ad animum loquitur: ſed quum ſemel dentem delectationis infixerit, violentia poſt conſuetudinem pene inſolubiliter innodatur. *ibid.*

Abſcindatur ferro acutæ compunctionis hulcus inueteratæ conſuetudinis: ſi eſt acerbus dolor, leniatur vnguento deuotionis. *Ber. ſup. Cant.*

Vſus facit virtutes, non natura, tuum eſt autem abutendo facere vitia: aut bene vtendo, virtutes. *de Conſ. l.2.*

Conſuetudo eſt ius quoddam moribus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur & tenetur, quum ea deficit. *Iſid. l.2. Etymol.*

Conſuetudo auctoritati cedat: prauum vſum lex & ratio vincat: quum vero nec ſacris canonibus, nec humanis legibus conſuetudo obuiare monſtratur, inconcuſſa ſeruanda eſt. *Iſid. in Synonymis li.2.*

Difficile eſt peccati conſuetudinem vincere: prauus vſus vix aboletur: aſſidua conſuetudo vitium in naturam conuertit. Animus ſceleribus aſtrictus, vix ab eis diuelli poteſt. *Iſidor. lib.1. ſoliloquiorum.*

Græca narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimum regem orbiſque dominatorem in moribus & inceſſu Leonidæ pædagogi non potuiſſe carere vitiis, quibus paruulus adhuc fuerat imbutus. *Beda de templo Salo. l.2.*

Non paruus eſt labor, vt ſe aliquis à priori non bona conſuetudine reflectat, ac reuocet: quoniam quidem mos longo tempore confirmatus, vim quodammodo obtinet naturæ. *Baſil. in regul.*

Quidam de ſapientibus dixit, Bene conſuetos pudebit diſſueſcere, & iterum, Bona loquamur, tranſibit ſermo in affectum, iuxta illud: Qui non aſſueſcit virtuti, dum iuueneſcit, à vitiis neſcit diſcedere, quando ſeneſcit. Et econtra: Quod in iuuentute addiſcitur, in matura ætate ſeruatur. *Max. in ſermone de Ioan. Baptiſta.*

Conſuetudo, quæ apud quoſdam irrepſerat, impedire non debet, quo minus veritas præualeat, & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt, propter quod relicto errore ſequamur veritatem: ſcientes quod veritas vincit, veritas valet, & inualeſcit in æternum: & viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum. *Cyprian. ad Pomp.*

## POETICÆ SENTENTIÆ.

Virg. Georg. l.2.

*Adeo à teneris aſſueſcere multum eſt.*

Virg. Æn. l.8.

*Tua cernere facta*
*Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis*

Ouid. Metam. l.2. fab.2.

*Nam morem fecerat vſus.*

Idem l.10. fab.5.

*Longaq; alit aſſuetudine flammas.*

Ouid. epiſt. Didonis ad Æn.

*Dum freta miteſcunt, & amor dum temperat vſum,*
*Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.*

Ouid. Artis. l.2.

*Fac tibi conſueſcat Nil conſuetudine maius,*
*Quam tu dum capias, tædia nulla fuge.*

Ouid. Triſt. l.1. Elegia 5.

*Fœmina ſeu princeps omnes tibi culta per annos,*
*Te doces exemplum coniugis eſſe bonæ.*
*Aſsimilemq; ſui longa aſſuetudine fecit,*
*Grandia ſi paruis aſsimilare licet.*

Idem Triſt. l.5. eleg.13.

*Adde quod ingenium longa rubigine læſum.*
*Torpet, & eſt multo quam fuit ante minus.*

Idem de Pont.l.4.eleg.10.

*Gutta cauat lapidem,conſumitur annulus vſu,*
*Et teritur preſſa vomer aduncus humo.*

Catullus Eleg. 74.

*Difficile eſt longum ſubito deponere amorem,*
*Difficile eſt,verum hoc,qua lubet,efficies.*

Hor.epiſt.l.1.epiſt.2.

*Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

Iuuenalis ſat.2.

*Nemo repente fuit turpiſſimus.*

Idem ſat. 7.

*Laqueo tenet ambitioſi*
*Conſuetudo mali.*

Iuuenal.ſat.2.

*Dedit hæc contagio labem,*
*Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris*
*Vnius ſcabie cadit & porrigine porci,*
*Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Maxima eſt vis vetuſtatis & conſuetudinis: non modo in hoc, quod eſt animal,ſed in iis etiam, quæ ſunt inanimata, conſuetudo valet,cum locis etiam ipſis montoſis delectemur & ſylueſtribus, in quibus diutius commorati ſumus. *In Lælio Ciceronis.*

Magna eſt illecebra peccandi impunitatis ſpes. *Pro Mil.*

Conſuetudo peccandi,maleficii ſuſcipiendi remouet dubitationem.2.*ad Heren.*

Quotusquisque reperitur,qui impunitate & ignoratione omnium propoſita,abſtinere poſſit iniuria? 3. *Offi.*

Omnes religione mouentur, & Deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos ſibi diligenter, & retinendos arbitrantur. 6. *act.in Ver.*

Qui multa ſunt ſæpe perpeſſi, facilius ferunt quicquid accidit, obduruiſſeque ſeſe contra fortunas arbitrantur. Vt ille apud Euripidem,

*Si mihi nunc triſtis primum illuxiſſet dies,*
*Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo.*
*Eſſet dolendi cauſa,vt iniecto equulei*
*Fræno, repente tactu exagitantur nouo.*
*Sed iam ſubiectus miſeriis obtorpui* 3.*Tuſc.*

Corruptela malæ conſuetudinis, igniculi extinguuntur à natura dati, exoriunturque & confirmantur vitia contraria. 1. *de Leg.*

Non ingenerantur hominibus mores tam à ſtirpe generis & ſeminis,quam ex iis rebus quæ ab ipſa natura loci,& à vitæ conſuetudine ſuppeditantur. *De Leg. Agrar. ad popul. contra Rul.*

Sic fit vbi homines maiorem vitæ partem in tenebris agunt, vt nouiſſime ſolem quaſi ſuperuacuum faſtidiant. *Seneca Epiſt.*

Tunc autem conſummata eſt infelicitas, vbi turpia non ſolum delectant,ſed etiam placent: & deſinit eſſe remedio locus: vbi quæ fuerant vitia,mores ſunt. *Epiſt.*28.

Diu in iſtis vitiis iacuimus,euelli difficile eſt. Non enim inquinati ſumus,ſed infecti. Non eſt morbus inter vitia contemnendus: poteſt adoleſcentia iniurias ferre, & ſe aduerſus morbos contumaciter gerere: vbi vero ſenectus incubuit,facilius eſt morborum vitia prohibere,quam impetum regere. *Epiſt.*58.

Inter cauſas malorum noſtrorum quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. Quod ſi pauci facerent, nolumus imitari: quum plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit: quia frequentius ſequimur, & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus eſt. *In extrema part. Epiſtol.*

Educatio & diſciplina mores facit: & id ſapit vnusquisque, quod didicit. Itaque bona conſuetudo excutere debet, quod mala inſtruxit, bene docet loqui, bene docet facere. *In libro de moribus.*

Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis. *In Pro.*

Quicquid in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & certa conſuetudine quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit. *Valer. Max. lib.*2.

Conſuetudinis magna vis eſt: pernoctant venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur. *Cic.*2.*Tuſc.*

Conſuetudo laborum perpeſſionem effecit faciliorem. Nam ferre calorem, contemnere vulnus, conſuetudo docet. *Cicero* 2. *Tuſcul.*

Benefacere ex conſuetudine, in naturam vertitur. *Saluſtius in Iugurtha.*

Perpetua in vita ſua tranquillitatum,& deliciarum ſereno aſſuefacti,ad omne vel modicum obductæ ſolicitudinis nubilum commouentur. *Paulus Oroſius de Ormeſta.l.*1.

Conſuetum ſemper nocius eſt. Quantam vim habeat, quod conſuetum eſt, leges oſtendunt, in quibus fabularia & puerilia, magis valent veritate propter conſuetudinem. *Ariſtot.lib.*2.*Metaphyſic.*

Suaue eſt homini, quod conſueuit tota vita ſua. [illegible]
*ſuper* 1.*Poetria.*

Quidam homines tantum aſſueti erant comedere [illegible]
quod venenum erat eis cibus. *Commentator ſup.*3.*Phyſ.*

Quidam per conſuetudinem audienda falſa negant [illegible]
ra per ſe nota: vt, Ex nihilo nihil fit. *idem.*

Conſuetudinem ſecundum naturam pronunciauit [illegible]
*l.*7.*Saturnal.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Antiſthenes*, dicere ſolebat, Omnia mala habenda [illegible]
nis. Vulgus hominum ea tantum probat,quibus aſſue[illegible]
cis abhorret,non quia per ſe mala ſint,ſed quia peregrin[illegible]
ti nihil peregrinum eſſe debet,niſi quod cum vitio co[illegible]
que enim ideo temulentia deteſtanda, quod alicubi [illegible]
ſed quod per ſe turpis. Nunc ex vſu regionum de [illegible]
populus. *Laert. l.*6.*c.*1.

*Polyanus*, conſuetudinem dicebat initium exiguum [illegible]
glectam autem vires maximas ſumere. *Anton. & Ma[illegible]*
*conſuet.*

*Chryſoſtomus*, dicebat, Nihil tam firmum eſt in reb[illegible]
quam veteris conſuetudinis tyrannis: Ethnici,conſuetu[illegible]
ram naturam eſſe dixerunt. Item, Mire efficax eſt conſ[illegible]
retinendam, quæ non patitur vt ad priſtinum virtutis [illegible]
quis reuertatur. *ibid.*

*Philo*,non rus (inquiebat) improbos,non vrbs bon[illegible]
ſimilium congreſſus & conſuetudo. *Ant.ſer.*22.

*M.Pomponius Marcellus*,cum ex oratione Tiberii C[illegible]
dam reprehendiſſet,contra affirmante Atteio Capitone[illegible]
num,& ſi non eſſet,futurum certe: Iam inde,inquit,me[illegible]
tò. Tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, ve[illegible]
tes. Hominibus datur ciuitas, qui recipiuntur in ius ci[illegible]
datur ciuitas, quæ recipiuntur in conſuedinem ſermo[illegible]
Quemadmodum multæ voces non Græcæ tantum, ſed [illegible]
cæ,& Gallicæ,& Perſicæ ciuitate Romana donatæ ſunt. [illegible]
vſus poteſt, Cæſar non poteſt. *Eraſ.*8.*apoph.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Socratis*, Quemadmodum ventus ignem: Sic conſ[illegible]
rem accendit. *Apud Max.ſer.*3.

*Dionis*, & nunquam malarum quicquam conſuetu[illegible]
nietis ſtabile atque firmum, donec vndiquaque pro[illegible]
enim quod indies appoſitionem ſuſcipit: fermeque c[illegible]
tione, nemoque facile cernit, quanto hoc illo ſit de[illegible]
nia procedit: quemadmodum (opinor) & hulcera qu[illegible]
bi,qui indies naturaliter incrementum capiunt. *Orat[illegible]*
*diaca.*

*Plinij*, vt in loco peſtilenti quoque qui aſſueuere [illegible]
commoda parum lædunt aſſuetos. *lib.*18.*c.*5.

Vt callus tempore factus adimit ſenſum: Ita diutu[illegible]
ſuetudo facit vt leuius feramus *Lib.*25.*c.*2.

*Eraſmi Roterodami.* Vti Mithridati quotidie ſumen[illegible]
conſuetudine factum eſt innoxium: ita mala quibus aſſ[illegible]
offendunt. *In Sim.*

Vina non modo ſoli ſui referunt ſaporem, verum [illegible]
rum aut fruticum vicinarum: Ita non ſolum exprim[illegible]
de progeniti ſumus,ſed & eos quorum conſuetudine [illegible]
*Sim.*

Vt quorundam hominum etiam aſpectus faſcinum [illegible]
ſunt quorum omnis vitæ conſuetudo mores inficit. *ibid.*

## ¶ HIEROGLYPHICA.

Conſuetudinis pernicioſæ hominem indicaturus q[illegible]
*primulgum* auem pingat: ea enim inter capras famil[illegible]
tur, appetitque earum vbera ſugere: quod cum fecerit, [illegible]
guitur: capra, vt aiunt, excæcatur. *Pier.Val l.*25.*pag.*238.[illegible]

## ¶ APOLOGI SEV FABVLAE.

*Vulpes & Leo.*

Quæ nunquam Leonem vulpes viderat, cum huic [illegible]
riſſet, ita fertur exterrita, vt pene moreretur formidine. [illegible]
conſpicata iterum, extimuit quidem, ſed nequaquam [illegible]
Tertio illi obuiam facta,tam firmo animo fuit,vt accede[illegible]
& compellare illum auderet.

Oſtendit fabula, etiam grauiſſima & difficillima ne[illegible]
conſuetudine tractabilia reddi. Itemque hoc inopinata [illegible]
hementius animos perturbare conſueuiſſe.

*Mulier & Maritus ebrioſus.*

Vixerat aliquot annis mulier cum viro ebrioſo, & [illegible]
leſtias atque tractationem malam pertulerat: Tandem [illegible]
tuit experiri, an vlla ratione tanto malo vir ipſius libe[illegible]
Ergo eum temulentum & obrutum vino accurate co[illegible]
mox oppreſſum profundiſſimo ſomno, neque magis [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mortui ſolent, humeris ſuis ſublatum deportat in ſepulcrum & in illo deponit atque abit. Paulo poſt de præteriti temporis ratione, cum conijceret, crapulam & ebrietatem edormiſſe hominem, reuertitur & monumento pulſato, ſi quis intus ſit progredi iubet. Vir qui adhuc ſane eſſet ſomniculoſus, quid velit, interrogat. Atilla: cibum ait, ſe mortuis circumferre. Tum ebrioſus vir: mihi, quiſquis es, cibum, ſed potum afferto. Eſt enim hoc mihi contrarium, te cibi ac non etiam potus mentionem facere. Hic tristitia affecta, manibus pectus plangens ſuum, Nulla, inquit, meliorem te fieri poſſe vir intelligo, ita conſuetudine confirmatum, & in naturam abiiſſe morbum video.

Fabula monet, non eſſe aſſueſcendum vitioſis actionibus, quod ſæpe multumque fiant, etiam nolentes proſequantur.

---

# Contemplatio.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CONTEMPLATIO, Græce θεώρησις, ιος, ἡ, θεωρέω, contemplor dicitur. Et eſt liber animi contuitus in res. *B. Thom. ſecund. Secundæ, q.101. art.3.* Contemplatio, ἀναγωγὴ, θεωρία, σκέψις. à templi ſeu locis ſacris, vt nonnulli volunt, ſeu à templo ſummo, id eſt, Cælo, quod homines meditabundi frequenter intuentur, vox ſumpta. Meditatio eſt rerum ſuperarum & arcanarum.

Contemplatiui dicuntur, non qui contemplantur, ſed qui contemplationi totam vitam ſuam deputent. *B. Thom. ſecund. Secund. q.180. art.1.*

Quomodo contemplatio, cogitatio, meditatio, & conſideratio differant. *Vide ſupr. in Cogitatio.*

## SENTENTIÆ BIBLICÆ.

In meditatione mea exardeſcet ignis. *Pſal.39.*

Memor fui Dei, & delectatus ſum, meditatus ſum nocte cum corde meo & exercitabar. *76.*

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *84.*

Mens mea contemplata eſt multa ſapienter. *Eccl.1.*

Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam meam, donec ipſa velit. *Cant.2.*

Ego dormio, & cor meum vigilat. *ibid.*

Cogitare de illa (ſapientia increata) ſenſus eſt conſummatus, & qui vigilauerit propter illam, cito ſecurus erit. *Sap.6.*

Recurre prior in domum tuam, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo. *Eccl.32.*

Sicut parturientis, cor tuum phanthaſias patitur, niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa fuerit vigilatio, ne dederis illis cor tuum. *34.*

Pone menſam, contemplare in ſpeculo comedentes & bibentes. *Iſa.21.*

Contemplatus eſt diligenter multo intuitu, & clamauit vt leo. *ibid.*

Vade populus meus, intra in cubiculum tuum, & claude oſtia tua ſuper te. *26.*

Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulaſti. *Ierem.31.*

Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. *Dan.10.*

Adducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. *Oſe.2.*

Beati veſtri oculi, quia vident, & aures veſtræ, quia audiunt. Amē quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt. *Matth.13.*

Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius & virtus & diuinitas. *Rom.1.*

Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu. *2.Cor.3.*

Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. *Phil.3.*

Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. *Hebr.12.*

## SENTENTIÆ PATRVM.

Contemplatio eſt illa ſpecies, quæ rapit omnem animam deſiderio tanto ardentiorem, quanto mundiorem: & tanto mundiorem quanto ad ſpiritualia ſurgentem, quanto carnalibus deſideriis & terrenis affectibus morientem. *Aug. de Trin.*

Qui didicerunt à Domino Ieſu Chriſto mites eſſe & humiles corde, plus cogitando & orando proficiunt, quam legendo & audiendo. *Epiſt. ad Paulinum.*

Tota vita eſt, in qua nihil ſit, quod timeas quæ compenſatur mētis placiditate, leuatur vſu, ſuſtentatur otio, non occupatur alienis moleſtiis, non vrgetur vrbanis diſcurſibus. *Amb. in epiſt.*

Hæc in Iudæa vſque hodie perſeuerat conſuetudo, non ſolum apud nos, ſed etiam apud Hebræos, vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, niſi ſolum Deū, totius orbis foueantur miniſteriis. *Hieronymus contra Vigilantium.*

Mens noſtra ad contemplanda interna non perducitur niſi ab his, qui exterius implicant, ſtudioſè ſubtrahatur. Mens noſtra nullo modo ad viam intimæ contemplationis rapitur, niſi ſtudioſè prius à terrenorum deſideriorum tumultu ſopiatur. *Gregor. libr.5. Moral.*

Nunquam commotioni contemplatio iungitur, nec præualet mens perturbata conſpicere, ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec ſolis radius cernitur, quum commotæ nubes cœli faciem obducunt: nec turbatus fons reſpicientis imaginem reddit, quam tranquillus propriè oſtendit, quia quo eius vnda palpitat, eo in ſe ſpeciem ſimilitudinis obſcurat. *ibid.*

Contemplari Dei ſapientiam non poſſunt, qui ſibi videntur eſſe ſapientes: quia tanto [illegible] luce longe ſunt, quanto apud ſemetipſos humiles non ſu[illegible]orum mentibus, dum tumor elationis creſcit, aciem co[illegible]ionis claudit, & vnde ſe lucere præ cæteris æſtimant, inde ſe lu[illegible]e virtutis priuant. *libro octauo Moral.*

Perfectus prædicator non eſt, qui propter contemplationis ſtudium operanda negligit, vel propter operationis inſtantiam contemplanda poſtponit. *ſup. Ezech.*

Contemplatiua vita eſt, charitatem Dei & proximi retinere & ab exteriori actione quieſcere: ſoli deſiderio conditoris inhærere, vt nihil iam habere libeat, ſed calcatis curis omnibus ad videndam faciem ſui creatoris animus inardeſcat. *ibid.*

Contemplatiua vita merito maior eſt quam actiua: quia hæc in vſu præſentis operis laborat, illa verò ſapore intimo, venturam requiem deguſtat. *ibid.*

Sunt nonnulli, qui magnis muneribus ditati, dum ſolius contemplationis ſtudiis inardeſcunt, patere vtilitati proximorum prædicatione refugiunt, ſecretum quietis diligunt, ſeceſſum ſpeculationis appetunt, de quo ſi diſtrictè iudicentur, ex tantis procul dubio rei ſunt, quantis venientes ad publicum prodeſſe potuerunt. *In quadam epiſt.*

Sæpe enim qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus preſſi ceciderunt: & ſæpe qui occupati humanis vſibus viuerent, gladio ſuo quietis extincti ſunt. *lib.6. Mor.*

Sæpè miſericors Deus, qui ſuos tenere diligit, eo ſolicitè ab externis actionibus abſcondit. Nam & plerunq; paterfamilias ad eum laborem filios dirigit, à quo ſeruos ſuſpendit: & inde filii vexatione decori ſunt, vnde ſerui in puluere fœdantur. *lib.23. Moral.*

Omnis qui vno pede claudicat: ſoli illi pedi innititur, quem ſanum habet: quia & cui deſiderium terrenum iam arefactum fuerit, in ſolo pede amoris Dei tota virtute ſe ſuſtinet: & in ipſo ſtat, quia pedem amoris ſeculi, quem ponere in terra conſueuerat, iam à terra ſuſpenſum portat *ſuper Ezech.*

Quum contemplationis arcem aliqui tenere deſiderant, prius ſe in campo per exercitium operis probent, vt ſolicitè ſciant, ſi nulla iam mala proximis irrogant, ſi irrogata à proximis æquanimiter portant, ſi obiectis bonis temporalibus nequaquam mens lætitia ſoluitur, ſi ſubtractis non nimio mœrore ſauciantur, aut deinde perpendant, ſi quum ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quod ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum corporalium vmbras trahunt, vel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigunt. *libr.6. Moral.*

Sine contemplatiua vita intrare poſſunt ad cœleſtem patriam, qui bona quæ poſſunt operari non negligunt: ſine actiua autem intrare non poſſunt, ſi negligunt bona operari quæ poſſunt. *ſuper Ezech.*

Contemplatio diuinæ ſuauitatis & gloriæ ſolis mente & corpore puris conceditur. *Bern. in Cant. ſerm.67.*

Contemplationis acceſſus duo ſunt, vnus in intellectu, alter in affectu: vnus in lumine, alter in feruore: vnus in acquiſitione, alter in deuotione. *Idem ſerm.46.*

Contemplationis quies pro lucro animarum libenter intermittenda eſt. *Idem ſerm.55.*

Noli nimis inſiſtere oculis contemplationis, quia meliora ſunt verba prædicationis, nam & ſi Rachel formoſior, Lia tamen fœcundior eſt. *Idem in ſerm.9.*

Felix domus & beata ſemper congregatio, vbi de Maria, Martha ſemper conqueritur: nam Mariam Marthæ æmulari indignum prorſus eſt. *in quadam epiſt.*

Tria ſunt, quæ oculum intelligentiæ confundunt, atq; contemplatione veri luminis excludunt, ſcilicet tenebræ peccatorum, recordatio eorundem peccatorum, & cura terrenorum actuum. Contra triplicem morbum triplex remedium eſt. Nam primus dicitur per confeſſionem: ſecundus per orationem: tertius per quietem. *De conſid. ad Eugen.*

Vtilius eſt per ſimplicem actionem ire ad vitam æternam, quam per contemplationis errorem mitti in gehennam. Multos enim Deus ex carnalibus ſua gratia viſitat, & ad contemplationis faſtigium eleuat: multoſque à contemplatione iuſto iudicio deſerit, & lapſos in terrenis operibus derelinquit. Loth enim



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

perſona in ciuitate iuſtus fuit, & in monte peccauit. *Iſidor. de bono, lib. 3.*

Qui prius in actiua vita proficit, bene ad contemplationem conſcendit: meritò enim in iſta extollitur, quia in illa vtilis inuenitur. *ibid.*

Actiua vita eſt, panem eſurienti tribuere, verba ſapientiæ neſcientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam ſuperbientem proximum reuocare, infirmantis curam gerere, quæ ſingulis quibuſque expediant diſpenſare, & commiſſis nobis, qualiter ſubſiſtere valeant, prouidere. *Bedæ in Luc.*

Nemo poteſt eorum qui delectantur præſentibus, & caducis cœleſtia ac ſpiritualia contemplari: qui verò iſta contempſerit, & velut vmbram hæc ac puluerem duxerit, velocius ad illam perueniet. Nam & apud homines hic mos eſt, vt tunc theſauros ſuos reconditasque diuitias patefaciant filiis ſuis, quum eos adultos iam viderint, & puerilis laſciuiæ vitia reſpuiſſe. *Chryſoſt. in libr. de compunctione cordis.*

Habet actiua profectum, contemplatiua faſtigium, hæc facit ſanctum, illa perfectum: huius vitæ eſt nulli prorſus iniurias irrogare: illius irrogatas æquanimiter ſuſtinere. *Proſp. libr. 1. de vita contemplatiua.*

Iſte actiuus, qui ſuſcipiendo peregrinum, veſtiendo nudum, gubernando ſubiectum, redimendo captiuum, tuendo violenter oppreſſum, iugiter ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis emaculat, & vitam ſuam bonorum operum fructibus dicat. *ibid.*

Ille contemplatiuus, qui facultatibus ſuis in vſus pauperum diſtributis, ſimul ſe exſpoliauit mundo, & totis viribus adhæret cœlo, res mundi mundo proiecit, & ſeipſum Chriſto deuota mente reſtituit. *ibid.*

Actiua vita habet ſolicitum curſum: contemplatiua gaudium ſempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur. Hæc facit pulſare bonorum operum velut quibuſdam manibus ianuam: iſta vocat conſummandos in patriam. In hac contemnitur mundus, in illa videbitur Deus. *ibid.*

Quis enim neſcit, quod ſicut otium ſtudioſum à carnalibus, ineffabilem ſuauitatem ſapientiæ cœleſtis intendit otioſo: ita ſpiritualis occupatio laborum ſanctorum multiplices affert fructus humanæ ſocietatis occupatio. Itineribus quidem diuerſis incedunt, ſed ad vnam patriam tendunt, & ad vnum regnum diſparibus militantes officiis, Chriſto rege omnium vocante perueniunt. *idem libro 3.*

Tria ſunt genera meditationum. Vnum in creaturis: vnum in ſcripturis: vnum in moribus. Primum ſurgit ex admiratione, ſecundum ex lectione, tertium ex circumſpectione. Admiratio generat quæſtionem, quæſtio inueſtigationem, inueſtigatio inuentionem. Lectio ad cognoſcendam veritatem materiam miniſtrat: meditatio coaptat, oratio ſubleuat, operatio componit, & contemplatio in ipſa exultat. *Hug. in meditationibus ſuis.*

Circumſpectio in moribus duplici conſideratione diſcurrit intus & foris: foris ad famam, intus ad conſcientiam: vt quid expediat & quid deceat ad exemplum, expediat ad meritum, nobis ad vitium proximis ad exemplum. *Hug. ibid.*

Cogitatio vaga inceſſu ſemper huc & illuc diuertit: ſed meditatio deſtinata promotione ſemper in vlteriora tendit, contemplatio autem eſt libera mentis perſpicacia, in ſapientiæ ſpeculo cum admonitione ſuſpenſa. Meditationis eſt perſcrutari occulta: contemplationis eſt, admirari perſpicua. *Hug. in lib. de arca. myſtica.*

## ¶ Philoſophicæ Sententiæ.

Naturæ quidem ratio & ſcientia in corporibus ac magnitudinibus, eorumque & affectionibus & motibus, & præterea in principiis quæ huius talis naturæ eſſentiæq; ſunt, fere tota cernitur *libr. 1, de cælo, c. 1. T. 1. Ariſt.*

Scientia quæ eſt de naturæ obſcuritate, quædam pars eſt earum, quæ in contemplatione verſantur: ſed in contemplatione eius quod eſt eiuſmodi, quod moueri poteſt, & eſſentiæ quæ ratione plerumque ſolum ſeiungi ſepararique non poteſt. *libr. 1. 5. Metaph. c. 1. T. 1. & l. x. 10. Metaph. c. 6.*

Phyſicus in iis omnibus verſatur, quæ ſunt huius, vel illius corporis, & huius vel illius materiæ officia, & conſequentia. *libr. 1. de animo, c. 1. T. 17.*

Phyſici eſt valetudinis ac morbi primas cauſas animaduertere. *l. de Senſu c. 1. & l. de Reſpira. c. 8.*

Omnis Phyſicorum ratio in iis cernitur, quæ in ſe motus & ſtatus principium continent. *lib. x. 10. Metaph. c. 1. & c. 6.*

Accidentia principiaque eorum quæ ſunt, quatenus mouentur, non quatenus ſunt, Phyſica cognoſcit. *lib. x. 10. Metaph. c. 3.*

Hominis ſanæ naturæ ſtudioſi eſt de anima & diſſerere & ſcire: & ſi non de omni anima, tamen de ea ipſa, quæ tale animal eſt, & quidnam anima aut certe pars iſta anima ſit: atq; etiam de iis, quæ tali ſubſtantiæ accidant. *libr. 1. de Part. animal. c. 1. de animo, cap. 1. T. 15.*

Rem à materia abſtractam nullam poteſt ſcientia naturalis contemplari. *ibid.*

## ¶ Apophthegmata.

*Hannibal*, cùm adeſſet dies, quo primam penſionem [...] à Pœnis Romani, totuspopulus ad tributi mentionem [...] at Hannibal interim effusè riſit. Ea de re increpatus ab [...] le Hedo, negauit eum riſum fuiſſe gaudentis, ſed [...] ras & inanes lachrymas deridentis, quæ nunc in [...] manarent, cum anteà potius manare debuerint, quo [...] mani claſſes, arma & ampliſſimarum victoriarum ſpolia [...] traherent, ac leges victis imponerent. *Plut.*

*Nero*, cum deſperatis rebus iam mortem ſibi ipſi [...] tutus omni auxilio: ingreſſus ad eum Centurio, ſemian[...] rit, itaque penula ad vulnus appoſita, ſimulans ſe veniſſe [...] lium, nihil aliud reſpondit quam Sero: &, Hæc eſt fides [...] ambiguus eſt: poteſt enim intelligi: Sero veniſſe, qui [...] rientem venerat: & ſero venit, qui in hoc venit vt viue[...] ret. Item hæc eſt fides, poteſt eſſe expoſtulantis de fide [...] At Nero ſenſit, ſe nihil illius verbis credere, eiuſque [...] tum eſſe vulnus in iugulo lethale. *Sueton. & Eraſm.*

## ¶ Similitudines.

*Philonis Iudæi*, lumen animæ, ſolari ſimillimum [...] Nam ſicut oculi ſplendore, ſic mens illuſtratur ſapientia [...] tius cernere aſſueſcit iniuncta, nouis ſemper contem[...] *Lib. de cognit.*

*Plutarchi*, Heraclitus dixit, vigilantibus vnum com[...] mundum, ſopitus in ſuum quemque diſcedere. At ſuper[...] vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, [...] mniante cogitatione. *In Moral.*

*Senecæ*, Quemadmodum artifices ex alicuius rei [...] tentione quæ oculos defatigat, ſi malignum & non pr[...] men habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regi[...] ocium dedicata, oculos libera luce delectant: Sic a[...] triſti & obſcuro domicilio concluſus, quoties poteſt a[...] & in rerum naturæ contemplatione requieſcit. *Lib. 1. ep[...]*

*Vt qui ex* claro ſole redierunt in vmbram, his caliga[...] qui à diuinorum contemplatione, ad humana recidunt.

## ¶ Emblema.

Qui alta contemplantur, cadere.

Andreæ Alciati.

Emblema CVIII.

*Dum turdos viſco, pedica dum fallit alaudas,*
*Et iacta altiuolam figit arundo gruem,*
*Dipſada non prudens auceps pede pertulit: [...]*
*Illa mali emiſſum virus ab ore iacit.*
*Sic obit, extento qui ſidera reſpicit arcu*
*Securus fati quod iacet ante pedes.*

*Vide Cogitatio, Conſideratio.*

# Contemptus.

## ¶ Definitio.

Contemptvs, Græcè καταφρόνησις, εος, ἡ; & καταφ[...] temno, & καταφρονητὴς, ȣ, ὁ, contemptor dicitur. E[...] greſſio legis, ex hoc, quod voluntas renuit ſubiici leg[...] *B. Thom. ſec. Secundæ q. 186. & art. 9.*

Contemno compoſitum, à con & temno, idemque eſt [...] no. τέμνω Græcum eſt, incido & reſeco, quia quæ ſpernim[...] tare & reſecare conſueuimus. Sunt qui ita diſtinguant [...] deſpicio, vt deſpicere grauius ſit, quam contemnere. [...] ſit, qui refutatus eſt. Contemptus verò, qui inutilis [...] Terentius, *Quot modis contemptus, ſpretus? facta, tranſ[...]*

Hebr. *Bazah*, Contempſit, ſpreuit, abiecit: Inde [...] contemptus, & nomen *Bas*, Gall. quem contemnimus [...] mus, & longe infra nos ſubſternimus.

## ¶ Biblici Loci.

Contemptus aliorum damnatur, *Prou.* 11. 12. *Matth.* [...] & 20. 26. *Luc.* 18. v. 11. 13. 14. *Rom.* 11. 18. & 14. v. 3. 10. 1. *Cor.* 4. [...] *Gal.* 6. 1.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

Sedulò monendi ſunt ſcholaſtici, vt humilitate [...] ſtiana diſcant non contemnere, quos cognouerint [...] tia, quam verborum amplius deuitare, quia licet per [...]

…ammaticæ artis aliquid vitioſum proferant presbyteri vel e-
…, non tamen ideò à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi, ſed corde
…ælatorum linguam exercitatam ſcholaſtici præferre non
…: quam etiam proferre conſueuerant. Morum enim vitia
…quam verborum ſunt præcauenda. *Auguſt. de catechiz. and.*

…nit contemnit, qui non ſolum quantum potuit, ſed etiam
…um voluit habere contemnit. *ibid.*

…ur ſolet generari ex aſſiduitate contemptus: ſic attenditur ex
…ate deuotio. *Amb. in quodam ſerm.*

…n ſunt contemnenda quaſi parua, ſine quibus magna conſta-
… poſſunt. *Hieron. in epiſt. ad Lætam.*

…c eſt viro opes contemnere, pecuniam diſſipare, & proijce-
…n momento & perdi & inueniri poteſt. Nam facile obijci-
… quod extrinſecus hæret. Hoc fecit Socrates, hoc Antiſthenes,
… fecerunt plurimi philoſophi, quos vitioſiſſimos legimus. *In epi-
…ad Pa.*

Quod enim ſumus, hodie nouimus: quid autem poſt paululum
… ſimus, neſcimus: hi verò, quos fortaſſe deſpicimus, & tardè
…incipere, & tamen vitam noſtram feruentioribus ſtudiis
…re. Timendum itaque eſt, ne etiam nobis cadentibus ſurgat,
… nobis ſtantibus irridetur: quamuis ſtare iam non nouit, qui
…ſtantem nouit irridere *Greg. lib. 15. Moral.*

…per altitudines terræ ſuſtollitur, etiam ipſa, quæ glorioſa præ-
… ſeculi per mentis deſpectum, calcat. *In regiſtro.*

…chra conditis amorem ſubtrahunt, qui in ipſum authorem
…udinis cordis, paſſibus tendunt. *In Moral.*

Si rerum regiæ maieſtatis quamuis humanæ humanis legibus
…e pleſſi ſancitum eſt, quis finis contemnentium diuinam o-
…tentiam erit? *Bern. ſuper Cant.*

Quæ terrena contemptimus, neceſſe eſt, vt flagrante deſiderio
…terna requiramus. *Bern. in Paru. ſerm.*

Contemne diuitias, & eris locuples: contemne gloriam, & eris
…oſus: contemne ſupplicia inimicorum, & tunc eos ſuperabis:
…emne remiſſionem & quietem, & tunc eam recipies. *Chryſoſt.
…ad Hebr.*

§ Philosophorvm Sententiæ.

Intolerabilis res poſcere nummos, & contemnere. Indixiſti pe-
…odium, hoc profeſſus es, hanc perſonam induiſti: agenda eſt.
…iſſimum eſt, te pecuniam ſub gloria egeſtatis acquirere. *Senec.
… de benef.*

Paupertati domum aperire, voluptates tenere ſub fræno, medita-
…liter de dolorum patientia, hæc qui apud ſe verſat, in magno
… eſt parum blando. *epiſt. 22.*

…e contemnit omnia, qui ad contemptum ſui venit, vis ergo
…ere omnia? contemne omnia. *epiſt. 85.*

Inſuperabili loco ſtat animus qui externa deſeruit. Inexpugna-
…eſt, quem multis machinis laceſſitum fortuna non transfixit,
…quam maior eſt, quam vbi aliena diſpoſuit, & fecit ſibi pacem,
…mendo diuitias, nil concupiſcendo. *epiſt. 33.*

Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit, maiusque regno iudica-
…gias opes poſſe contemnere. *lib. 3. de benef.*

…ndum felix es, ſi non te turba deriſerit. Si beatus vis eſſe, co-
… hoc primum contemnere, & ab aliis contemni. *libro de Mori*

…anius eſt contemni, quam ſtultitia percuti. *In Prou.*
…nt plurimi, qui multa verbis non re contemnunt, ſed ipſa quæ
…nunt, clam furantur. *ibid.*

*De contemptu.* Dial. xxxvi.

Franciſci Petrarchæ.

Dol.

…el contemnor. R. Si iniuſtè quidem, eſt (non inficior) quod do-
…ſeras tamen, alioqui eſt quod rideas. Nihil eſt enim ridiculo-
…ſed nil crebrius, quam contemni ſapientem ab inſanis. D. Sper-
… R. Circa hoc verbum vnum, quatuor bona eſſe dixere aliqui:
…ernere mundũ, Spernere nullum, Spernere ſeſe, Spernere ſe ſper-
… Hoc tibi vltimo opus. D. Spernor à multis. R. Si à maioribus fer,
…ibus patere. Illi ſuo iure vtuntur. Fere namque contemptui
…minora maioribus. Hi ſe contemptui offerunt & maiores fieri
…ndo aliter non poſſunt, hac tentant via: ſine minoribus, ſine il-
…ſanire, neque magni facias contemptum, qui illis infamiæ ſit,
…oriæ. Spreuit Achillem Therſites, de quibus modo diximus.
…erum Zoilus, Auguſtum Antonius, Vergilium Euangelus, Ci-
…onem Caluus, Et (quod ex Euangelio dicimus, quodq; eſt maxi-
…um) Herodes peſſimus miſerrimusq; hominum Chriſtum ſpre-
… Qui vel contemptis hic nocuit, vel contemptoribus profuit?
D. Spernor & irrideor. R. Irriſiuum neſcio quid & hiſtrionicum
…cum eſſe animis ſolet, eoque magis, quo minoribus, quid minus
… opus. Alter alterum ridet. D. Spernor ab aliis. R. Recordare an tu
…os aut ſpernas aut ſpreueris. Hic eſt mos humanus, ſpernere &
…perni: mutuo vos viciſſim odio, mutuoque premitis contemptu &
vultis aliis eſſe venerabiles neminem venerantes, placere vultis deo,
cuius operum nullum vobis placet, eo quo placere debet modo, in
quo præclare quidem noſter Cicero, ſi præclarum aliquid ſub deo-
rum nomine dici poſſet. Minime, inquit, conuenit, cum ipſi inter
vos viles neglectique ſimus, poſtulare vt diis immortalibus chari ſi-
mus, & ab his diligamur. Illud ergo præclarius Malachiæ prophe-
tæ. Nunquid non pater vnus Deus creauit nos? Quare ergo deſpi-
cit vnusquiſque veſtrum fratrem ſuum. D. Sperni grauiter fero.
R. Etſi nemo ſperni velit, multi cupiant timeri, multo tamen eſt
ſperni ſecurius, quam metui. Itaque quod ait Annæus in epiſtola
quadam: Non minus contemni quam ſuſpici nocet: non admitto.
Illud ab eodem alibi dici rectius æſtimo. Periculoſius timeri eſſe
quam deſpici. Proinde cum veteri ſapientum edicto tria hæc vitan-
da didiceris, de quibus totidem continuis tractatibus egimus, &
ſint mala omnia, haud dubie tamen malum minus hoc vltimum
quamuis ignobilius, nec deeſt ſuum cuique remedium. Odium ob-
ſequio lenitur, liuor modeſtia, contemptus amicitiis illuſtrium, &
honeſtis artibus, ac virtute. Nemo primum Bruto contemptior Ro-
mæ fuit. Nemo minus poſtea. Age & tu bonum, magnumque ali-
quid, quo contemni nequeas.

§ Similitvdo.

*Plinij.* Bucephalus Alexandri Magni equus, quoties nudus eſſet,
equiſonem in tergum admittebat, ornatus regiis phaleris neminem
ferebat niſi regem ipſum, in reliquos omnes ferociebat: Ita quidam
tenues quemuis ferunt, diuites facti deſpiciunt vulgares. *libr. 8. ca-
pit. 24.*

§ Adagia.

Contemptus & Vilitatis.

Tineas paſcere.
*Tranſlatum a veſtibus aut libris, diu reconditis & intactis.*
Homo treſſis.
*Perſius treſſem Agaſonem appellat contemptiſſimum homuncio-
nem. Idem, Et Græcos curto centaſſe licetur.*
Semiſſis homo.
*Marcus Tullius Cicero lib. 5. ad Atticum. Vatinium ſemiſſem
hominem vocat, viliſſimum & contemptiſſimum.*
Ne crepitu quidem digiti dignum. οὐκ ἄξιαι ὄντα ψόφου δακτύλων.
*Et geſtus is, & prouerbium in hodiernum vſque diem manet a-
pud noſtrates.* Ich wolte das nicht drumb geben. Ich wolte nicht
ein Schelling darumb geben.
Concha dignus. κόγχης ἄξιος.
*Rem nullius pretij concham dicunt Græci, quemadmodum Lati-
ni nauci, & floccum.*
Ne ligula quidem dignus. κορδύλης οὐκ ἄξιος.
*Dicebatur homo nequam & nullius pretii.*
Semper me tales hoſtes inſequantur. ἀεὶ τοιοῦτοί μοι πολέμιοι διώκοιεν.
*Vbi quoſdam libentor odimus ac ſimultatem eorum contemni-
mus. Poteſt accommodari & in eos, qui deſciſcunt ab amicitia: ſed
vt inimici nihil queant nocere.*
Aquila thripas aſpiciens. ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν.
*De magnis qui puſilla negligunt.*
Aquilam cornix prouocat. ἀετὸν κορώνη ἐρεσχελεῖ.
*Locus adagio fuerit, ſi quando leuiuſculus quiſpiam homuncio,
qui neque prodeſſe queat, neque lædere, maximis viris oblatrat.*
Aſinus compluitur. ὄνος ὕεται. *Suidas.*
*Dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino commoue-
rentur.* Er iſt ſo naß, als er werden mag.
Suſque deque.
*Apud Plautum atq; alios autores inuenitur: Suſq; deq; fero, &
ſuſq; deq; habeo, pro eo quod eſt: Nihil mea refert, nihil laboro.*
Manum non verterim. *Apuleius.*
*Pro eo, quod eſt, nihil omnino laboro. Mea nihil refert, nihil enim
facilius, quam manum vertere.* Ich wolte nicht ein Hand drumb
vmbkehren.
Quod non eſt opus, aſſe charior eſt.
*Poteſt ad complures accommodari ſententias, vt ſi quis dicat ar-
tem quampiam minimo negotio poſſe diſci, quæ tamen nihil frugis
ſit allatura.*
Vapula papyrea.
*Dici ſolitum, ſi quando volebant ſignificare, ſe negligere minas
aliquorum.*
Aſinus eſuriens fuſtem negligit. ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ.
*In eos congruit, qui ventris compendiiq; gratia quamuis contu-
meliam perferunt. Ariſt.*
Pili non facio, &, Ne pilo quidem melior.
*Quum minimum quiddam momenti ſignificatur.*
Quam curat teſtudo muſcas? ὅσον μέλει τῇ χελώνῃ μυιῶν;
*Teſtudini nihil nocere poſſunt muſcæ propter teſtam, qua munita
eſt.*
Nauci non facio, Nauci facio.
*Pro eo, quod eſt, nihili facere.*
Flocci non facio, Flocci facio.
*Pro eo, quod eſt, ne tantilli quidem facere.*

Ne teruncium quidem inſumpſit.

*Accipitur pro re viliſsima.*

Fruſto panis. *Gellius.*

*Pro re quantumlibet puſilla ac vili.* Er geb es vmb ein ſtuck Brods.

Nec vno dignus. ἄξιος ὐδ᾽ ἑνός.

*De viliſsimo. Tranſlata metaphora à iactu talorum.* Er iſt nit eines hellers werth.

Cœnum Barbaricum. βόρβορος βαρβαρικός.

*Pro vehementi ſtupore mentis apud Platonem libro de Republica ſecundo ponitur.*

Diobolares.

*Quum minimi pretij rem, vel hominem viliſsimum volumus intelligi. Diobolarem rectè dicemus. Feſt. Pomp.*

Mithragyrtes, non daduchus. Μιθραγύρτης ὀ δᾳδοῦχος.

*Is qui in functione quapiam ſordidas contemptasq; partes agit, Mithragyrtes dicetur, daduchus eſſe negabitur. Mithragyrtæ dicebantur, qui ſimulatis myſterijs obambulabant, ac ſimplicioribus imponebant.*

Nummo addicere.

*Apud Iuriſconſultos prouerbiale eſt, nummo addicere, pro eo, quod eſt minimo vendere. Cicero in orat. pro C. Rab. Poſth. dixit. Nummo ſeſtertio addicere.*

Non magis quàm canem.

*Odium & contemptum vulgo declarant canis vocabulo. Horatius: Odi cane peius & angue.*

Obolo dignus. ἄξιος ὀβολοῦ.

*Id eſt, dignus obolo, pro eo per iocum dicebatur, qui in aliquo numero vellet haberi.*

Vt luti baiuli. ὥσπερ πηλοφορῶντες.

*Aptè torquetur in eos, qui functionibus honeſtis ad abiectum quæſtum abutuntur.*

Titiuillitium.

*Titiuillitium, vox erat olim, nullam quidem rem certam declarans, ſed velut interiectio, contemptum extremum indicabat, qualis eſt apud Græcos πιππαλῶ. Plautus, Non ego iſtud verbum emtitem titiuillitio.*

Ne nummus quidem plumbeus.

*Nummum plumbeum hyperbolè prouerbiali prò minima pecunia ponunt.*

Ne vmbram quidem eius nouit.

*Adagium videtur dictum ab antiqua pictura, quæ rem duntaxat vmbris ruditer repræſentabat.*

Nihil ſacri es. ὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχεις.

*Accommodatur ad quamuis rem deſpectui habitam.* Du biſt ja nicht Heylthumb.

Nihil ſanum.

*Summam morum corruptionem & nullum honeſti reſpectum, his verbis Græci ſignificant.* ὐδὲν ὑγιές.

Homo trioboli.

*Pro homine nequiſsimo, planeq; nullius pretij.*

E circulo, & triuio.

*Hominem è triuio, plebeium & contemptum appellamus.*

Exiguum oboli pretium. μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ τίμιον.

*Conuenit in homines nequam, nihiliq;. Quanquam nihil obſtat, quo minus ad rem contemptam transferatur.*

Ἀθερίζειν. *Galenus.*

*Quod reijcitur ac nihil ſit, tranſlatum à ſummis hordei ſpicis, quas ceu cuſpides habent.*

Multa Syrorum holera. πολλὰ Σύρων λάχανα.

*Dicatur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercentes: aut in eos qui rebus vilibus abundant.*

Huius non facio.

*Donatus admonet eſſe demonſtrantis, aut floccum, aut ſtipalam, aut ſummum digitum, aut huiuſmodi quippiam Germani eundem geſtum retinent dicendo.* Ich wolte nit das drumb geben.

Quatuor obolis non æſtimo. τεττάρων ὀβολῶν εἶναι οἴει.

*Simile illis: Aſsis te non facio, & dupondii non facio, & teruntii non facio, &c.*

Tricæ, Apinæ.

*Tricas & Apinas, vulgo res futiles & nugatorias dicebant.* Korbfiſch/blawe Enten/Pfifferling/Affenſpiel/Tillematelle.

Nebule in pariete.

*Pro re nihili, ſomniiq; ſimilima.*

Trium literarum homo.

Per *Ironiam dici poteſt in eum, qui generoſus ac ingenuus videri cupiat.*

Vitioſa nuce non emam.

*Apud Plautum eſt. Vitam tuam vitioſa nuce non emam, pro eo, quod eſt, ne minimo quidem.* Ich wolte nit ein wurmſtichige Nuß drumb geben. Ich gebe nit ein Nußſchalen drumb.

Caſſa glande.

*Similimo tropo* Plautus *in Rud. dixit caſſam glandem, pro vitioſa glande, & inani putamine.*

Etiam corchorus inter olera. καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις.

*Dici ſolitum in homines nullius pretii, qui tamen in numero aliquo ſtudeant haberi.* Der Meußdreck will allein ... Pfeffer ſein. Hie ſchwimmen wir äpffel/ ſagt der Pferd... auff dem Waſſer vnder den äpffeln ſchwam.

Mandare laqueum.

*Mandare laqueum dicimur iis, quos vſque adeo ... ſignificamus, vt ſi vel ſuſpendant ſeſe, nihil ad nos atti...* will jhm ein ſtrick ſchencken.

Medium oſtendere digitum.

*Medio item digito oſtenſo, ſupremum contemptum ... Martial. Atq; illi digitum porrigeret medium.* Die ...

Minimo prouocare.

*Eſt contemptum ad certamen prouocare, ſumptum ... uocantium ad pugnam, minimo digito porrecto.*

*In Barbarum quempiam ac vilem homunctionem d... nodot.*

De lapide emptus. *Tullius.*

*In viliſsimum & vehementer obſcurum hominem d...*

Siculus miles. Σίκελος στρατιώτης.

*Conueniet in hominem lucri gratia nullum miniſte... cuſantem. Zenodot.*

Imi ſubſellij. *Gellius.*

*Imi ſubſellij viri appellantur paraſiti, qui ita in con... mittuntur, vt imo ſedeant loco. Quadrabit etiam in te... nas, quos recipiunt diuites, ſed infimo loco.*

Seruorum ciuitas. δούλων πόλις.

*De cœtu conuictuq; hominum improborum, furacium ... lium dici poteſt. Suidas.*

De fece haurire.

*Pro eo quod eſt ſordida quæpiam ac plebeia, nimiq; ... ſequi. Cicero.*

Pomarius Hercules. μήλιος Ἡρακλῆς.

*Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidem ... eum gereret, cæterum opibus nullis, nullaq; potentia pol...*

Malum Herculis. Μῆλον Ἡρακλῆς.

*Dici conueniet, vbi quis munuſcula quantumuis p...*

Munus leuidenſe.

*Cicero vocat munus vile, minimiq; pretij.*

Cicernus Bacchus. Ἐρεβίνθειος Διόνυσος.

*De re vehementer contempta. Sumptum à potu ex ... confecto, qui vinum imitatur.*

Ollaris Deus. χυτρεὺς Θεός.

*Dicebatur in hominem humilem, & contemptæ ſorti...*

Soterichi lecti.

*De re vili priſcaq;, & minimè ambitioſa, rudis artif...*

Cenidis & Buphoniorum. χὰ κινείδου καὶ βουφονίων.

*De re magnopere priſca, & ob vetuſtatem iam ... deſuetaq; ideo contempta.*

Ficulneus.

*Virum ficulneum appellant, mollem atque inutilem.*

Ficulneus gladius. συκίνη μάχαιρα.

*De friuola cauſa dici poteſt; quæq; minimo negotio ... Theocritus.*

In foribus vrceum. ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν.

*Significat rem contemptam ac vilem. Negliguntur ... ſim ſunt obuia, quæq; facile quibuslibet contingunt.*

Merx vltronea putet.

*Id eſt: Ingrata ſunt, quæ vltrò non petentibus offeru... ronym.* Angebottener dienſt iſt nit danckens werth. ... ten Obs iſt ſüß/Geſtolen Waſſer iſt Maluaſier.

Numerus. ἀριθμός.

*Homines nullius bonæ rei, numerus prouerbio di... idiotis. Horatius.*

*Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.*

Telluris onus. γῆς βάρος.

*De homine vehementer inutili, qui nihil aliud ... ſuo pondere grauat.* Er iſt nicht werth/ daß jhn die Erd ... iſt ein Erden laſt.

Abominandus ſcarabæus. μύσης κάνθαρις.

*De viliſsimo homine dicebatur. In ſacris quoque ... abijt in prouerbium contemptus: Ego ſum vermis & ...*

Ætnæus ſcarabæus.

*De magnis & fœdis.*

### ❡ Exempla Biblica.

Contemptus beneficiorum Dei & eius punitionis exem... *Geneſ.* 25. v. 32. 24. *Hebr.* 12. v. 16. 17. Contemptus verbi De... nitio, 2. *Paral.* 30. 10. *Prou.* 1. 25. 26. Exempla: Pharaô, ... 3. 4. 5. Saul, 1. *Sam.* 17. v. 10. 11. 26 & 31. v. 4. Salomon, 1. Reg. ... Achaz, 2. *Paralip.* 28. v. 11. 22. Iſraelitæ, *Pſal.* 106. v. 21. 22. ... 65. v. 2. *Ierem.* 15. v. 6. *Oſea* 6. v. 7. & 15. v. 5. 6. Ephraim, ... Impii, *Iob* 21. v. 14. 15.

### ❡ Exempla Historica.

*Capto Helleſponto* & Lacedemoniis profligatis in tantum ... ſuſtulere Alcibiadis milites tantosq; ſumſerint ſpiritus: ... rentur aliis militibus ſubinde victis, ſe inuictos vbiq; ... *Plut. in Alcibiade.*

Seruatem *Horatius lib.1.Satyr.6.* laudat, quod quamuis regio eſſet ſanguine: neminem tamen iuxta ſe contemneret, inter alios ſic inquiens:

*—Perſuades hoc tibi vere:*
*Ante poteſtatem Tulli, atq; ignobile regnum,*
*Multos ſæpe viros, nullis maioribus ortos.*
*Et vixiſſe probos, amplis & honoribus auctos.*
*Contra Leuinum, Valeri genus: vnde ſuperbus*
*Tarquinius regno pulſus fuit: vnius aſſis*
*Non vnquam pretio pluris licuiſſe.*

*Diogenes.* Quidam glorioſum titulum inſcripſerat ædibus ſuis, *Filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali.* Diogenes ex inſcriptione ſtultitiam hominis deprehendens, adiecit μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία: id eſt, Poſt bellum auxilium, indicans, ſeram malorum omnium deprecationem, poſtquam talis immigraſſet. Colebatur enim Hercules ἀλεξίκακος, malorum depulſor. Eum oportuit in ædes immigrare, priusquam immigraſſet dominus æ-dium, qui ipſe erat magnum malum. *Laert.lib.6.*

¶ Apologi seu Fabulae.

*Aquila & Cuniculus.*

Aquila raptos pullos cuniculi detulerat in nidum ſuum, quem in ſumma arbore fixerat. At mœſta mater, vt ſuis parcat per omnes deos miſerorum curatores obteſtatur, ſed aquila cuniculi preces contemnens, & deſpecta humilitate dilacerat pullos cuniculi, & ſuis præbet diſcerpta membra. Hic vero dolore & ira commotus, apud congeneres conqueritur aquilæ vim, & vt quisque ſibi idem, quod ipſe pertulerit, accidere poſſe cogitet, neq; illud facinus impunitum aquilam ſinant, hortatur. Ita concordi illi ſtudio, ad eruendam arborem, in qua nidularetur aquila, conueniunt, & egeſta à radicibus illius terra, omniq; circum eam ſolo ſpecubus & excauato, tranquilla arbor leui flatu paulo poſt in terram proſternitur. At pulli aquilæ partim ruina, partim raptu terreſtrium ferarum, interierunt, cuniculi gratiſſimum ſpectaculum præbuere.

Docet fabula, ne quis potentia aut viribus fretus alium quemlibet deſpiciat: nam & infirmitatem ſæpe acceptas iniurias vlciſci.

*Luſcinia & Accipiter.*

Eſurientem vt conſueuerat, ab arbore procera luſciniam rapuit quidam accipiter. Quæ cum intelligeret ſibi mortem impendere, precibus conuerſa orat accipitrem, ne ſe perdat ſine cauſa. Non enim ſe tam exiliratem, auidiſſimum ventrem illius poſſe explere, ſed ſuadere, vt grandiores alias volucres venetur. Cui accipiter: Stultum, inquit, ſi partam prædam amittere, & ſequi vellem ea, quæ nusquam apparent.

Intelligendum ſimiliter & homines incogitantes quosdam repe-riri, qui ſpe maiorum præſentem copiam deſpiciant atque negli-gant.

*Vide titulos de Contumelia, Cupiditate, Gloria, Nobilitate, Honore, &c.*

# Contentio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CONTENTIO, Græcè ἔρις, ιδος, ἡ, & ἐρίζω, contendo dicitur. Eſt autem contentio propriè, impugnatio veritatis cum confidentia clamoris *ſecundum Ambroſium.* Large autem eſt ſine impugnatione veritatis, de qua dicitur 46. *diſt. in princi-pio.* Nihil eſt impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem authoritatem putant.

Contentio in verbis, Rixa eſt in factis, de qua differentia vide in-fra.

A contentione, quæ certatio eſt, venit contentioſus, plenus rixæ. Contentio & intentio vehementiam quandam ſignificant, ab arcu ſimilitudine, vel cithara. Nam quanto illius nerui vehementius intenduntur, tanto vehementiorem ſonum efficiunt. Vt variæ contentionis facies, ita variis vocibus ab Hebræis ille animi vehementis affectus deſignatur, quæ habitum & illius effecta plurima tum interna, tum externa produnt.

¶ Biblici Loci.

Contentioſi meritò ſpernendi, 1.*Corinth.*14.18. Contentioſi non ſunt fideles & Eccleſiæ Dei, 1.*Corinth.*11.16.

Contendendum non eſſe cum Deo, 2.*Sam.*19.10. *Eſai* 45.9. *Rom.* 9.20.

Contentiones ex pugnis verborum, & quæſtionibus, 1. *Tim.*6.4. vitandæ ſunt, *Prouerb.*3.30 & 17.1. & 20.3. & 22.10. & 24.19. & 29.9. & 26.17.21. & 13.13. & 14.1. *Corint.*1.10. & 6.1. & 11.16. & 14.33. 2. *Cor.*12.20. *Galat.*5.15.20. *Philip.*2. v.1.3.14. 1.*Tim.*2.8. & 6.4. 2.*Tim.*1. v.14.16. *Tit.*3.9. *Iac.*1. v.19. & v.14.17. & 4.1. 2.*Pet.*3.16. Contentionis fructus, *Iac.*1.20. & 3.16.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

*Contentio maligne operatur.*

Vir ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. *Prouerb.*29.

Non litges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna. *Eccl.*8.

Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiam. 21.

Pungens oculum educit lachrymas, & qui pungit cor, profert ſenſum. 22.

Cum ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? 1.*Cor.*3.

Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. 2.*Tim.*2.

*Condigne deuitatur,*

Ne, quæſo, ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos (ait Abraham Loth) fratres enim ſumus. *Geneſ.*13.

Reſpondete obſecro abſque contentione. *Iob.* 6.

Non contendas aduerſus hominem fruſtra, cum ipſe nihil tibi male fecerit. *Prou.*13.

Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, ſemper iurgia quærit malus. 13. & 17.

Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus. 20.

Ne contendas cum peſſimis. 24.

Ne contendas cum viro locuplete, ne forte contra te conſtituat litem: Multos enim perdidit aurum, & vſque ad cor regum extendit & conuertit. *Eccl.* 8.

Abſtine te à lite, & minues peccata. 28.

Qui tecum vult contendere in iudicio, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium. *Matth.*5.

Nil per contentionem, neque per inanem gloriam. *Phil.*2.

Seruum autem Domini non oportet litigare. 2.*Tim.*2.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Ex Græcis Comicis.

*Γαςρὸς δ᾽ ἐπειρῶ πᾶσιν ἡνίαν κρατεῖν.*
*Frenis reprimere nititur ventrem omnibus.*
*Η κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ κὀλίγα.*
*Vt multa venter accipit, ſic paucula.*

¶ Philosophorum Sententiae.

Gratæ ſunt contentiones hominibus, & contradicendo quacunque re propoſita vincendi deſiderium præter omnem rationem inexplebile. Itaque multi intempeſtiuè, præter decorum, in rebus grauiſſimis, in quibus deteriorem ſententiam ſuperare non conuenit, victoriam Cadmeam, vt dici meretur, auferunt. *Stob. ibid.*

Iuſtus mauult amicum quam veritatem offendere: & ſolus ille bonus dicendus qui mauult ex bonis excidere, quam pro illis cum amico contendere. *In apoph.* 65.

¶ Apophthegmata.

*Democritus* omnem contentionem imprudentem eſſe dicebat: dum enim hoſtem quo pacto lædat reſpicit, propriam negligit vtilitatem, *Stob. ſerm.*20.

*Epictetus,* contendere, inquiebat, cum vbiq; indecorum eſt, tum inter pocula maximè. Nam neque ebrius aliquis docere ſobrium poteſt, neque ſobrius ab ebrio perſuaderi: Vbicunque igitur non adfuerit ſobrietas, tandem nequicquam te contendiſſe apparebit *In enchiridio.*

*Anonymus.* Contendere intempeſtiuè cum amicis, & in diſputationibus, prudens cauebo: ne contra quam ſentio, ſtudio vincendi contentionem foueam amplexerque, quando cum iactura veritatis, etiam ſecus quam ipſe credo, falsa argumẽtatione contra diſputatione decipiam, aut ſaltem ad contendendum extimuler. *Stob, ſerm.*1.

*Euſebius philoſophus* dicebat homines multa potius ſcire videri cupere quam vera dicere ſtudio teneri: Proinde multos dum contrarias veteribus opiniones probant, veri cognitionem de rebus maxime neceſſariis dubiam efficere. *Stob. ſerm.*4.

*Idem,* multi homines, inquit, diſputando de rebus, haud ſecus quam animantia bruta pugnando, ſolam ſibi victoriam proponunt: ac veritatis amore & ſtudio relicto, nihil præter ſuam vtilitatem curant. *eodem ſerm.*

# Continentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CONTINENTIA, Græcè ἐγκράτεια, ας, ἡ, & ἐγκρατέω, contineo, ἐγκρατής, ἐος, ὁ, ἡ, continens dicitur. Et eſt continentia, appetitus omnium rerum malarum refrenatio. *ſecund. Hieron. in epiſt. ad Dam. Papam.*

Continentia eſt, per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur ac gubernatur. *ſec. Cic. in Rhet. & eſt pars temper.*

Continentia eſt habitus inuictus à declaratione. *ſec. Andron.*

Continentia eſt cohibitio gulæ: luxuriæ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionisque & ſuperbiæ. In genere, Temperantia.

Continentia propriè eſt tantum circa concupiſcentias tactus. *ſec. B. Thom. ſec. Sec. q.*143.

Continen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Continentia dicitur à contineo, quod eſt quaſi inuitum & repugnantem teneo. Cuius contrarium eſt incontinentia, ſicut temperantiæ intemperantia.

Continens ita differt à temperante, quod continens prauas quidem cupiditates habere poteſt, à quibus tamen vinci non ſinit: Temperans verò huiuſmodi cupiditates habere non poteſt, quia in eo habitus quidam eſt refrenans & abigens illas, qui in continente non eſt.

Continens ab obſtinato ſic differt, quod obſtinatus eſt ille, qui perſiſtit in ratione peruerſa, abſtinens à bonis. Continens verò propriè eſt, qui perſiſtit in ratione recta, à prauis concupiſcentiis abſtinens. *B. Thom. ſecun. Sec. q. 155. art. 1.*

## ¶ Biblici Loci.

Continentia ſpeciale donum. *Matth. 19. v. 11. 1. Cor. 7. v. 5. 7.* commendatur, *Gal. 5. 22. 23. Tit. 1. 8.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. Epiſt. 16.

*Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.*

Sopho.

*Inhoneſta factu, ne dictu quidem honeſta ſunt.*
*Quicunque philoſophicis ſe dedunt laboribus*
*Addiſcunt per vitam compeſcere ventrem.*
*Videlicet frugalitas eſt magiſtra*
*Sapientium optimorumq; conſiliorum.*

Chryſon.

Ἐγκράτειαν ἄσκει, id eſt, Continentiam exerce.

Sophocles.

*Turpe eſt honeſto loco natis turpiter viuere.*
*Quippe non decet animi generoſi virum*
*Gaudiis non licitis delectarier.*

## ¶ Phlosophicæ Sententiæ.

Conſtantia & patientia in reſiſtendo eſt, in vincendo continentia. Aliud eſt autem reſiſtere, aliud vincere: vt aliud non vinci, aliud vincere. Quare expetenda quidem eſt magis continendi ratio, quam reſiſtendi fortitudo. *lib. 7. Ethic. c. 7. Ariſtotelis.*

Continentes iudicio & ratione ducuntur ad agendum, non cupiditate ac libidine. *lib. 3. Ethic. c. 2.*

Si in eo continens ſit poſitus, quod cupiditatibus conſtrictus ſit, & vehementibus, & malis: profecto temperatus nemo futurus eſt continens: neque continens vllus moderatus: neque enim cupiditates malæ & vehementes ſolent exiſtere in temperante: quod quidem neceſſe eſſet. *lib. 7. Eth. c. 2.*

Quoniam eſt aliquis eiuſmodi, qui minorem, quam ſat ſit, voluptatem corpore percipiat, quique cum ſit huiuſmodi non permanet in ſententia: fit vt inter hunc & impotentem, medium locum obtineat continens. *lib. eod. c. 9.*

Continentia non virtus eſt: ſed mediæ ac mixtæ naturæ. *libr. 4. Eth. c. 9. & lib. 2. Magn. Moral. c. 4.*

Continens quoniam malas eſſe cupiditates intelligit, eas ratione ductus non ſequitur. *lib. 7. Ethic. cap. 1. & lib. 2. Magn. Moral. capit. 6.*

Illud quidem perſpicuum eſt continentiam & conſtantiam in bonis eſſe & laudabilibus: impotentiam & mollitiem in malo & vitio: eundemque continentem & eum qui permaneat in ſuſcepto conſilio: eundem impotentem & eum qui deſiſtat à ſententia. *lib. 7. Eth. c. 1.*

Qui in perturbatione aut cupidite non abducitur à ſententia, is continens dicitur: quandoquidem ſi ita res ferat, deſiſtet facilè à ſententia continens. *Eth. c. 9.*

Quoniam multa dicuntur per ſimilitudinem: continentia quoque temperantem ſimilitudine quadam conſecuta eſt. Vt enim continens, ſic temperans eiuſmodi eſt, qui nihil quod rationi ſit contrarium faciat, propter eas, quæ ad corporis pertinent voluptates. Sed hoc intereſt, quod in illo inſunt, in hoc nullæ ſunt prauæ cupiditates, & quod hic eiuſmodi eſt, qui nulla contra præſcriptum rationis capiatur voluptate: capitur ille quidem, ſed non rapitur. *ibid.*

## ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras* dicebat, nihil egregium comparari, quod non continentiæ labor præcederet. *Stob. ſerm. de continentia.*

*Idem* admonebat, Ne ſæpè homo ab homine: hoc ænigmate, frequenter venereorum vſu interdicens. *eod ſerm.*

*Idem* iubet vt vnuſquiſque, continentiam ſibi tanquam robur ingens opesq; pararet. *eod. ſerm.*

*Apollonius*, Commendabat frugalitatem & continentiam: non quod (inquit) tanti res viles ac minimè ſumptuoſas faciamus, ſed vt hoc pacto animi magnitudinem augeamus. *ibid.*

*Socrates*, In feſto quodam Athenis oſtendandi cauſa, Alcibiades multa dona Socrati tranſmiſit. Admirata Xantippe donorum magnificentiam, maritum vt acciperet, rogauit. Ad quam ille: Imò detrectando munera, cum ambitioſa, inquit, viri ambi[...]mus. Tanta fuit huius viri continentia. *eod. ſerm.*

*Idem* rogatus, quonam à cæteris hominibus diffe[...]dit. Alii quidem viuunt, vt edant: ego edo, vt viuam. *e[...]*

*Idem* interrogatus, quo quis pacto opulentus euade[...]tinens, inquit, & cupiditatum fuerit inos. *eod. ſerm.*

*Democritus* dicebat bene compoſitum eſſe animum [...]bus abſentibus non triſtatur, præſentibus autem læta[...]

*Pericles*, collegam ſortitus Sophoclem poetam, cum [...]garent, ac Sophocles conſpecto formoſo puero dixiſſe[...]ſpecioſus puer: Decet, inquit ille, ô Sophocles, prætore[...]do manus, ſed & linguam habere continentem. *Plu[...]popht.*

*Zeno* ſimul & Cleanthes aſſidebant Chæremondæ, [...]tiret affectum amoris, ſurrexit. Hoc admirante Cleanth[...]bonis, inquit, medicis audio, aduerſus inflationes op[...]medium quietem. Subduxit ſe vir integerrimus [...]culo. *Laert. lib. 6. c. 1.*

*Anacharſis* ſtatuis atque imaginibus ſuis inſcribi[...]ventri, & pudendis temperandum. Quod maximor[...]cauſa ſit lingua effrenis, luxu nil turpius, libido pecu[...]ne reddat. *Laert. lib. 1. c. 9.*

*Iſæus ſophiſta*, à quodam qui formoſiſſimam oſtend[...]rem, interrogatus, Num formoſa videretur? πέπαυμαι [...]θαλμῶν, id eſt, deſij laborare ab oculis. *Phil. in ſoph.*

*Archidamus*, ei cum quis promiſiſſet ſuauiſſimum [...] Quorſum, inquit, opus eſt? quandoquidem quo mel[...]abſumeretur: & quę fortes decent viros, ea reddent in[...]re maſculum animum, & omnium deliciarum co[...] *Plut. in Lacon.*

*Idem*, quodam die cum caſtra tumultuoſius eſſe[...]adoleſcentem, cuius amore tenebatur, relinquebat ægr[...]que is & blandis precibus & lachrymis illum remora[...]verſus ad ſuos, Quam difficile eſt (inquit) ſimul & mi[...]re: malens ſequi quod id temporis expediebat, quam [...]bat in amicum affectus. His animi dotibus cæteros [...] Ageſilaus. *Plut. in Lacon.*

*Alcamenes*, cum quidam Alcameni Telecri filio [...]tam ſordidè viueret, cum tamen amplas poſſideret ope[...]quit, eum qui multa poſſidet, pro ratione, non pro li[...] Significans, pernicioſas eſſe opes, niſi adſit animus [...] *Plut. in Lacon.*

*Alexander* inuitatus, vt Darii filias inuiſeret (præ[...]nim puellæ admirabili eſſe forma) noluit ire, dicens: [...]mittendum, vt cum viros viciſſet, à mulieribus vincere[...] *lib. 8. apoph. Max. ſerm. 3.*

*Idem* apud Antipatrum cœnans formoſa pſaltri[...]xander aſpectu motus in illam exarſit. Mox rogaui[...]nunquid ipſe mulieris amore teneretur? Illo confite[...]inquit, non tu protinus abduces è conuiuio mulierem [...]ille animus aberat à conſtupranda aliena vxore, qu[...]metuit ab amica hoſpitis. *Plut. in apoph.*

*Idem* cum Caſſander Pythenem Euii tibicinis ama[...]oſculari vellet, idque Euium ægrè ferentem ſenſiſſet A[...]tus exilit in Caſſandrum, clamans: Ita ne per nos ne [...]quicquam licebit? Non ſatis erat regi, ſi ſeipſum p[...]nentem, niſi & præfectos haberet ſui ſimiles. Quando [...]fuiſſet à ſuis per vim conſtuprari filiam aut vxorem [...]qui tibicini ſuos amores etiam ab oſculo voluit eſſe [...]nique quod duces peccarent arbitratus eſt ad ſe perti[...] *apopht.*

*Idem* cum in Illyricos perueniſſet, ác in Iouis ara a[...]mulierem forma præſtantem, pulchritudinem adm[...]ctauit, cumque Hephæſtion diceret, æquum eſſe vt [...]peret: Annon, inquit, hoc indigniſſimum eſſet, vt q[...]incontinentiam animaduertere velimus, ipſi incont[...]ab exteris deprehendamur? *Max. ſerm. 3.*

*Menedemus*, adoleſcente quodam dicente, magn[...]quæ concupiſcat, aſſequeretur: Multo, inquit, ma[...]rum quæ non decet concupiſcere. *Max ſerm. 3.*

*Baſilius.* Vere continens eſt (inquit) qui omni pe[...]perior eſt, & nullum voluptatis irritamentum adm[...]ſobrio & nuſquam cedente ad omnem fruitionem [...]tur. *Ant. ſerm. de ieiunio & continentia.*

*Philo.* Continentiæ (inquit) proprium eſt ſanitas [...]tinentiæ autem imbecillitas & ægritudo morti vicina [...] *mone.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Sicut quidam in pugna cadentes no[...]cæteros, ſed dicunt illis ſic datum fuiſſe: rem non ap[...]ſed homini. Quanto magis nos à propoſito contin[...]negligentiæ imputare debemus, non difficultati vir[...] *cap. 4. Matth.*

*Thalaſii*, Sicut concupiſcentiæ & iræ peccata mul[...]continentia & humilitas eaſdem exinaniunt. *Ad Paul.*[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...Vt cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet ciuitas: ...ndari & corrigi continentia. *Lib.1. de Leg.*

...Quemadmodum pulcherrima eſt ea victoria, vbi peri... ...ma ac duriſſima fuit pugna: Ita elegantiſſima quoq; virtus ...nentia, ſi prauas animi affectiones, atrociſſimos hoſtes eui... ...*n apoph.146.*

¶ Historica Exempla.

...ſæpius ſiti laborans, è puteo hauriebat aquam, iterumque ...bat, vt ita cupiditatem caſtigaret.

...cum admoneretur, vt aliquid de vitæ rigore remitte... ...m addente quodam, eam vitæ volubilitatem euenturam, ...aliam viuendi rationem exigeret: At ego, inquit, me con... ...quæcunque inciderit fortunæ mutatio, ne quæram ipſe ...tem. Mira animi continentia, qui nec in auſteriore vita de... ...queretur, nec inter delicias agens, ab illis corrumpi poſſet. ...*Latin. apoph.*

...rates ſi quando vini cadum repleuiſſet, in vappam conuer... ...antequam conſumeretur: ſæpe & obſonia pridiana iam ...eret, hinc natum eſt prouerbium, Xenocratis caſeolus, ...diu durantibus, quæ non facile abſumuntur.

*Vide, Abſtinentia, Caſtitas, Sobrietas, Temperantia, Virtus.*

---

# Contritio.

¶ Definitio: et Etymolog.

Contritio, Græce σύντριμμα, ατος, τὸ & συντρίβω. contero di... ...Eſt autem dolor voluntarie aſſumptus pro peccatis: cum ...propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. *Secundum S.Bon. in 4. ...d.16.q.1.art.1. primæ partis.*

...ntio rei materialis eſt alicuius duri & integri comminutio. ...*Thom.4.Sent. diſt.27.q.2.art.1.*

...ntio ſpiritualis, eſt dolor pro peccatis aſſumptis; cum pro... ...confitendi, & ſatisfaciendi. *Scholaſt.*

...ntio eſt dolor cordis, & animæ amaritudo pro peccatis, quę ...commiſit.

¶ Sententiae Biblicae.

...Anna amaro animo, orauit Dominum flens largiter. ...

...dederunt me contritiones mortis, 2. *Reg.* 22.

...contrito & humiliato ſeruiamus illi. *Iud.* 8.

...loquebatur ei verbum; videbant enim dolorem eius eſſe ...mem. *Iob.* 2.

...metipſo marceſcit anima mea, & poſſidet me dies afflictio-...

...bilibus veſtris compungimini. *Pſal.* 4.

...raui in gemitu meo. 6.

...m eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. 22.

...it in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. 31.

...eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde. 34.

...ficium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humi-... ...Deus non deſpicies. 51.

...mouiſti terram & conturbaſti eam: (& infra) potaſti nos vi-... ...punctionis. 60.

...ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. 126.

...ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. 147.

...quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non ...tur extraneus. *Prou.* 4.

...vinum his qui amaro ſunt animo. 31.

...ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, *Cant.* 4.

...cor hominis, tabeſcet & conteretur, torſiones & dolores ...quaſi parturiens dolebunt. *Eſa.* 13.

...re tuo (vel facie pendentis in cruce) concepimus, & quaſi ...mus, & peperimus ſpiritum ſalutis. 26.

...in pace (reformanda) amaritudo mea (pro conſenſu amara, ...amarior, pro conſuetudine amariſſima.) 38.

...Domini ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt me-... ...tritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clau-... ...tionem. 61.

...em reſpiciam, niſi ad pauperculum, contritum ſpiritu, & ...m ſermones meos? 66.

...quæ triſtis eſt ſuper magnitudinem mali, & incidit curua ...& oculi deficientes (lachrymis & vigiliis) & anima eſu-... ...tibi gloriam, & iuſtitiam Domino. *Bar.* 2.

...us quoque leuauit me (à terrenis) & aſſumpſit me & abii ...in indignatione ſpiritus mei (contra me) *Ezechi.* 3.

...Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ...cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. 9.

Omnem autem ſuper quem videretis Thau, ne accedatis. *Ibid.*

In animo contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiantur. *Dan.* 3.

Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum. *Ioel.* 2.

Dole (contrito) & ſatage (ſatisfactio) filia Sion, quaſi parturiens. *Mich.* 4.

Deponet omnes iniquitattes noſtras. & proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. 7.

¶ Sententiae Patrvm.

Recte pœnitentem, quidquid poſt purificationem contraxit ſordis, oportet vt abluat ſaltem lachrymis mentis. Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet mortem amici, vel damna rei temporalis, & dolorem peccati non oſtendit in lachrymis. Non eſt ergo, vt quis ſe excuſet, ſe non habere fontem lachrymarum, qui lachrymis oſtendit dolorem temporalium. *Aug. lib. de Pœnit.*

Ad pœnitentiam agendam non ſufficit mores immutare in melius, & à factis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfaciat per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis. *idem.*

Sicut pœnitentiæ comes dolor eſt, ita lachrymæ teſtes ſunt doloris. *idem.*

O humilis lachryma, tuum eſt regnum, tua eſt potentia. Adſpectum iudicis non vereris. Inimicis accuſantibus ſilentium imponis. Sola intras ad regem, ſed ſola non recedis, vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. *idem.*

Quanto eſt quilibet ſanctior, & deſiderii ſancti plenior, tanto eſt in orando fletis vberior. *Aug. de ciu Dei lib.* 20.

Sine charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo relictorum remiſſionem. *Aug. lib. de Pænit. & hab. de pæn. diſt.* 2. *Char.* §. *Quia apud Deum.*

Petrus doluit & fleuit: qui errauit vt homo. Non inuenio quid dixerit. Scio quod fleuit, lachrymas eius lego; ſatisfactionem non lego. Haud plura in diſtinct. de pœn. citantur. Sed quod defendi non poteſt, lachrymæ veniam non poſtulant, ſed merentur. *Amb. ſuper Luc. & hab. ibid. can. Pet.*

Alia eſt compunctio ſiue contritio quæ per amorem naſcitur, alia, quæ per timorem: Quia aliud eſt ſupplicia fugere, aliud præmia deſiderare. Sæpe quod torpentes latuit, flentibus innoteſcit, & afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat, & reatum ſuum, cuius ſecura non meminit hunc in ſe commota deprehendit. *Greg. l.8. Moral.*

Quo vberius culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur. Quia ad viuendum internum lumen, polluta dudum conſcientia lachrymis baptizata renouatur. *Greg. l.21. Moral.*

Qui neſcit lugere quod grauat, non valet proferre, quod ſubleuat. Vis compunctionis poros cordis aperit, & pennas virtutum fundit. Cumque ſe ſtudioſe mens de pigra vetuſtate redarguit, alacri nouitate iuueneſcit. *Greg. l. 21. Moral.*

Compunctionis duo ſunt genera, quibus anima Deum ſitiens prius timore compungitur, poſt amore. Prius enim in lamentis ſeſe afficit. quia dum malorum ſuorum recolit, pro his perpeti ſupplicia æterna pertimeſcit. At vero cum longa moris amaritudine fuerit formido conſumpta, quædam iam de præſumptione veniæ ſecuritatis naſcitur, & in amore cœleſtium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat, ne duceretur ad ſupplicium, poſtea amariſſime flere incipit quia differtur à regno. *Greg. lib.3. Dialog.*

Quatuor ſunt qualitates, quibus iuſti viri anima in compunctione vehementer afficitur. Cum aut malorum ſuorum reminiſcitur, conſiderans vbi fuit, aut iudiciorum Dei ſententiam metuens, & ſecum quærens, conſiderat, vbi erit, aut cum mala vitæ præſentis attendens ſolerter, mœrens conſiderat vbi eſt: aut cum bona ſupernæ patriæ contemplatur: quæ quia nec dum adipiſcitur; lugens conſpicit vbi non eſt. *Greg. l.23. Moral.*

Quiſquis ergo verbum confeſſionis in ore habet, & in corde non habet, aut doloſus eſt, aut vanus. Qui vero in corde, & non in ore, aut ſuperbus eſt, aut timidus. *Bern. de nou. mil.*

Vnguentum eſt contritionis, eſt vnguentum deuotionis, eſt vnguentum pietatis. Primum pungitiuum, dolorem faciens: ſecundum temperatiuum, dolorem leniens; tertium ſanatiuum, morbum expellens. *Bern. ſup. Cant. ſer.* 10.

Sola compunctio eſt, quæ facit animam horreſcere purpuram, deſiderare cilicium, amare lachrymas, fugere riſum. Sicut impoſſibile eſt, vt ignis inflammetur in aqua: ita impoſſibile eſt, compunctionem cordis vigere in deliciis. Contraria enim hæc ſibi ſunt inuicem & peremptoria. Illa enim mater fletus, hæc mater eſt riſus. Illa cor conſtringit, iſta diſſoluit. *Ioan. Chryſoſt. in l. de comp. cordis.*

Non dolore, quia peccaueris, magis indignari atque iraſci facit Deum, quam id ipſum, quod ante peccaueras. *Ioan Chryſoſt. ſup. Matth. hom.*

Gemitus dictus geminatus luctus, quem merito fideles appetūt, quoniam diligentes conſolatur, pœnitentes emundat, diabolum effugat, Chriſto conciliat: amaritudo dulcis, lachrymæ fœlices, ſalutaris afflictio. *Caſſ. ſup. Pſ.* 6. *Laboraui in gemi. meo.*

¶ Philoſophicæ Sententiae.

Argumentum eſt in melius tranſlati animi, quod vitia ſua, quæ adhuc ignorabat, videt. Quibusdam ægris gratulatio eſt quum ipſi ægros ſe eſſe ſenſere. *Sen. epiſt.* 8.

*Vide, Pœnitentia, Peccatum, Conuerſio.*

---

# Contumelia.

¶ Sententiae Biblicae.

Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgium, ceſſabuntq; cauſæ & contumeliæ. *Prou.* 22.

Eſt correptio mendax in ira contumelioſi. *Eccl.* 20.

Ante ignem camini vapor, & fumus ignis exaltatur: ſic & ante ſanguinem maledicta, contumeliæ & minæ. 22

Homo aſſuetus in verbis improperii, in omnibus diebus ſuis non erudietur. 23.

Qui profert contumeliam, inſipiens eſt. *Prou.* 10.

Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum. 25.

Nec contra faciem ſtes contumelioſi; ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. *Eccl.* 8.

¶ Apophthegmata.

*Diogenes*, caluo cuidam contumeliis eum afficienti reſpondit. Tibi contumeliam non dico, ſed capillos tuos laudo quod malam effugerint caluam. *Ant. & Max. ſer. de vitu. per.*

*Ariſtippus*, contumelia à quodam affectus ſecedebat: maledico autem perſequente ac dicente, fugis? Etiam, inquit: nam tu male dicendi poteſtatem habes, ego vero non audiendi. *Eod. ſerm.*

*Spartani*, Chij quondam Spartæ peregrinantes, à cœna vomuerant in Ephororum curia: dein etiam in ſedes, in quibus ſedere ſolebant Ephori, ventris onus deiecerant. Ac primum quidem acris inquiſitio facta eſt, quinam hoc deſignaſſent, ne forte ciues eſſent. Vt vero compertum eſt fuiſſe Chios, edixerunt, ſe Chiis permittere, vt agerent intemperantius. Excellentium virorum eſt negligere contumeliam, quæ à palam improbis proficiſcitur à quibus etiam laudari turpe eſt. *Plut. in Lacon.*

*Scipio Æmilianus*, apud Numantiam iratus C. Metello dixit: ſi quintum pareret mater eius, aſinum fuiſſe parituram. Tarditatem mentis illi fratribusque eius exprobrans. *Eraſ. l. apoph.*

¶ Similitudines.

*Thriueri.* Glorioſi milites nihil aliud quam cicatricem oſtendunt, ac vulnera iactant: Multo eſt nobilius, contumeliæ vel calumniæ, ſtudio Chriſti acceptæ ſigna præ ſe ferre. *In Apoph. fol.* 61.

*Sicuti nec* Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem ſentit fulmina. Ita vel ingens potentia vel extrema fortunæ humilitas, tutum reddit à contumeliis. *Plin.*

*Adyanton* herbam etiam ſi perfundas aqua, aut immergas, tamen ſiccæ ſimilis eſt: Ita in virum bonum non hæret contumelia, aut infamia, etiam ſi quis infamare conetur. *Plin. l. 22. c. 21.*

¶ Biblica Exempla.

Contumeliæ exempla: Principis Hanonis, 2. *Sam.* 10. *v.* 3. Iſraelitæ, 4. *Eſdr.* 20. *v.* 22. Turba, *Ioan.* 7. 29. Iudæi, 8. *v.* 48. 52. Phariſæi, 9. *v.* 24.

*Vide, Iniuria, Vis, Conuitium, & Maledicentia.*

---

# Conuerſatio.

¶ Biblici Loci.

Conversatio, Sanctorum imitanda, *Hebr.* 13. 7. qualis ea ſit, *Matth.* 5. & 3. 4. 5. 6. 7. *Phil.* 2. *v.* 14. 15. 16. & 3. 20. & 4. 6. 1. *Pet.* 2. 12. 2. *Pet.* 3. 11. Vide ſocietas.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris. *Pſ.* 17.

Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. *Prou.* 13.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. *Eccl.* 13.

Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. *Matth.* 13.

Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit. 1. *ad Cor.* 5.

¶ Sententiae Patrum.

In diuerſis obſeruationibus nulla diſciplina melior ... denti Chriſtiano, niſi vt eo modo agat, quo agere vide... ad quam forte deuenerit ad diſcendum, quod opus... *doctr. Chriſt.*

Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas, ... ſtudia dominarum, plerunque ex ancillarum & com... bus iudicantur. Qualis enim quæque ſit, talium co... tur. *Hier. ad Demet.*

Non valde laudabile eſt bonum eſſe cum bonis; ... cum malis. Sicut enim grauioris culpæ eſt inter bon... eſſe: ita immenſi eſt præconii, bonum etiam inter m... *Greg. l. 1 Mor. ſup illud. Iob. 1. Vir erat in terra.*

Philoſophus ſic inter hoſtes viuendum cenſuit, ... micos: & inter amicos, ac ſi in mediis hoſtibus viuer... *ſoſt. lib. 3. de veſtigijs Phil.*

Sancta conuerſatio confundit inimicum, ædific... glorificat Deum. *Iſiod. Soliloq. lib.* 3.

Diſciplina eſt conuerſatio bona & honeſta, cui p... malum facere: ſed ſtudet etiam in his, quæ bene agit... lis apparere. *Hugo de diſcip. Monach.*

Diſciplina honeſtæ conuerſationis ex quatuor p... ex geſtu, motu, affatu, & conuictu. Geſtus autem rep... ſi eſt aut mollis, aut diſſolutus, aut tardus, aut citatus... cat laſciuiam, diſſolutus negligentiam, tardus pigriti... impetuoſus inconſtantiam. *Idem.*

Geſtus hominis in omni actu debet eſſe gratioſus... quietus, ſine diſſolutione grauis, ſine tarditate alacri... dine maturus, ſine proteruia, & ſine turbulentia ſeue...

Temperanda eſt etiam facies & modificanda in g... nec proterue exaſperetur, nec molliter diſſoluatur... beat rigidam dulcedinem, & dulcem rigorem, ſecu... cleſiaſtici 16. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu fa... tur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & in... enunciant de illo, ſcilicet qualis ſit: quia per illud, quo... ne, ſiue male agitur, interior animi qualitas intuen... tenter indicatur. *Idem.*

In motu corporis cauendum eſt, ne in tardation... greſſus vtamur, vt somparum ferculis ſimiles eſſe ... feſtinationibus non ſuſcipiamus nimias celeritates ... rint anhelitus mouentur, ora torquentur; quæ ſigna ... tis animi. *Ibid. & pon. in lib. Prob.*

Quod poteſt redimi, non timetur. Eſſe iam inter ... xium crimen eſt. Malos quisquis non imitatur offendi... iura peccatis, & cœpit licitum eſſe, quod publicum ... *epiſt.* 2.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Menander.

Σοφοῖς ὁμιλῶν, καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός. id eſt,
*Cum ſapientibus conſuetudinem habens, & ipſe euade...*
Ὁμιλίας δ' τὰς γεραιτέρας φίλει. id eſt,
*Conſuetudines autem ſeniores ama.*
Κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός. id eſt,
*Cum malis conſuetudinem habens, & ipſe euades ma...*
Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. id eſt,
*Corrumpunt mores bonos conſuetudines malæ.*

Ouidius epiſtol. Canaces ad Macareum.

*Scilicet eſt aliquid cum ſatiis viuere ventis.*

Iuuenal. Satyr. 2.

*Dedit hac contagio labem.*
*Et dabit in plures ſicut grex totus in agris*
*Vnius ſcabie cadit & porrigine porci.*
*Vnaq; contacta liuorem ducit ab vna.*

Ibidem.

*Aſpice quid faciant commercia.*

¶ Dicta Philoſophorum.

Id agamus, vt meliorem vitam ſequamur, quam v... contrariam. Alioqui, quos emendare volumus, fugam... auertimus. *Sen. ad Luc epiſt.* 5.

Nulla res magis animos induit honeſtos, & in pra... les reuocat ad rectum quam bonorum conuerſatio. Pa... deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet freq... frequenter audiri. *Idem ad Luc. epiſt.* 6.

Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immo cr... humanior, quia inter homines fui.

Nil damnoſius bonis moribus, quam in ſpectaculo ... tunc facilius vitia ſurrepunt. *Idem epiſt.* 7.

Si quid in aliquibus ex ſordida conuerſatione ſeruile... rum conuictus excutiet. *Idem ad Luc. epiſt.* 3.

Salutare eſt, non conuerſari diſſimilibus, & diuerſa ... Turba etſi non mutat te, impedit tamen. Multum au... iam, qui mutatur. In vitia alter alterum trudimus. Q... tem reuocari poſſint ad ſalutem, quos nemo retinet, p... pellit. *Idem epiſt.* 82.

…es tibi pares facies, ſed inferiores ſuperbiendo non contem-…iores recte viuendo non timeas. In reddenda officioſitate, …ctor, neque negligens appareas. Cunctis eſto benignus, …blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Seuerior eſto …quam ſermone & vita, quam vultu: clementiæ cultor, cle-…tor, ſæuitiæ deteſtator. Famæ bonæ, neque tuæ ſeminator, …alienæ inuidus. Rumoribus, criminibus, ſuſpicionibus mini-…dulus, vel malignus, ſed potius his, qui per ſpeciem ſimplici-…nocendum aliquibus ſurrepunt, oppoſitiſſimus. Ad iram …, ad miſericordiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis …& humilis, occultator virtutum, ſicuti alii vitiorum. Vanæ …contemptor, & bonorum, quibus præditus es, non acerbus …. Nullius imprudentiam deſpicias. Rari ſermonis ipſe, ſed …rum patiens. Seuerus non ſæuus, ſed hilarem non aſpernãs. …Sur. tit. de Cont.

…go iocos exigis, hos quoque cum dignitate ſapientiæ gere, …grauent tanquam aſperum, nec contemnant tanquam vi-…erit tibi ſcurrilitas, ſed grata vrbanitas. Sales tui ſine dente …ſine vilitate, riſus ſine cachinno, vox ſine clamore, inceſſus …tu, quies tibi non deſidia erit, & cum ab aliis luditur, tu …honeſtique aliquid tractabis. *Seneca lib. de quat. virt. eod tit.*

…beſtias captas & incluſas, quia ipſarum natura non poteſt, …dies mitigat. *Q. Curt. de Alex. geſt. lib. 6.*

…uerſatio perpetua contemptum parit. Raritas autem admi-…conciliat. *Lucius Apul. de deo Socr.*

…gumentum eſt in melius tranſlati animi quod vitia ſua, quæ …ignorabat videt. Quibusdam ægris gratulatio eſt, cum ipſi æ-…ſe ſenſere. *Seneca ad Luc. epiſt. 8.*

…gna pars bonitatis eſt, velle fieri bonum. *Sen. 53 epiſt.*

…na omnium rerum ſi bene obſeruentur indicia ſunt & argu-…morum, ex minimis poteris cognoſcere impudicum, & in-…ceſſus & manus mota, & interdum reſponſum, & relatus ad …& flexus oculorum. *Sen. 53. epiſt.*

…bum & inſanum riſus, vultus, habitusque monſtrat.

…magis vtilitati eſt ager cum reditibus amplis, quam vicinus …cum moribus bonis. Sit tibi erga ſingulos falſi libra ſer-…te blandum pueri, comitem iuuenes, graues ſenem me-…*ibid.*

…vt nihil committas, niſi quod committere etiam inimi-…poſſis. *idem epiſt. 3.*

…uiuendum eſt, tanquam in conſpectu viuamus, ſic cogi-…quam aliquis in pectus intuitum trahere poſſit. Quid …ab homine aliquid eſſe ſecretum, cum nihil Deo clau-…*idem 83. epiſt.*

…inferiore viuas, quemadmodum ſuperiorem tecum vi-…*idem 97. epiſt.*

…victoria eſt, a clamatione tacere, & non reſpondere prouo-…Habes enim mercedem & de tua patientia, & de fratris mede-…ioni detur iniuria. Quemadmodum nihil deformius eſt, …reſpondere furioſis: ita nihil vtilius quam tacere prouocatis. …finis inimicitiis, niſi ad tempus obtemperemus iratis. …*lib. 7. de men. dict.*

¶ Apophthegmata.

…genes, adoleſcenti formoſo ad conuiuium eunti deterior in-…ibis. Reuerſus vero à conuiuio adoleſcens, cum Diogeni di-…nec redii deterior: inquit, Deterior igitur: indicans, fieri …vt adoleſcens ex conuictu improborum non fiat deterior. …*lib. 5.*

…hominem, cum quo conuerſamur, tribus modis, con-…nim eſſe ſuadebat: nempe aut præſtantiorem nobis, aut in-…aut æqualem. Præſtantiori quidem auſcultare & obtem-…conuenit, minorem modeſte perſuadere, æquali autem con-…hoc ſane modo in conuerſatione hominum nunquam in …ionem incides. *Stob. ſer. 3. de Temperantia.*

…*ſilaus*: Argiuo cuidam dicenti, Lacedæmonios peregrina-…reddi deteriores, quod interim degenerent à maiorum le-…inſtitutis: At vos, inquit, cum Spartam venitis, non dete-…ſed meliores euaditis. Dictum retorſit in Argiuum. Nam hoc …magis ſuam gentem vituperauit, quam Lacedæmoniorum: …indicauit, quantopere referat inter quos viuas. *Plut. in Lac.*

…*cratides*, ei quum aliquando fuiſſet obuius adoleſcens, …amator ſequebatur, erubeſcenti adoleſcentulo: Cum his in-…oportet ambulare, cum quibus conſpectus non mutes colo-…docuit, ex improbis conuictoribus nihil capi fructus niſi pro-…& ignominiam. *Plut. in Lac. apoph.*

…*Augusti*. In ſpectaculo gladiatorum conuerterant in ſe po-…oculos Liuia & Iulia, comitatus diſſimilitudine. Liuiam cinge-…graues. Iuliam iuuenes luxurioſi comitabantur. Pater ita-…Auguſtus Iuliam admonuit ſcripto, videret quantum, inter …principes fœminas intereſſet? illa reſcripſit: Et hi mecum ſenes …Hoc commode interpretando lepide: incommode procaciter …videri poteſt. *ex Suet.*

*S. Ioannes Apoſtolus*, Ioannes Apoſtolus & diſcipulus Ieſu Chriſti, lauandi gratia balneum ingreſſus, cum vidiſſet ibi Cerinthum, continuo exiliens, non lotus diſceſſit, dicens: Fugiamus hinc, ne & ipſæ balneæ corruant, in quibus Cerinthus lauatur. Quo dicto, & ipſo etiam facto oſtendit malorum conſortium vbique eſſe fugiendum, erat enim Cerinthus, vt non ſolum ſimpliciter malus, ſed apertus veritatis atque omnium piorum hoſtis. *Euſeb. lib. 4. Eccleſ. hiſt. c. 4.*

¶ Similitvdines.

Vt qui in ſolem venit, licet non in hoc venerit, coloratur: & qui in vnguentaria taberna reſederunt, & paulo diutius commorati ſunt, odorem loci ſecum ferunt: Ita qui cum ſapiente conſuetudinem habent, etiam ſi non hoc agant: tamen redduntur meliores. *Senec.*

Vt minuta quædam animalia, cum mordent, non ſentiuntur: tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet: Ita bonorum conſuetudinem prodeſſe non deprehendis, ſed profuiſſe. *Senec.*

Vt morbi ad vicinum ſerpit contagio, ſanitas ad ægrotantem non item: Ita ex conſuetudine malorum facile boni corrumpuntur, at non contra.

*Torpedo* piſcis haud nocet, niſi contactu, ſed virus ſuum etiam ab ære per linum, & arundinis internodia ad piſcatoris manum mire tranſmittit: ſic improbi ac peſtilentes haud nocent, ſi nihil cum illis habeas commercii, rerum quacunque conſuetudine contacti morum venena afflant. *Plin. l. 32. c. 1.*

Vt in re ruſtica non ſatis eſt teipſum bonum eſſe colonum, ſed magni refert cuiusmodi habeas & vicinum: ſic in vita non ſatis eſt, teipſum integrum virum præſtes, ſed refert cum quibus habeas conſuetudinem.

Aconitum etiam contactu necat: Ita quorundam conuictus protinus inficit, aut ſi vel tantillum cum illis inceptes commercii. *Plin. lib. 29. c. 2.*

Vt pyrites gemma non aperit vim ignem, niſi atteras: tum enim digitos adurit: Ita quorundam malitiam non ſentias niſi cum illis conſuetudinem aut commercium habueris: aut non ſententias philoſophiæ vim, niſi exercueris: Ita ſuccina attritu vim attrahendi & odorem produnt.

Vt non ipſe ſolum magnes attrahit, verum etiam aliud ferrum ad ſe trahit ferrum magneti affrictum: Ita contagio vis virtutis, aut improbitatis pernicies ab alio in alium tranſit.

Vt qui ante venenum ſumunt antidotum, non læduntur veneno: ſic qui ſalubribus opinionibus ac decretis confirmarint animum, non inficientur oratione malorum, ſi forte in eos inciderint.

Vina non modo ſoli ſui referunt ſaporem, verum etiam arborum aut fruticum vicinorum? Ita non ſolum exprimimus eos vnde progeniti ſumus, ſed & eos, quorum conſuetudine ſumus vſi.

Vt qui à cane rabido morſi ſunt, non ſolum rabiunt ipſi, verum etiam alios contagio inficiunt: Ita qui peſtilentem alicunde imbiberint opinionem, & alios ſuis inficiunt colloquiis.

# Conuerſio.

¶ Biblici Loci.

Conversio, vera quæ 1. *Cor.* 6. 11. in manu Dei eſt, *v.* 19. *Thren.* 5. 21. *Eſa.* 22. 17. 2. *Tim.* 2. 25. reſurrectionis quædam ſpecies eſt, *Lucæ* 15. 32. *Luc.* 5. 25.

¶ Exempla Biblica.

Conuerſionis *exempla*: Paulus, *Act.* 9. 6. Theſſalonicenſes, 1. *Theſ.* 1. 9. Vide pœnitentiæ *exempla*. Et totum locum de pœnitentia & de Confeſſione.

¶ Sententiæ Biblicæ.

In toto corde & in tota anima veſtra Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete. *Deut.* 23.

Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri. 1. *Reg.* 7.

Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. *Iob.* 22.

Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit & parauit illum. *Pſal.* 7.

Deus conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus. 80.

Reuertentur Ægyptii ad Dominum. & placabitur eis, & ſanabit eos. *Eſaia* 19.

Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. *Ezech.* 53.

Venite & reuertamur ad dominum, quoniam ipſe cepit & ſaluabit nos, percutiet & curabit nos. *Oſea* 6.

Conuertam eos & miſerebor eorum, & erunt ſicut fuerunt, quando non proieceram eos. *Zach.*10.

Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. *Hebr.*4.

Accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei aſperſi corde à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda. 10.

Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. *Iac.c.*5.

Eratis ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum. 1.*Pet.*2.

Dominus patienter agit, propter nos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2.*Pet.*3.

Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima (à peccato:) in his ſecunda mors non tenet poteſtatem. *Apoc.*20.

*Conuerſionis ortus per inſpirationem.*

Deus virtutum conuerte nos. *Pſal.*10.

Reuertere ad me, quoniam exaudiui te. *Eſa.*44.

Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus es: Poſtquam enim non conuertiſti me, egi pœnitentiam. *Ier.*31.

Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. *Thren.*5.

Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos. *Zach.*1.

Conuertimini de viis veſtris malis. *ibid.*

Reuertimini ad me & reuertar ad vos. *Mala.*3.

Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras. *Ioan.* 6.

Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. *ibidem.*

Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. *ibid.*

Ego ſum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem niſi per me. 14.

Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo vno ſpiritu ad patrem. *Epheſ.*2.

Appropinquare Deo, & appropinquabit vobis. *Iac.*4.

*Per tribulationem.*

Imple facies eorum ignominia, & quærent te Domine. *Pſal.* 82.

Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. *Eſa.*26.

Vulgo dicitur, Si dimiſerit vir vxorem ſuam; & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus (& ego ſuſcipiam te.) Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc proſtrata ſis. *Ier.*3.

Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem & accipite bonum: & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. *Oſeæ* 14.

In ſe autem reuerſus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo: Surgam & ibo ad patrem meum. *Luc.*15.

*Modus requirit, vt conuerſio hæc ſit ex corde & cum effectu.*

Si in corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio veſtri, & præparate corda veſtra, & ſeruire ei ſoli. 1. *Reg.*7.

In veritate reliquiæ conuertentur. *Eſa.*10.

Conuertemini ſicut in profundum receſſeratis filii Iſraelis. 31.

Reuertentur ad me in toto corde. *Ier.*24.

Quid murmurauit homo viuens pro peccatis ſuis? ſcrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos. *Thren.*3.

Nunc ergo, dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, in fletu & planctu. *Ioel.*2.

Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas; & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius; & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. *Eſai.*55.

Si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam ſtabis, & ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. *Ier.*15.

Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant, & conuertantur vnusquisque a via ſua mala, & pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum. 26.

Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem morientis; dicit Dominus Deus reuertimini & viuite. *Ezech.*18.

Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem impii, ſed vt
à via ſua, & viuat. Conuertimini à viis veſtris peſſimis
riemini domus Iſrael? iuſtitia iuſti non liberabit eum
die peccauerit, & impietas impii non nocebit ei, in qua
conuerſus fuerit ab impietate ſua. *ibid.*33.

*Conſecutione boni.*

Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis
cies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra
ſilice torrentes aureos, eritq; Omnipotens contra hoſtes
ſuper Omnipotentem delitiis afflues, & eleuabis ad Deum
tuam. Rogabis eum & exaudiet te, & vota tua reddes
& veniet tibi, & in viis tuis ſplendebit lumen. *Iob.*22.

Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua
faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad
auertere ab iniuſtitia tua. *Eccleſ.*17.

Si reuertimini & quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio
titudo veſtra. *Eſa.*30.

Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Vt ſit homo aliquid, conuertat ſe ad illum à quo cre
dendo enim frigeſcit, aſcendendo ferueſcit, recedendo
accendendo clareſcit: à quo enim habet vt ſit, apud illum
bene ſit. Ergo qui vult ſimul eſſe cum Deo, non ab illo
ad illum accedat. *Aug ſup.Pſ.*70.

Conuerſio noſtra ſemper inueniet Deum paratum.

Conuerſio ad bonum non homini, ſed Deo adſcribitur
*piſtol.*130.

Cum inhæſero tibi ex omni me, nusquam erit
& viua erit vita mea tota plena te, nunc autem quem
ſubleuas eum, & quia tui plenus non ſum, ideo mihi
*confeſ.*10.

Scio quia male mihi eſt præter te, non ſolum extra me
ipſo, & omnis copia, quæ Deus mens non eſt, egeſtas
*confeſſ.*4.

Conferamus nos ad te, & bene nobis erit de te.
de nobis: & quia dimiſimus te, dimiſiſti nos nobis.
*mini.ſer.*4.

Ouis perdita nunquam reuerteretur, niſi pii paſtoris
diam conſequeretur. *In ſerm.*

Quæramus lapidem quo percutiatur incredulus
quaſſetur, quaſſatus comminuatur, comminutus in pu
uertatur, conuerſus in puluerem compluatur, complu
tus faciat fructum, non quod igne conſumatur, ſed
condatur. *Cont.quinq; Hære.*

Nunquam eſt ſera conuerſio, latro de cruce tranſit ad
*Hier. in epiſt.ad Lætam.*

Tres modi ſunt conuerſorum, inchoatio, medietas
In inchoatione autem inueniuntur blandimenta dulce
dio tempore certamina tentationis, ad extremum
plenitudinis. Prius ergo illos dulcia ſuſcipiunt quæ
poſtmodum amara quæ exerceant, & tunc demum
limia quæ confirment. *Greg.*24.*Moral.*

Vitam vniuscuiusque conuerſi & inchoatio bla
cet, & aſpera medietas probat, & plena poſt perfectio
*dem.*

Cum Pharao dimiſiſſet populum, non eos duxit
viam terræ Philiſtim, quæ vicina eſt: reputans ne forte
eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, &
Ægyptum. Ex Ægypto itaq; exeuntibus è vicino bello
tur, quia derelinquentibus ſeculum, quædam prius
ſtenditur, ne in ipſa tua teneritudine atque inchoatione
que territi redeant ad id, quod euaſerunt. Prius ergo
ſentiunt, ſecuri prius pacis quiete nutriuntur, poſt
dulcedinem tanto iam tolerabilius, tentationum
nent, quanto altius in Deo cognouere quod amant. *ibid.*

Plerunque conuerſus quisque talibus tentationem
tatur, qualibus ante conuerſionis gratiam, nunquam
eſſe reminiſcitur: non quia tunc hæc eadem tentatio
rat, ſed quia non apparebat. *ibid.*

Ferrum de terra tollitur, quum fortis pugnator
terrena ſua conuerſatione ſeparatur. Non ergo in
ſpici quicquid fuit, qui iam cœperit eſſe quod non
*Moral.*

Lapis ſolutus calore in æs vertitur: quando dura
moris igne liquefacta, ad veram fortitudinem commu
cator qui prius inſenſibilis extiterat, poſtmodum per
fortis, & per prædicationem ſonorus fiat. *ibid.*

A regione noſtra ſuperbiendo, inobediendo, viſibilia
do, cibum vetitum guſtando diſceſſimus: ſed ad eam
flendo, obediendo, viſibilia contemnendo, atque
nis refrenando redeamus. Per aliam ergo viam ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... regredimur, quoniam qui à paradiſi gaudiis per delectatio- ... receſſimus, ad hæc per lamenta reuocamur: *Hom.* 10. *ſup. Matth.*

Maius de peccatore conuerſio quàm de iuſto ſtante gaudium fit in cœlo, quia & dux in prœlio plus eum militem diligit, qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter peremit, quàm illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terram amat quæ poſt ſpinas vberes fruges profert, quam ... quæ nunquam ſpinas habuit, & nunquam fertilem meſſem produxit. *Hom.* 34. *ſup Euan.*

Prima vigilia eſt pueritia, ſecunda adoleſcentia, tertia ſenectus. Qui ergò in prima vigilia vigilare noluit, ſecundam cuſtodiat: vt qui conuerti à prauitatibus ſuis in pueritia neglexit, ad vias vitæ ... tempore iuuentutis euigilet: & quia ad vias vitæ iuuentutis tempore non euigilat, ſaltem in ſenectute reſipiſcat: nam quos ..., vt conuertantur tolerat, non conuerſos durius damnat. *In Matth.*

Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Corporis conuerſio ſi ſola fuerit, erit nulla: forma ſiquidem conuerſionis eſt, non ..., vacuam virtutem gerens, & ſpeciem pietatis. *Bernh ſup. ...*

Dico, omnes ignorare Deum, qui nolunt conuerti ad eum, Neq; ... alio aliud procul dubio renuunt, niſi quia grauem & ſeuerum ... quod plus eſt, durum & implacabilem, qui miſericors ... & terribilem, qui amabilis eſt, & mentitur iniquitas ſibi, ... ſibi idolum pro eo quod non eſt. *ibid.*

Solet inter primordia conuerſionis acrius inſurgere tentatio ... conſuetudinis; vt vix poſſint extingui iacula ignita Diaboli. *Ibidem.*

Primordia conuerſorum blandis refouenda ſunt modis, ne ſi ab ... incipiant exterriti ad priores lapſus recurrant. Qui enim ... ſine lenitate erudit, exaſperare potius quam corrigere ... *Iſid. de ſum. bon. c.* 8.

... conuerſionem quaſi pacem in homine habent, quan- ... expelluntur, arctiore virtute conſurgunt. *ibidem c.* 9.

... Dei ſeruo poſt conuerſionem tentari, quatenus à corpo- ... gentiæ ſollicitantibus vitiis ad virtutes animum per exerci- ... pararet vitiorum. *ibid.*

... remiſſa conuerſio in priſtinos errores reducit, ac viuendi ... reſoluit. *Cap.* 10.

... interdum conuerſis pro animæ ſalute mutatio loci, ple- ... enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Con- ... etiam inde etiam corporaliter euelli, vbi quiſque ille- ... deſeruiuit. Nam locus vbi quiſque praue vixit, hic aſpe- ... opponit, quod ſemper ibi vel cogitauit vel geſſit. *Ibidem.*

... ætate quando flaueſcunt crines, caro niteſcit eburnea, ocu- ... gemmis facies roſea decoratur, valetudo corporis vires ſub- ..., iuuenilis ætas longioris vitæ ſpatium repromittit: quan- ... ratio vigent etiam corporis ſenſus, viſus acutior auditus ..., inceſſus rectior, vultus iucundior, qui in hac ætate ſe do- ... Deo ſe ſociant, præmium Ioannis expectant. *Hugo de clauſt. ... c.* 10.

Tales offerunt hoſtiam viuentem, Deo placentem, immacula- ... aure, non oculo, non pede, non cauda carentem. Audiat ... ſera conuerſio, quibus ex defectu ſenectutis aures obtu- ... oculi turbantur, &, vt cuncta breuiter perſtringam, ipſi in ſe deficiunt. Hi non offerunt agnum immaculatum: ſed vt ita ... porcum curatum. Sicut enim porcus in immundiciis: ſic ſe- ... in vitiis: & ſicut porcus ſiliquis paſcitur, ſic ſenex fabulis ... delectatur. *ibid.*

... locorum mutatio, ſed conuerſio, ſenſuum aduerſa depellit, ... fugat, deſperationes abiicit, excludit anguſtias, & intra do- ... ſynceri pectoris lætitiæ diuinæ æternam præparat man- ... *Pet. Rau. ſer.* 46.

... cum Hieroſolymitanis habitat Iebuſæus: interim in hor- ... familias ſimul ſunt ſaliunca & abies, vrtica & myrtus. In ... Iacob animalia alba & nigra, agni & hœdi. In reti Petri piſces ... mali. In arca Noe animalia munda & immunda. In agro do- ... inter ſpinas, zizania inter ſpicas. In area domini granum ... In cella Chriſti vinum cum agreſta, oleum cum amur- ... non eſt quenquam iudicare. Nouit enim Dominus, qui ... quique futuri ſunt. Primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. ... præcedere poteſt ad vitam, quem nouiſſimum reputa- ... *Idem in quadam epiſt.*

# Conuitium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

CONVITIVM, Græce λοιδορία,ας, ἡ, & λοιδορέω conuicior, aris, dicitur. Eſt autem conuitium maledictum cum contumelia. Cicero: Maledictum autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur conuitium; ſin facetius, vrbanitas nominatur. Nec Labeoni Iuriſconſulto aſſentiendum puto, qui conuitium putat à vocum concitatione, vel conuentu deriuatum: & id eſſe, quod cum clamore publice fiat. *Vt dicit tex. in l. Item apud Labeonem. §. Conuitium. ff. de iniur.* Quid autem à contumelia differat conuitium, *vide infra in Suſurratio.*

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Si vtilitate proximi moueor in laudib. meis: cur minus moueor, ſi quiſquam ab aliis iniuſte vituperetur, quam ſi ego? cur ea contumelia magis mordeor, quæ in me, quàm in alium eadem iniquitate coram me iacitur? *Aug. lib.* 10. *confeſ.*

Si non autem ſolam percutit iracundia criminantis, verum etiam conſcientiam mordet veritas criminis: quid mihi prodeſt, ſi me continuis laudibus mundus attollat? Ita nec malam conſcientiam ſanat laudantis præconium, nec conuulnerat conuitiantis opprobrium. *Contr. Petil. lib.* 3.

Leuis quidem ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat: leuiter tranſit, ſed grauiter vrit: leuiter animum penetrat, ſed non leuiter exit: leuiter profertur, ſed non leuiter reuocatur, Facile volat: ideo facile charitatem violat. Tenerum membrum lingua at tamen vix teneri poteſt, ſubſtantia quidem infirmum atque exiguum, ſed vſu magnum & validum inuenitur: tenuis eſt & lata, ideo aptiſſimum euacuandis ſordibus inſtrumentum. *Bern. in quodam. ſer.*

Conuitia quis facile tolerat, cum in ſecreto mentis ad mala perpetranda recurrit. *Greg. lib.* 3. *Moral.*

Nihil ſæuius, nihil violentius amaris aſperisq; ſermonibus, quorum vulnera tanto difficilius curantur, quanto facilius proferuntur. *Val. epiſc. in quodam ſerm.*

Inuenimus multos aliquoties vno atque eodem ſermone dulcibus verbis venena miſcere, & fictis pacis blanditiis, litium pugnas introire. Quid iſtis infelicius? quid periculoſius eſſe poteſt, qui fallacis linguæ ſtudio vitæ inſidiantur alienæ? *ibid.*

Videmus frequenter verborum facta in crimen venire, & nimia facultate verborum amicitiis odia ſuccedere: quando autem poteſt fieri, vt homo, aut magniloquus, aut maliloquus, non habeatur ingratus? *ibid.*

Quamuis quis vitam fide muniat, ſcientia regat, caſtitate & ſobrietate componat: nihil eſt quod in homine placeat, ſi in toto corpore lingua diſpliceat. *ibid.*

Plana victoria eſt à clamatione tacere, & non reſpondere prouocanti. Habet enim mercedem, & de tua patientia, & de fratris medela, ſi obliuioni detur iniuria. Sicut nihil eſt deformius quam reſpondere furioſis: ita nihil vtilius quam tacere prouocatis. Nullus eſt finis inimicitiis, niſi ad tempus obtemperemus iratis. *ibid.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Malis diſplicere, laudari eſt: nullam authoritatem habet, vbi, qui damnatus eſt, damnat. Male de me loquuntur homines, quia bene loqui neſciunt: faciunt, non quod mereor: ſed quod ſolent. *Senec.* 77. *epiſt.*

Æquo animo audienda ſunt imperitorum conuitia, & ad honeſta vadenti contemnendus eſt ipſe contemptus. *ibid.*

Multi cum aliis maledicunt, ſibi ipſi conuitium faciunt. *idem de moribus.*

Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor rerum per verba dediſcitur. *ibid.*

Non poteſt generoſus animus contumeliam pati. *De ſententiis orat.*

Si merito obiurgauerit te aliquis: ſcito quia profuit: ſi immerito: ſcito quia prodeſſe voluit. *Sen. in Epiſt.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Demoſthenes* à quodam conuitiis laceſſitus, Committor, inquit, in certamen, in quo qui ſuperior euaſerit, inferior eſt: & qui vicerit, victus eſt. *Eraſ. Rot. lib.* 4. *apoph.*

*Chryſippus* à quodam improbo multis affectus conuitiis: Optime, inquit, feciſti, quod nihil eorum, quæ in te ſunt prætererieris. *Anton. & Max. ſer. de vitup.*

*Idem*, audiens quosdam ipſi conuitiari & obloqui; atqui ego, inquit. Sic vitam degam, vt illis nemo ſit crediturus. *Eod. ſer.*

*Cleobulus* dicebat conuitiorum reprehenſionem illos non attingere, qui ſecundum virtutem viuunt. *ibid.*

*Plato*, quum reprehenderis conuitioſe, inquit, vide num quid à te conuitio dignum deſignatum ſit: ſi nihil tale actum eſt, fumum eſſe illud conuitium exiſtimato. *Ant. de ſer. obloquut.*

*Anonymus.* Sapienti cuidam quum aliquis diceret me præſente tibi à certo quodam conuitium factum eſt: tum ille, Niſi tu, inquit, libenter audiuiſſes, nunquam ille mihi eſſet conuitiatus. *Eodem ſerm.*

*Scopelianus* eos qui conuitiis agerent, exiſtimantes ſeſe hoc pacto declarare animi magnitudinem, aniculas, appellare ſolebat, non tantum ebrias, ſed & rabidas. *Philoſt.*

*Demades* tibiis ſimiles eſſe dicebat Athenienſes, quod adempta lingua nihil reſiduæ rationis haberent. *Stob. ſer. de Imp.*

*Anonymus.* Philippus Macedonum rex, cum iudicaret vino madidus, & perperam ſententiam contra mulierem tuliſſet: illa intelligens errorem eſſe vini, non regis: Prouoco, inquit, ad Philippum, ſed ſobrium. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Philippus* Athenienſes comparabat ſtatuis quibusdam, quæ nihil aliud quam os haberent: & magna pudenda. *Stob. ſermon. de Imprudentia.*

*Idem.* Eum conuitiis afficiebat quidam effreni lingua præditus: cumque amici hortarentur vt conuitiatorem perſequeretur: Abſit, inquit ille, ne amplius affectus & implicatus plura in nos iaciat maledicta. *Ant. ſerm. de contumelia.*

*Idem.* Dicebat ſe ſuis conuitiatoribus gratiam habere, quod ab iis melior redderetur. Ego enim, inquit, Studens illos mendacii conuincere, ſi quid improbe fecerint, muto conſilium, & pœnitentia factum emendo. *ibid.*

*Diogenes* cuidam conuitiatori, At nec mihi (inquit) credit quisquam te laudanti, nec tibi me vituperanti. *ibid.*

*Cicero*, Cum Pompeius, Gallum quendam, qui ad ſe à Cæſare transfugerat, ciuitate Romana donaſſet: O hominem (inquit Cicero) Bellum, qui Gallis ciuitatem promittit alienam, cum noſtram nobis non poſſit reddere. *Plut.*

*Idem*, Adoleſcens quidam accuſatus, quod patrem placenta venerata ſuſtuliſſet, cum ſtomachabundus minaretur ſe probris laceraturum Ciceronem: Hoc, inquit ille, malim quam placentam, ancipiti prædicto parricidium illi obiiciens. *Eraſmus lib. 4. apoph. ex Plut.*

*C. Memmius*, cum accuſaret Beſtiam reum, cui patronus erat Scaurus, ac forte funus quoddam duceretur: Vide (inquit) Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor, notans Scaurum, qui male audiebat, quod Phrygionis Pompeii bona ſine teſtamento poſſideret. *Eraſ. 6. apoph.*

*Caſsius*, Iulio Cæſare iam per inſidias interfecto, ſedatoque tumultu populi, cum Brutus ad Lepidum propinquum ſuum, Craſſus vero ad Antonium proficiſceretur, inter cœnandum cum ſermonem (vt fit) de multis rebus haberent: tum vero Caſſium Antonius interrogauit, An nunc etiam (inquit) pugionem ſub axilla geris reconditum? Certe, inquit, longe maximum: ſiquidem tu quoque regnum affectabis. *Xiphil. Dion. abbreuiator. in Iulio.*

*Anonymus.* Cæſar Auguſtus cum vidiſſet adoleſcentem oris ſimilitudine ſibi ſimilem, interrogauit, num aliquando mater eius Romæ fuiſſet: Negauit ille: ſed ſentiens conuicium, ſtatim retorſit in authorem, adiiciens. Sed pater meus ſæpe Romæ fuit. Auguſtus ludens, ſuſpicionem intendebat in matrem adoleſcentis, velut ab ipſo ſtupratam, & adoleſcens protinus eam ſuſpicionem retorſit in matrem Cæſaris, aut in ſororem. Nam oris ſimilitudo non magis arguebat illum eſſe Cæſaris filium, quam fratrem aut nepotem: *Eraſ. lib. 4. apoph. ex Suet.*

*Anacharſis*, exprobranti cuidam Attico, quod natus eſſet in Scythia: Mihi, inquit, probro eſt patria, tu patriæ. *Laert. l. 1. c. 6.*

*Diogenes.* Ariſtippus philoſophus, & Socratis diſcipulus, cum vidiſſet Diogenem olera lauantem, acceſſit: Si Diogenes, inquiens, ſciret vti regibus, non veſceretur crudis oleribus. Contra Diogenes: Si Ariſtippus didiciſſet eſſe contentus oleribus, non eſſet canis regius: hoc eſt, non adularetur Dionyſio regi, vt cibum ex aula eius caperet. *Laert. l. 2. c. 8.*

*Idem.* Diogenem quidam amentem vocabat, cui ille: Amens quidem non ſum, non tamen eandem quam vos mentem habeo. *Stob. ſerm. de Prudentia.*

*Idem.* Cuidam probri gratia obiicienti egeſtatem, quum ipſe eſſet homo ſceleroſiſſimus; Ob rerum egeſtatem, inquit, neminem vidi torqueri, ob malitiam autem quam plurimos. *Eraſ. l. 3. apoph. in fine.*

*Idem*, Platone de quibusdam differente, Diogenes præſens, non attente animaduertebat. Quamobrem indignatione commotus Plato: Quin, inquit, diligenter ſermones meos auſcultas, canis? Qui nihil perturbatus: At ego, inquit, nunquam eo ſum reuerſus, vnde veni, quod canes ſolent. Obſcure taxans ipſius in Siciliam profectionem. *Ælian. lib. 14. de Varia hiſt.*

*Idem.* Quidam ei obiiciebat, quod olim falſam monetam ſignaſſet: Fateor, inquit Diogenes, fuiſſe tempus quo eram talis qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc ſum, tu profecto futurus es nunquam. *Laert. l. 6.*

*Idem.* Philoſophi vulgo nomine male audiebant, quod deos aut non crederent eſſe, aut contemnerent. Hoc innuens Lyſias, interrogabat Diogenem crederetne eſſe deos? Cui Diogenes: Qui conuenit, inquit, vt non credam, quum perſuaſum habeam, te diis inuiſum eſſe? Hoc dictum quidam attribuunt Theodoro. Non reſpondit ad quæſtionem: ſed in contumelioſe interrogantem retorſit ſermonem. *Laert. l. 6.*

*Socrates* acrius obiurganti familiarem quempiam in conuiuio, Plato dixit: Nonne ſatius erat hæc illi dixiſſe ſeorſum? Cui Socrates: Et an non tu quoque rectius feciſſes, ſi hæc mihi ſeorſum dixiſſes? *Eraſ. l. 3. apoph. ex Plut.*

*Stilpo.* quum olim omnium hominum oculi in ſolum Stilponem coniecti eſſent, quidam ad Stilponem: Iſti (inqui... mirantur vt beluam: Nequaquam, ait, ſed vt verum ... mirantur me beſtiæ. *Laert. l. 2. c. 2.*

*Gnathena* reprehenſa à Stilpone philoſopho, quod ... corrumperet: Tu, inquit, egoque Stilpon in eodem ... mine, qui adoleſcentes tecum verſantes inutilia quædam ... ſophiſmata doces, vt nihil referat, cum philoſopho ... cum meretrice. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

## ¶ Similitudines.

*D. Chryſoſt.* quemadmodum ſi infles in ſcintillam ... incendium, contra vero ſi inſpuas, extinguis: & vtrumque ... nu eſt, quoniam vtrumque ex ore tuo proficiſcitur. Idem ... uiciis aſperſeris proximum: ſi inflatos ac vecordes ... excitas ignem illius, & accendis carbones: ſin mites ... admoueas ſermones, priusquam excandeſcat, iram ... xeris. *Hom. 3. Pericul. eſſe audire ſpectac. fol. 21.*

*Antonij Monachi.* Vt Cæcias ventus nubes: ſic impro... in ſe conuicia attrahit. *Part. 2. Meliſſa, ſer. 53.*

*Polybij.* Sicut qui mente præditi ſunt, quando hoſti... tuunt, non id primum ſpectant, quid merito patiatur ... magis quid ipſos facere deceat: Ita & de conuitiatoribus ... eſt. *Lib. de Hiſt.*

*Plutarchi.* Vt ille Theſſalum Prometheum volens ... dio diſſecuit tuber, ac ſanauit: Ita ſæpenumero ... cundiam dictum ab inimico vitium animi vel ignoran... neglectum ſanat *in moral.*

*Iaculum* ſi in ſolidum aliquid inciderit, nonnunquam ... tem retorquetur. Ita conuicium in fortem & con... tortum recidit in conuicium facientem. *in moral.*

*Abſurdum* exiſtimant opprobrare cuipiam corporis ... quo non ſis ipſe immunis: At multo magis ridiculum ... um in alterum coniicere, quod in te recidat. *in moral.*

Vt qui luctantur, non abſtergunt ſuum puluerem, ... contaminant, vt mutuo cadant: Sic quidam accepto ... id purgant, ſed obſeruant quid viciſſim in illos poſſit ... *moral.*

Vt Thelephus non reſpexit hoſtem, cuius erat ... tem quam adferebat: Ita non oportet offendi ... ſed ſi verum admonet, vertendum eſt ad vitæ correctionem ... *ralibus.*

Vt ſi vel inimicus oſtentat lutum adhærens veſti, ... lum, ſed abſtergis. Ita ſi quis oſtendat maculam vitæ, ... dum eſt conuicium, ſed abſtergenda labes. *in moral.*

*Plinij.* Vt Olympiæ porticus vocem acceptam ... vnde heptaphonon oppidani vocant: Ita quosdam ... conuicio, ſexcenta regerunt: aut ſi paucis ad loquendum ... garriendi finem non faciunt. *Lib. 46. c. 15.*

Leo cunctis formidatum animal, cantum ac criſtam ... dat: Ita ſummi principes infirmorum conuicia nonnun... re coguntur. *Lib. 8. c. 16.*

Vt laſciuia ſimiarum febrim excutit leoni; Ita ... aut contumelia, nonnunquam excuſſa deſidia, veterno ... ſti ſtudium nos acuit. *Lib. 8. c. 10.*

*Eraſmi.* Sicut echo non ſonat, niſi cum reddit ... cem: Ita nonnulli quicquid in ipſos dicitur, in ... runt: at non habent quod dicant, niſi dicta referant ... *mil.*

Muræna fuſte non poteſt interimi, ferula protinus: ... leue incommodum exanimat, vt conuicium, qui gra... næ procellas infracto tulerunt animo. *in Simil.*

## ¶ Historica Exempla.

*Antiſthenes* cuidam dicenti ſibi, maledixit tibi ille, ... non mihi (inquit) ſed illi, qui in ſe, quod ille culpat ag... mihi maledicere curet, non curo: quia auditus lingua ... buſtior: cum ſingulis hominibus linguæ ſint ſingulæ, ... ne, aliquatenus tamen curo: quia eo ipſo me fateor ... quia ſuperioris perſonæ vſus eſt hoc pati, inferioris fa... rem itaque niſi vrgente humanitate homini compa... *Val. Max. l. 1.*

*Plato*, cum quidem ei retulit eſſe nonnullos, qui ipſum ... & maledictis inſectarentur. At ego, inquit, ita mores ... illis fides nulla habeatur. *Ant. ſerm. de contumelia.*

*Pytheas Demoſtheni* obiecit, quod ipſius enthymemata ... olerent, ſignificans illum non niſi deſcripto, & ad lucernam ... brata dicere. Quod dictum ita retorſit Demoſthenes, ... Non eodem pretio ſibi & illi conſtare lucernam: ... nocturnis conuiuiis indulgeret, plus impendens ... ſtudio. *Plut. in Demoſt.*

*Adverſus Demadem* clamantem, Demoſthenes ... vult, ſus Mineruam: At iſta (inquit Demoſthenes) Minerua ... periore in adulterio deprehenſa fuit. Adulterium ... quum Mineruam poetæ faciant virginem. *Ex Plutarch.*

[…]ſus quendam Phæreum nomine, de ſtupro ſuſpectum, […]areus Demoſtheni vigilias lucubrationeſque obijceret, […]t, tibi moleſtum fuiſſe, quod lucernam per noctem ha- […] *Bruſ.lib.1.c.4.*

[…]*Mancia*, L. Libonem apud Pompeium accuſabat: in quo […] Pompeius, Liboni fauens, Heluio & generis humilitatē […] exprobrans, dixit, illum ab inferis remiſſum, vt claros vi- […]ret. Hoc conuitium is conſtanter retorſit hoc modo: Non […], inquit, Pompei: planè ab inferis reuerſus ſum. Sed dum […], vidi Cn. Domitium Ænobarbum deplorantem, quod […] genere natus, vitæ inculpatiſſimæ, patriæ amantiſſimus, in […]tutis flore, tuo iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate con- […] Brutum, ferro laceratum, querentem id ſibi prius perfidia, […] crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonem acerri- […] tuæ, bonorumque patris tui defenſorem, cum ter- […]ſul eſſet, catenis, quas tu illi inijci iuſſeras, vinctum, obte- […] aduerſus omne fas & nefas: cum in ſummo eſſet impe- […] equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & quirita- […] virum Perpennam, ſæuitiam tuam execrantem: atq; […] eadem voce indignantes, quod indignati ſub te adole- […]ifice cecidiſſent. Has Manciæ voces, fortaſſis aliquis te- […] appellet citius quàm libertatem. Scitum eſt, quod ſub- […] Valerius: Eo tempore & fortiſſimum erat Pompeio maledi- […] tutiſſimum. Fortiſſimum, ob ſummam potentiam: tutiſſi- […] reuocatam veterum facinorum inuidiam. *Valer. Max. li.* […] *cap.2.*

*Q. Opimius* conſularis in adoleſcentia male audiuit. Is Ægilio […] qui videbatur mollior, nec erat, ſic exprobrauit […]: Quid tu Aegilia mea, quando ad me venies cum tua la- […]? Lepidè retorſit Aegilius: Non pol, inquit, audeo: nam […] vetuit mater accedere. Alter ſimulabat orationem […] fœminam, alter accepta perſona ſimulationem vertit in ir- […] *Eraſ.lib.6.apoph.*

[…] *Philippo* oratori dicenti, Quid latras? reſpondit, Furem […] latrandi in ipſum retorquens, notauit hominis […] *Bruſ.lib.2.c.40.*

[…], cum audiret quoſdam ex iudicibus quos pecunia Clo- […] præſidium petentes, ac ſi in periculo forent conſti- […] iſtorum prædonum auaritiam. Quid vos (inquit) […] poſtulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur […]? *Cic. ad Att. lib.1. Plut.*

*Cn. Domitius* L. Craſſo collegæ exprobrauit, quod cenſor tanti […] quod in porticu domus haberet columnas Hymetias, […] millia nummum identidem promittens. Craſſus e- […] feſtiuo ingenio, rogauitque collegam, Quanti ipſe […] æſtimaret. Is reſpondit, Sexagiēs ſeſtertium. Rurſum […]: Quanto igitur, inquit, eam minoris æſtimas, ſi decem ar- […]cidero? Eæ fuerunt lori, patula ramorum opacitate la- […] Cum Domitius reſpondiſſet, tricies ſeſtertium. Vter, inquit […] noſtrum luxurioſior? egone, qui decem columnas centum […] nummum emi? an tu, qui decem arbuſcularum vmbram […] ſeſtertium æſtimas? Ita eſt ingenium hominum ad aliena vi- […], ad ſua cæcum. *Eraſ.lib.6.apoph.*

*M. Craſſus* in Parthos proficiſcens, cum Deiotarum extremæ […]tutis, nouam vrbem condere videret: Quid eſt, inquit, ô […], quod cum hora diei iam adſit duodecima, nouam vr- […] inſtitueris? Ad hæc arridens Deiotarus: Imò quid ti- […] venit, Imperator, vt cum haudquaquam ſis (vt vide- […], tamen in Parthos cum exercitu properas? Nam id […] Craſſus ſexageſimum agebat annum. Hora quæ nobis […] eſt in meridie, olim erat extrema diei. *Plut. in M Craſſo.*

*L. Craſſus cenſor*, Cn. Domitio collegæ exprobranti, quod ob […] in viuario mortuam lachrymaſſet: At tu, inquit, cum […] extuleris, nullam emiſiſti lachrymam. Scite retorſit con- […] Notauit illum, quaſi non curaſſet vxorum mortem. Et alio- […] eſt in vxoris funere non flere, quam ob murænam e- […]chrymas. *Eraſ.lib.9.apoph.ex Plut.*

[…] *Sulpitius* inſigniter ipſe fœdus, cum contra quem in iu- […]erat, dixit ne faciem quidem habere liberi hominis. Cui re- […] Domitius Afer: Næ tu ex animi mei ſententia, Longe: Qui […] faciem habet, liber non eſt. Si ideo liber non erat cuius age- […], quod deformis eſſet: nec ipſe Sulpitius habendus erat […], cum eſſet fœdiſſimus. *Eraſ.lib.9. apoph.*

[…] *quidam* Catoni dixiſſet, Eamus deambulatum: & adole- […] interpellaſſet dicens, Quid opus erat de? Imò, inquit […] opus erat te? vna literula mutata, ſignificauit ipſum po- […] ſuperuacaneum in vita, quam de in verbo. *Eraſmus libro 5.*

[…] *Lælius*, ei quidam obſcurè genere natus dicebat, Indignus es […], reſpondit: At tu hercule tuis ſatis dignus es. *Cicero* […] *de Orat. & in Lælio.*

[…], cum ad Pompeium veniſſet: ac veniſſe pœniteret, rogatus […] generum reliquiſſet? Apud tuum, inquit, ſocerum: […] deſignans. Perinde quaſi notatus eſſet Cicero, quod à ge- […] diſiunctus eſſet, perſtrinxit illum quod ipſe cum ſocero […] gereret. *Plut. in apoph.*

*Idem*, Metello percontanti, quis ipſius eſſet pater, nimirum ignobilitatem exprobrans: Ad iſtam, inquit, percontationem vt reſpondere ſit difficilius, mater efficit tua, nam Metelli mater audiebat parum pudica. Quin & ipſe Metellus matrem referens leuior erat, & inconſtans, & affectibus ſeruiens. Cicero conuitium à patre ad matrem tranſtulit. Tum enim incertus eſt pater, cum mater non cum vno conſuetudinem habet. *Plut. in Rom. apoph.*

*Verres*, qui filium habebat parum pudicè flore ætatis vtentem, Ciceronem vt parum virum, ac cinædum inceſſebat conuitiis. At Cicero: Ignoras, inquit, quod liberis intra fores ita conuitiandum ſit. Significans hoc conuitium non in ipſum competere, ſed in conuitiatoris filium. Parentum eſt autem obiurgare liberos, ſed intra domeſticos parietes, nec turpia conuitia ſunt eliminanda. Eliminat autem, qui aliis impingit, quod ipſius domi committunt liberi. *Plut. in Rom. apoph.*

*Plancus* cum in cauſa quadam adeſſet amico, velletque teſtem moleſtum perturbare, interrogauit, quo ſe artificio tueretur. Sciebat enim illum eſſe ſutorem. At ille lepide retorquens in Plancum: Gallam, inquit, ſubigo. Id quidem ſutorium habetur inſtrumentum: ſed rectè exprobrabat illi adulterium cum Mæuia Galla, quo nomine Plancus malè audiebat. *Eraſmus Roterodamus 6. apophthegm.*

## ¶ Hieroglyphica.

Nonnulli ſignificaturi hieroglyphicè conuitiorum contemptorem, *Aquilam* figurarunt ſtatu immobili conſidentem, nulla pennarum aſperitate terribilem, neq; hiatu roſtri minacem, iuxta hanc *Cornicem* ſummittere eo geſtu, vt laceſſere & conuitia facere videatur. *Pier. Val. lib.19. pag.178.G.*

*Vide Contumelia, Maledicentia.*

---

# Conuiuium.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CONVIVIVM, Græcè *συμπόσιον, ου, τὸ, & συμποσιασταὶ*, conuiuæ dicuntur. Et eſt accubatio epularum, *ſecundum Ciceronem, qui in libro, qui Cato maior dicitur, vel de Senectute, dicit*: Benè enim maiores noſtri accubationem epularum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuiū nominauerunt, melius quam Græci, qui hoc ipſum modo compotationem, hoc eſt, *συμπόσιον*, modò concœnationem, quam *σύνδειπνος, ου, ὁ*, vocant. Ab hoc conuiuor, quod eſt conuiuium facio, & conuiua, qui ad conuiuium vocatur: Conuiuones verò, hoc eſt compotatores, non à conuiuendo, ſed à conbibendo dicti ſunt, quaſi conbibones. Conuiuium, Heb. *Miſchthe*, potatio, à verbo *Schatah*, bibit ſitiens. Conuiua, Epularum ſocius: compotor, Hebr. *Maru, συνθοίνιος*

Conuiuium laudatur, dummodo detractionibus, & fabulis, & plauſibus turpibus non miſceatur. 44. *diſt. Conu. & c. ſeq.*

Conuiuium clericorum debēt præcedere menſæ benedictio, infra menſam lectio, poſt menſam gratiarum actio. 44. *diſtin. Quando autem.*

In conuiuio non cibus, ſed cibi auiditas reprobatur. *de Conu. diſt. 5. Sint tibi.*

Conuiuia hæreticorum & ſchiſmaticorum præcipuè clerici debent vitare. 24. *q.3. Cler.*

Conuiuia prohibentur, cum ſacerdotalis ſenſus tenuis eſſe debeat, ne pinguis venter groſſam mentem generet. 44. *diſt. cau. vltimo, & ſeq 33. diſt. Presbyteri.*

Conuiuia nec epiſcopus, nec clericus abſq; neceſſitate in eccleſia facere debet. 41. *diſt. Non oportet cler. & c. ſeq.*

Conuiuium triplex eſt, ſcilicet animæ, eccleſiæ & beatorum: & quodlibet eorum habet tres epulas. *B. Thom. ſuper Eſai. 25. fin.*

## ¶ Biblici Loci.

Conuiuia impiorum qualia, *Eſa. 3. v. 12. Oſea* 4. *v.* 18. 2. *Pet.* 2. *v.* 13. damnantur, *Prou.* 23. 20. *Ier.* 16. 8.

## ¶ Sententiae Biblicae.

Melius eſt vocari ad olera cum gaudio, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. *Prou.* 16.

Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes ſymbolo conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio. 23.

Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. *Eccl.* 37.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. *ibid.*

(Super menſam) non extendas manum tuam prior, ne inuidia contaminatus, erubeſcas. *Eccl.31.*

Si in medio ſtultorum ſediſti, tu prior illis, ne extendas manum tuam, nec prior poſcas bibere. *ibid.*

Si coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. *ibid.*

In conuiuio vini non arguas proximum, & non deſpicias eum in iucunditate illius. *Eccl.32.*

Vir reſpiciens in menſam alienam, non eſt vita eius in cogitatione victus, alit enim animam ſuam cibis alienis. 40.

## ¶ Patrvm Sententiæ.

Rogandi ſunt parentes & vicini, ſed rarius rogandi ſunt. Et non nimis ſumptuoſa & delicioſa, ſed tam parca & ſobria, vel honeſta illis debent conuiuia præparari, vt remaneat vnde poſſint pauperes refici. *Aug ſerm.2.de temp.hom.2. Aduent.*

Vtilius eſt ad exequias funeris, quam ad domum ire conuiuij: quia ibi recordatione conditionis noſtræ & fragilitatis humanæ, ex præſenti cadauere commonemur. In conuiuii autem lætitia, etiam ſi quid timoris habere videbamur, amittimus. *Hier. in Eccleſ. ſuper illa verba: Melius eſt ire ad dom. luct. &c.*

Conuiuium quod à precatione cœptum, in precationem deſinit, nunquam deficiet; ſed quouis fonte vberius nobis omnia adfert bona. *Io. Chryſ. hom de fide Annæ.*

Conuiuium honeſtate honoretur, lætitia menſæ pertingat ad pauperes Chriſti, familia innocentiæ tripudiet diſciplina. Abſit ebrietas, luxus abſiſtat, fugetur effuſio ſaltatricum peſtis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, naufragium mentis cum Herodiadis conuiuio abſcindantur, vt præſens gaudium veſtrum ad lætitiam perueniat ſempiternam. *Idem hom.16. in decollat. Ioan. Baptiſtæ.*

Non eſt hoc paruum ſignum virtutis, non parua via correctionis, eiuſmodi fugere conuiuia, & tales cœtus, & neq; reuereri amicitiam, neq; ventri ſeruientes, robur & conſtantiam animi diſſoluere. Dum multi reuerentur amicitiam, in ebrietatis fluctus deuoluti ſunt à fornicatione, & ignem voluptatis accenderunt, dum ſecuti ſunt conuiuia, habentia multum iniquitatis. *Idem in Pſal.140.*

Nulla fiunt conuiuia, vbi non mortalia committuntur peccata. *Greg. in 5.c. Iob.*

Feſta mundanorum ſunt in epulis & deliciis corporum, ſed feſta ſpiritualium ſunt in delectatione ſpiritus. *B. Thom ſuper Io. 7. lectio. 1. in fin.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Heſiodus.

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.
Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

Id eſt,

*Amicum ad conuiuium voca, inimicum dimitte:*
*Sed hunc maxime voca, qui te prope habitat.*

Μὴ δὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι,
Ἐκ κοινοῦ πλείστη δὲ χάρις δαπάνη τ' ὀλιγίστη.

Id eſt,

*Neque multorum ſociorum conuiuij perturbator ſis.*
*Ex communi plurima gratia, ſumptus autem pauciſſimus.*

Menander.

Εὔτακτον εἶναι τ' ἀλλότρια δειπνοῦντα δεῖ.

Id eſt,

*Bene compoſitum eſſe, aliena conuiuantem, oportet.*

Homerus Odyſſ.1.

Οὐ γὰρ ἐγώ γέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα.
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ.
Ἥμενοι ἑξείης παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρειῶν. μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν.
Τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Id eſt,

*Illa quidem longe eſt finis gratiſſima rerum,*
*Perpetuo vacuam curis traducere vitam,*
*Vt ſi cum populi conuiuia læta frequentet,*
*Auſcultent cithara luſus, iuueneſq; canentes.*
*Stentq; cibis, iuxta menſæ dapibuſq; repletæ:*
*Inſuper afferret pleno & cratere miniſter.*
*Infundat pateris dulciſſima munera Bacchi:*
*Hoc mihi nil quicquam iucundius eſſe videtur.*

Incertus author.

Αὐτοθελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος. ὃς δ' ἐκ' ἀνάγκη.
Ὑβριστὴς οἴνου τ' ἐστὶ καὶ οἰνοπότη.
Τὸ μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα, τὸν δ' ὑπὸ γαίης
Πολλάκι πρὸς λήθης ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.
Πολυμεθεῖς. χαίροιτε. τόδ' ὁπόσον ἡδ' ὀποθηνοσ
Μέτρον ἐμοὶ πάσης ἄρχιον εὐφροσύνης.

*Sunt ſponte exhauſti latiſſima pocula po*
*Baccho & pecori vina coacta nocent.*
*Hanc quia clam tellus Venus effundit, at*
*Fert ad lethæas immoderatus aquas.*
*Vinoſi dira pereatis morte Bibones:*
*Lætus ego ſaltem vina modeſta bibam.*

## ¶ Philosophorvm Senten

Franciſci Petrarchæ.

*De Conuiuijs.* Dialogus xiv.

G av.

Conuiuiis glorior. R. Lautus victus voluptat
furoris. Quid enim niſi pompaticus furor eſt mu
gotiis honeſtioribus fortaſſis abſtractos honorifico
locum cogere, & multos ventres aut vacuos melius
ſuo gratius implendos arbitrio, exquiſitis & no
re? vbi vt vni morem geſſeris palato, multis tædio
dio. Rarò enim inter conuiuas conuenit, verumque
quod ait ille:

*Tres mihi conuiuæ prope diſſentire videntur,*
*Poſcentes vario multum diuerſa palato.*

Quid dem, quid non dem. Quid des Flacce ſeu qui
penitus nihil des, & hanc curam illis linquas, quib
tior eſt. Agant quid libet, qui agere nil aliud ſciunt
cordant, quid centum facient, aut mille. Vix ſine ta
unt lamentis. Hoc male ſapuit. Illud male oluit. Ho
fuit. Illud gelidum. Illud intempeſtiuum. Hoc mœſt
irato vultu. Crudum illud, hoc lacerū, ille famulus
ceps, Hic ſurdaſter, Hic contumax, Hic clamore o
tio. Ille illotis vaſis aquam tepidam. Hic vinum m
querelis non tam aulæ, quam viæ reſonant, & platea
quid attinet iucundius domui ſuæ pranſuros preci
quorſum & ſumptus inutilis, & ſuperuacuus labo
atrium turba conueniens, niſi vt te viciniæ oſtente
uiuiis tuis pedeſter agas voluptarium triumphum,
bala concrepant, vtque appareat pompæ omnia
hil. Finge poſtridie vnum aliquem conuiuarum t
ti ſua conſtitit paropſis, nunquam id à conuiui
bit. Nempe non id illi præſtitum, ſed ſibi. Quæ qua
ſit dubium, ſolent tamen vbi ad menſam ebrii de
aliquid percuſſis epulis, his ferme verbis vti, per ha
ſimul facimus caritatem, quibus ritè reſpondeatur
hanc ebrietatem, & hanc crapulam. Vera enim ca
ſet, ſi ieiuni & ſicci: quæ in veſtram perniciem eff
pauperum verteretis, tunc caritatem non impropri
ad veſtra conuiuia faſtidioſi diuites coguntur, fam
excluduntur. Vobis ſcilicet æſtimantibus glorioſum
bus abundare. Nec deeſt præter vulgus (fontem om
thor inſignis. Eſt enim, vt mihi videtur, ait Cicero,
patere domus hominum illuſtrium hoſpitibus illuſtr
egregie, qui referre vicem valeant, ſed egentibus cla
in re haud indignè forſitan notatum à Lactantio C
mus, qui profectò illud melius alibi, ſed eodem libr
me, inquit, officium eſt, vt quiſque maxime opis indig
tiſſimum opitulari. Quod contra fit à pleriſque, à qu
mum ſperant, etiam ſi ille his non eget, tum ei po
uiunt. Benè nunc ais Cicero & verè, nam & ita fien
rimis contra fit. Sed (vt ad rem redeam) ſi querelis, ac
uarum vis carere conuiuiis abſtine. Habent vtcunque
conuiuio interfuere quod arguant, quod grauentur
arguit quod conuiuio non interſit, non iam ille con
pudentiſſimus paraſitus, cuius lingua non pluris exi
gula eſt, quæ non modo non metuenda eſt, ſed opta
quam dicente Satyrico:

*Nam quæ comœdia Mimus, quis melior plora*

Tales aliqui apud comicos deſcribuntur, lætique
quid niſi coram auditi queant facere. Hæc denique
uiualem cenſuram non conuiuendo euaſeris, paraſit
rabiem ridendo, & contemnendo fugaueris, non eſt al
vita. G. Conuiuiis vaco. R. Pulchrum tibi ſtudium ele
guſtui conueniat, quid illi, quibus aut compeſcenda
aut irritanda ſalſamentis. En præclaram vtilemq; ph
quis primus, quis ſecundus, & quis tertius ingratum
bus premat, quis vini fumus cerebro gratiores neb
G. Conuiuiis delector. R. Si ſic accipiatur vt verbum
ſerunt maiores noſtri nominis huius authores, non
guam, ſed laudabo. Dulce eſt enim & optabile, & hon
conuiuere, ſed commeſſationē conuiuiū appellatis, tu
pulcherrimum nomen comedendo & bibendo, non
do, & loquendo, cum & docto homini & erudito (vt ai C
viuere ſit cogitare, & nihil profectò ſit dulcius
quio amicorū. Nolite ergo rem fœdam pulchro velo
lucet enim & quod conuiuium dicitur commeſſatio
tur. Audite potius Apoſtolum Paulum clara voce

commeſſationibus, & ebrietatibus dehortantem, & videte nominum ſplendore rapiamini. G. Conuiuia me dele- Dic quod eſt. Comeſtiones, potationes, epulationes, viſcera- Hæc ſi delectat accipere, vilis tu vilis rei debitor, ac ſi dare ſtultæ ſollicitudinis ſeruus es. G. Conuiuiis gloriam quæ- Mos eſt veſter quærere, ibi, vbi quod quæritis non eſt. G Spero conuiuiis. R. Falſa eſt gloria, verus error. Alexandrum Ma- conuiuiis indulſiſſe vſque ad funeſtam ebrietatem legi- Verum vſque ad profluuium amentis impenſæ, flebi- Imperii iacturam. Quæro alios duos, quem mihi ſanum quem ſobrium regem his intentum dabis? Nam philo- ac poetas egregios memorare neceſſarium non eſt, multoq; ſanctos viros, & omnino omnes grande aliquid piumue ani- tantes, quibus omnibus haud dubiè tota ea res infamis, & G. Gloria mihi apud vulgus, & multorum gratia ex con- eſt. R. Viliſſimæ mercis ingens precium, coquum fieri complaceas alienæ. Credo autem ſunt quos gula vrget, fræ- his nihil eſt gratius quàm aliena cura; & impenſa fræno quodque per ſe nequeunt per alios adipiſci. Qui hoc eis clari apud illos dum id faciant & famoſi ſunt. Finge deſi- deſinent clari eſſe. Tandem, vt ego quoq; iam deſinam eſt. Conuiuarum conditio delicata eſt, & quærula lon- difficilis. De paraſitis breuem accipe regulam, dum illos af- rodent, arridebunt, plaudent manibus, laudabunt vi- liberalemque patriæ patrem dicent, Nihil ad vlti- adulationis omiſerint, de qua Satyricus loquens adu- prudentiſſimam, & commodam nationem aſſeruit, & quoque notiſſima: ſin aliquando ceſſaueris & qui- auarum, ſordidum, miſerum, diffamabunt. Sin inopia, non malum certè, ſed ſtolidum & ineptum, teque, domum fugient vt ſcopulum. Tunc intelliges illud Flacci:

*Diffugiunt cadis cum fece ſiccatis amici.*

loquitur amicis. Veri enim maxime in aduerſis hæ- domos auidius frequentant quas fortuna deſeruit. His difficultatibus, vt occurras in tempore & conuiuas ſcurras aridos, horumque omnium voces & ſententias & ſic habeto, nihil loci recto eſſe iudicio vbi to- tribuitur, nil virtuti. Caducum denique malis arti- nomen, emque vulgo quæ gloria dicitur, apud doctos eſſe non gloriam.

maiores noſtri accubationem epularum, quod amicorum coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius qui hoc idem tum compotationem, tum concœnatio- quod in eo genere minimum eſt, id maxime proba- *Cicero de Senectute.*

## ¶ Apophthegmata.

adoleſcenti formoſo ad conuiuium eunti: Deterior, Reuerſus à conuiuio adoleſcens, quum Diogeni di- nec redii deterior: inquit, χείρων μὲν οὖν, deterior igitur in- fieri non poſſe, quin adoleſcens è luxurioſo temulentoque redeat deterior. *Laert. lib. 6.*

rogatus, quanam hora prandere oporteret? ſi diues, inquit, vult: ſi pauper, quum poteſt. *Laert. in eius vita. Bruſ.* 14.

inuitatus apud Platonem, oleas ex omni apparatu tantum Quid, inquit, ſapiens vir in Siciliam huiuſmodi menſa- profectus, appoſitis modo non frueris? *ibid.*

*dorus* dicebat, ne ad cœnam quidem ſe iturum ad eum, hoc debiturus ſit. *Bruſ. lib. 2. c. 14.*

rogatus cur in conuiuio tam hilaris eſſet, qui alioqui ſeue- batur: vrbaniſſime reſpondit, Lupini (inquit) quam ſunt tamen aqua dulceſcunt. *Bruſ. lib. 2. ex Plutarcho.*

*chus*, vocatus ad cœnam, non prius ſe venturum pollici- nomenclaturam eorum, qui ſimul yocati erant didi- Dicebat enim, Cui nauigandum eſt, aut in expeditione mili- contubernium vtcunque ferat commorantium neceſſe citra delectum ſeſe potatorum turbæ immiſcere, ho- imprudentis, & parum cordati. *Stob.*

*des*, ſemper ſuo vnius præſidio fretus Rempubl. admini- ſodalitatibus adhorrebat, velut ab amicorum potentia, iam aliis inferendam adderet animum. Quantum ille ab omni factione, qui non ob aliud vitabat amicitias, per illas adigeretur ad aliquid faciendum, quod iuſtum aut cogeretur abſtinere ab eo, quod iudicaſſet Reipubl. Nunc mundus vndique plenus eſt ſodalitatibus, ſed ti- bilibus, ac religionis lenocinio commendatis. Nec his deſiſſe nomen expedit viris inſigni virtute præditis, eo pars, quæ ferè deterior eſt, ſæpe cogit facere quod nol- aſiſtere ab eo quod erat factu optimum. *Eraſm.*

## ¶ Similitudines.

*archi*, Paulus Æmilius dicebat eiuſdem artis eſſe, & aciem ſtruere, & conuiuium exhibere: illam, vt hoſtibus ſit quam formidabilis: hoc, vt amicis ſit iucundiſſimum. *In Rom.*

Qui in eadem vehuntur naui, & in iiſdem militant tentoriis, ſeſe mutuo ferant oportet: Sic qui verſantur in Repub. At in conuiuiis non idem eſt neceſſe: nam illic periculum eſt commune, hic non item. *In Moralibus.*

## ¶ Adagia.

Septem conuiuium, Nouem conuitium.

*Innuit prouerbium, paucos in conuiuium adhibendos eſſe, alioqui fore tumultuoſum & inſuaue. Elegans eſt propter παρονομασίαν.*

*Marcus Varro dicit conuiuarum numerum incipere oportere à Gratiarum numero & progredi ad Muſarum: id eſt, proficiſci à tribus, & conſiſtere in nouem, vt cum pauciſſimi conuiuæ ſunt, non pauciores ſint, quam tres, cum plurimi, non plures quam nouem. Nam multos, inquit, eſſe non conuenit, quod turba plerunque eſt turbulenta.*

*Opheli Stoici huiuſmodi de Affabilitate eſt præceptum:*

*Diſcite non inter lances menſasq; nitentes*
*Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cum*
*Acclinis falſis animus meliora recuſat:*
*Verum hic impranſi mecum diſquirite, &c.*

*Conuiuium tribus conſtare debere, ex Menalippa Varronis adducitur, lectis viris, lecto loco, lecto tempore.*

Martialis.

Μισῶ μνάμονα συμπόταν.
*Odi memorem compotorem.*

*Tiberius ad eum modum, & in hanc ſententiam pro Cotta Meſſalina, qui ob verba quædam inconſideratius per prandium effuſa prehenſus ad Imperatorem prouocauerat, reſcripſit, poſtulans, ne ea verba praue detorta neue conuiualium fabularum ſimplicitas in crimen duceretur, vt eſt author Tacitus lib. 5.*

## ¶ Exempla Biblica.

Conuiuia tum boni tum mali celebrant: Exempla: Abraham, *Geneſ.* 18 *v.* 3. & 19. *v.* 2. 3. & 21. *v.* 8. Iſaac, 26. 30. Laban, 29. 22. Pharao, 40. *v.* 20. Ioſeph, 43. 16. Pater Samſonis, *Iudic.* 14. 10. Princeps Philiſthæorum, 16. *v.* 22. 23. 24. Senex apud Gabaonitas, 19. 21. Saul, 1. *Sam.* 20. 5. Nabal, 25. 36. Dauid, 2. *Sam.* 3. 20. Abſalom, 13. *v.* 20. 28. Adonias, 1. *Reg.* 1. 9 Salomon, 3. 17. Tobias, *Tob.* 2. *v.* 1. 2. Raguel, 7. *v.* 8. & 9. *v.* 12. Ozias, *Iudith.* 4. 19. Holofernes, 12. 1. Aſſuerus, *Eſth.* 1. 3. & 2. 18. Vaſthi, *v.* 9. Eſther, 5. 4. & 7. 1. Iudæi, 8. 17. *Eſai.* 5. 11 Filii Iob, *Iob.* 1. 4. Balthaſar, *Daniel.* 5. 1. Matthæus Leui, *Matth.* 9. 10. *Marc.* 2. 15. Homo quidam, 14. 16. Zachæus, 19. *v.* 5. Conuiuium nuptiarum, *Ioan.* 2. *v.* 1. Lazari, 12. *v.* 2.

## ¶ Exempla Profana.

*Mocedones* in more habent, vt nullus diſcumbat inter conuiuas, niſi extra retia aprum interfecerit: tunc enim ſedere inter conuiuantes licebat. *Athenæus lib. c. 11.*

*Epulæ*, Legionibus victricibus ante fores exhiberi ſolebant. *Alexander ab Alexandro, lib. 6. c. 6.*

Apud *Gothos* honorificum, regiæ menſæ adhiberi. *Paulus Diaconus lib. 1. c. 23.*

*Brachmanes* conuiuia vaſis epuliſq; apparatiſſima ſtruere. Apollonius Tyraneus affirmauit: cum tamen, qui apparando conuiuio, ferendis mutandiſq; ferculis miniſtrarent, nulli conſpicerentur. *Philoſtratus.*

Fertur Numa aliquando frequentes ciues inuitaſſe ad epulum, ſordidaq; vaſa, & cœnam plane frugalem, plebeiamque appoſuiſſe. Cœpta cœna intuliſſe ſermonem, Deam ſibi familiarem adeſſe, ac repentè domum oſtendiſſe poculis inſtructiſſimam pretioſiſſimis, menſaſq; epulis variis, atq; apparatu magnifico affluentes. *Plut. in Numa.*

*Reges Perſarum* quotannis regiam cœnam inſtruunt, quam ſua lingua Tyctam, hoc eſt, τέλειον, ſiue perfectam vocant: in qua Rex ſolum caput ornatur, Perſas ſtrenis donat, & quicquid oratus fuerit, concedere cogitur: Celebratur autem quotannis eo die quo Rex creatus eſt, *Herodot. lib. 9.*

*L. Sylla*, depoſita Dictatura, vniuerſi patrimonii ſui conſecrans Herculi decimam, præbuit ſplendidum epulum populo per multos dies tantoq; exuberantior vſu apparatus fuit: vt quotidie magna copia cibariorum in amnem proijceretur: vinum diffunderet quadraginta annis vetuſtius. *Plut. in Sylla.*

Magnificum epulum *C. Iul. Cæſar* in Libyco triumpho populo Romano dedit, in quo duobus & viginti millibus tricliniorum eſt accubitum. Ciuibus viritim denos frumenti modios, totidemque olei libras, trecentosq; nummos diuiſit. *Sueton.*

*Perſæ* lautè cœnant, integra & multa & varia apponentes: lecti & poculorum ornatus ſplendidiſſimus, auro & argento refulget. *Strab. lib. 15.*

*Athenæus lib. 4.* tradidit ex Herodot. Apud Perſas diebus natalitiis fuiſſe morem: vt diuites bouem, ceruum, agnum, aſinum, equū, & camelum apponerent, totos in clibano aut camino coctos. *Theat. Zuing.*

*Hecatæus Abderites* memorat, eos qui vxores ducunt, ad ſolenne conuiuium complures inuitare: quo ingenuos ſe eſſe, & ingenuorum parentum filiam ducere vxorem, multi ſciant, & teſtes ſint. *Plut. lib. 4. Quæſt. conuiualium. 3.*

Οἰκί

*Otho I. Imp.* ſingulis ſeptimanis in cibum aulicum mille porcis, viginti octo tauris, mille modiis frumenti, octo plauſtris vini, decem plauſtris cereuiſiæ vtebatur: exceptis oleribus, p iſcibus, ouis, gallinis, carnibus ferinis, butyro, adipe, lardo, & caſeo. *Erneſtus Brotuffius lib. 2. Chron. Morib. c. 1.*

*Paulus Æmilius*, cum deuicto Perſeo epulum exhiberet victoriale, admirantibus Græcis, quod in magno ſplendidoque apparatu curioſus eſſet, dicere ſolebat, Eiuſdem eſſe animi, & aciem & conuiuium bene ſtruere: Illam quidem, vt formidoloſus hoſtibus: hoc, vt amicis gratus eſſet, *Plut. in Rom. apoph. & Bruſ. lib, 2. c. 2.*

*Sertorius* admonere ſolebat ſuos, ne quid in conuiuio præter decorum vel fieret, vel diceretur: præſertim à iurgiis & obſcœnitate temperaretur. Nec ipſe quicquam tale ſuſtinebat vel audire, vel videre. *Plut.*

# Cor.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

COR, Græcè καρδία, ας, ἡ, dicitur. Quod pro mente ſæpe ponitur: vnde recordor, quaſi in corde, hoc eſt, in mente reuoco: vnde recordatio fit. Et ſocors, quaſi ſine corde, & ſocordia, ignauia. Et concors, qui vnius mentis & animi eſt. Et concordia, de qua ſupra in concordia.

Cor primo generatur. *ſecund. B. Thom. ſecun. Secundæ, quæſt. 122. art. 2.*

Cor eſt primum principium motus in animali. *prima Secundæ, q. 17. art. 9.*

Cor eſt primum principium membrorum & virium vitalium quantum ad eſſe. Sed caput eſt principium ſenſuum & motus. *ſec. B. Thom. 3. part. q. 90. art. 3.*

## ¶ BIBLICI LOCI.

Cor, pro ſerio & ſyncero affectu, *Roman.* 10. *v.* 10. pro anima, ſeu mente, 1. *Pet.* 3. *v.* 4. pro conſcientia, 1. *Theſſ.* 3. 13. pro intellectu, *Rom.* 2. *v.* 15 pro media & intima parte alicuius, *Exodi* 15. *v.* 8. *Pſal.* 46. *v.* 3.. *Prouerb.* 23. *v.* 34. *Ezech.* 27. *v.* 4. & 38. *v.* 28. *Ionæ* 1. *v.* 4. Sic accipitur ſecundum quoſdam, & 2. *Sam.* 18. *v.* 14. *bis in eodem verſiculo.* Cor intelligens à Deo, *Deuter.* 29. *v.* 4. 1. *Reg.* 3. *v.* 9. & 8. *v.* 58. Cor nouum à Deo, *Ezech.* 11. 19. & 36. 26. Cor pauidum non cuſtodientibus Dei præcepta, *Deut.* 28. *v.* 65. 1 *Paral.* 29. *v.* 19. 2. *Paral.* 30. *v.* 12. Cor hominis prauum, *Gen.* 6. *v.* 5. 12. & 8. 21. *Ierem.* 17. 9. Cor terræ pro ſepulchro, *Matth.* 12. *v.* 40. Cor hominis, theſaurus ipſius, 12. *v.* 35. Cordis cæcitas, *Ioan* 3. 39. Cordis ſimplicitas Deo grata, 1. *Paralip.* 29. *v.* 17. *Pſal.* 101. *v.* 2. *Epheſ* 6. *v.* 5. *Coloſſ.* 3. *v.* 22. Cor vnum, & anima vna, pro ſumma tum in doctrina, tum in voluntate conſenſione. *Actor.* 5. 32. Cordi inſcriptum habere opus Legis, *Rom.* 2. 15. eſt habere turpis & honeſti, iuſti & iniuſti diſcrimen, quod eſt æquitatis omnis, rectarum legum norma, hominis menti inſculpta. In corde pſallere Domino, *Epheſ.* 5. *v.* 19. pro, ex animo, vel ſerio cordis affectu. Cordis lapidei nomine, *Ezech.* 11. 19. & 36. 26. ſumma ingenii & cordis humani durities denotatur, quam adumbrant Tabulæ lapideæ, ad quas alludit Paulus, 2. *Corin* 3. *v.* 3. Cordi autem lapideo opponitur cor carneum, r o 1 quod in carne verſatur (vt accipi ſolet hoc epitheton, quando caro ſpiritui opponitur) ſed è contrario, quod vi ſpiritus Dei factum eſt mollius: vt in eo tanquam nouis Tabulis poſſit Euangelii gratia inſculpi, ſicut prædictum eſt, *Ierem.* 31. *verſic.* 31.

Cor & cor habere, dicitur Hebræis, ſicut Græcis δίψυχος, *Iac.* 1. *v.* 8. vir duplici animo, vel ſimulator, vt qui aliud ore loquatur, aliud intus ſentiat. Vel is potius, (præſertim autem apud Iacobum) qui animi incertus, modo in hanc, modo in illam partem inclinat, neque dat operam vt in vera religione ſtabiliatur. Corde creditur ad iuſtitiam. *Rom.* 10. *v.* 10.

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Væ duplici corde. De ſuo partem faciunt Deo, & partem faciunt Diabolo. Iratus Deus, quia ſit ibi pars Diabolo, diſcedit, & totum Diabolus poſſidet *Aug. ſuper Ioan.*

Beati mundo corde, non exterioribus oculis, ſed corde videbitur Deus. *De verbis Domini.*

Cor habet in ventre guloſus, laſciuus in libidine, cupidus in lucris. *ibid.*

Omnipotens Deus humanum cor deſtruit, quum relinquit: ædificat, quum replet: neq; enim humanam mentem debellando deſtruit, ſed recedendo, quia ad perditionem ſuam ſufficit ſibi demiſſa. *Hier. ſuper Matth.* 5.

Quid eſt cor durum? ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum eſt ad beneficia, infidum ad conſilia, ſæuum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non prouide[...] cui præteritorum præter ſolas iniurias, nihil om[...] futurorum nulla, niſi fortè ad vlciſcendum, proſpe[...] *quinto de conſideratione.*

Elatum cor, durum & expers pietatis, ingratum [...] ſiccum ab omni rore gratiæ ſpiritualis. *Bernh. in ſer[...]*

Non diſcordet cor tuum à facie tua: non habeat [...] & cor deorſum. *ſuper Cant.*

Apud homines cor ex verbis, apud Deum verò [...] ex corde. *ibid.*

Semper in robuſto & vegeto corpore animus mo[...] tepidum cor, & rurſum in corpore debili & infirmo [...] promptiorque ſpiritus. *Idem in Apologetico.*

Puritas cordis in duobus conſiſtit: in quærenda g[...] litate proximi. *ibid.*

An non confunderis ſurſum caput habere, qui [...] habes: corpore rectus ſtare, qui corde repis terram [...]

Cor in quatuor effectibus eſt, quid diligas, quid [...] gaudeas, ſeu contriſteris. *De ieiun ſerm.* 2.

In omni namque creatura, quæ ſub ſole vanita[...] occupatur, nihil humano corde ſublimius, nihil nob[...] Deo ſimilius reperitur: quapropter nihil aliud quæ[...] tuum. *Hug. lib.* 1. *de anima.*

Plura machinatur cor meum vno momento, qu[...] mines perficere poſſent vno anno. *ibid.*

Solus is regnat, qui depoſito cordis imperio leg[...] dinat totam familiam motuum interiorum & exter[...] ſurgat leonina rabies, punitur per patientiam: ſi p[...] per abſtinentiam: ſi ferocitas apri, per manſuetudin[...] vnicornis, per humilitatem. Non inuenitur autem [...] tes liberales ars iſta præ aliis liberalis, qua tenetur [...] mobili mobilius eſt, quod omni lubrico lubricoſius [...] *nima.*

Cor paruum eſt, & magna cupit: vix ad vnius mi[...] ſufficere poſſet, & totus mundus ei non ſufficit. *ibid.*

Vis ſcire de fratre tuo quale cor habeat, attende, [...] & frequentius loquatur. Ex abundantia enim cord[...] *Caſſiod. in Pſal.*

*Vide Animus, Mens, Ratio.*

# Corpus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMO[...]

CORPVS, Græcè σῶμα, ατος, τὸ, & σωμάτιον, ου, τὸ, [...]tur. Eſt autem corpus, quod omniquaque diui[...] *dum Ariſt. l. 1. de Cælo & Mundo.*

Corpus eſt magnitudo, quæ ad tria diuiditur. [...]

Corpus eſt omne id, quod habet trinam dimen[...] longum, latum & profundum. *ſecundum Albertum [...] principio ſuæ philoſophiæ, ſuper lib.* 1 *Phyſicor.*

Corpus eſt, in quo eſt aptitudo intelligendi duas [...] cantes ſe ad angulos rectos, & tertiam lineam interſe[...] illas ad angulos rectos. *ſecund. Algazelem & [...]*

Corpus à Græcis ſic deſcribitur, τὸ τριχῇ διαστατὸν, [...] dimenſione diſtans.

Corpus à Lucretio hoc verſu deſcribitur:

*Tangere enim aut tangi niſi corpus nulla pot[...]*

Corpus ſimplex eſt, quodcunque habet princip[...] cundum naturam, puta ignis, & huic cognata. *ſecund. [...] Cælo & Mundo.*

Corporum tria genera eſſe affirmat Pompon. [...] ſpecie continetur, vt homo, lignum, lapis. Alterum, [...] gentibus, hoc eſt, pluribus inter ſe cohærentibus co[...] cium, nauis. Tertium, quod ex diſtantibus compactum [...] ex pluribus corporibus vni nomini ſubiectis, vt popul[...]

Corpus generaliter dicitur, quicquid tactu percipi[...] *Guph, Gaph, Geuiiah*, à verbo *Goph*, clauſit: Corpu[...] compactum & veluti clauſum videtur. Nonnunquam [...] animalis maſſa tum ex ſimilaribus, tum ex organic[...] vnà cum anima totum conſtituit animal, ſumitur. A[...] ſola carne. Vtramq; ſignificationem diſtinctio comp[...] tialis:

*Viuebam, laceri membris ſtillantibus artus;*
*Inq; omni nuſquam corpore corpus erat.*

Corpora inanimata, metalla: animata, arbor, Leo. Vege[...] ſibilia, rationalia. Corpus, pro opere aliquo ſcripto [...] pro parte ſeu multitudine quapiam corpus ciuitatis [...]

## ❡ Diviſio.

- *Ingenerabile & incorruptibile*
  - *Empyreum, cælum,*
  - *Primum mobile,*
  - *Firmamentum,*
  - *Saturnus,*
  - *Iupiter,*
  - *Mars,*
  - *Sol,*
  - *Venus,*
  - *Mercurius,*
  - *Luna,*
- *Generabile & corruptibile,*
  - *Elementata*
    - *Primæ compoſitionis, & eſt vapor reſolutus vi ſolis, vel exhalatio reſoluta à terra & ab aqua, vel terreo & aqueo, quæ duo tantum ſunt euaporabilia ſeu exhalabilia, non autem aer & ignis: quandoque manens terræ incluſus, vnde terræmotus cauſantur. Quandoq; eleuatus ad aera, ſecundum tria interſtitia, vnde cauſantur impreſſiones aereæ, aqueæ, vel igneæ, vel mixtæ:*
    - *Secundæ compoſitionis, & ſunt diuerſæ impreſſiones, vel paſſiones meteorologicæ ex ipſo vapore materialiter cauſatæ.*
      - *In aere*
        - *In ſuprema regione aeris, ætheri vicina calida propter ætheris vicinitatem fiunt.*
          - *Cometæ,*
          - *Columna pyramidalis,*
          - *Lancea,*
          - *Candela accenſa,*
          - *Aſſub accendens,*
          - *Velut ſcintilla de fornace,*
          - *Velut ſtupa accenſa,*
          - *Velut ſtella cadens longa,*
          - *Candela accendens candelam.*
          - *Lumen præcedens in nocte, ſaltu quodam.*
          - *Stella cadens ſolum,*
          - *Draco volans,*
          - *Aſſub quandoque apparens, quandoque non, & alia huiusmodi.*
        - *In media regione aeris in pene inferiori parte eius frigidiſſima, quia diſtat ab vtroque calefactiuo, vbi fiunt.*
          - *Tonitrua,*
          - *Fulgura,*
          - *Coruſcationes,*
          - *Fulminis tela,*
          - *Grando,*
          - *Granula, & huiusmodi.*
        - *In inferiore aeris regione, quæ eſt terra vsque ad nubes æſtiuas, calida temperate, propter radiorum ſolarium maximam reflexionem, vbi fiunt.*
          - *Nubes,*
          - *Pluuia,*
          - *Nix,*
          - *Pruina,*
          - *Ros,*
          - *Nebula,*
          - *Nymbus, & huiusmodi.*
      - *Sub terra,*
        - *Fontium calefactio in hyeme.*
        - *Terræmotus.*
        - *Sulphur, à quo thermæ caleſiunt.*
        - *Lapides tam pretioſi, quam non: qui tamen cauſantur etiam ſuper terram in eius ſuperficie.*
        - *Argentum viuum, quod eſt principium omnium metallorum.*
        - *Metalla,*
          - *Aurum,*
          - *Argentum,*
          - *Electrum,*
          - *Cuprum,*
          - *Aurichalcum,*
            - *Naturale,*
            - *Artificioſum.*
          - *Æs,*
          - *Stannum,*
          - *Plumbum.*
    - *Tertiæ compoſitionis ſunt vegetabilia, & terræ naſcẽtia, vt plãtæ & herbæ, & huiusmodi.*
    - *Quartæ cõpoſitionis ſunt animalia quæque ſenſum habentia.*
    - *Quintæ compoſitionis ſunt homines.*
  - *Elementum,*
    - *Ignis,*
    - *Aer,*
    - *Aqua,*
    - *Terra.*

## ❡ Biblici Loci.

...pus pro hominis parte non regenerata, *Rom.* 8.10. 1.*Cor.* 9.27. ...pro veteri homine ſpiritui repugnante. Pro toto homine ſy... *Roman.* 12. 1. vbi alludit Apoſtolus ad veterem ritum, ...theus ſequentibus apparet, & ex 1.*Theſſal.* 5.23. Corpus ani... *Cor.* 15.43. dicitur, cui anima vitales facultates præbet: imbe...menillas & temporarias, vnde fit, vt ſit corruptioni obno... ſordidum, præſertim quum ab anima deſtitutum ſeritur, id ...tur humo, quod ψυχικὸν erat: Sicut contra, Corpus ſpiri...tur, quod diuinæ illius virtutis particeps, tanto excellen...tam viuit, quanto Deus animæ præſtat: vnde fit, vt eius ...pus ſit æternum, gloria & ſplendore inſigne, ab omni de...mbecillitate liberum. Corpus carnis, pro humana natura, ...pro maſſa ex omnibus vitiis conflata, 2.11. Corpus Chriſti ...m, nempe Eccleſia. *Rom* 12.5. 1 *Cor.* 6.15. & 10.17. & 12.13.27. ... & 4.14.12.16. & 5.23.30. *Coloſſ.* 1.18.24. & 2.19. & 3.15. Cor...ritate vmbris legalibus figurata: *Coloſſ.* 2.17. Corporis Do...m teneri dicitur, 1. *Cor.* 11. 27. qui illud eſt aſpernatus, vt A...pſe explicat, *verſ.* 29. Corpus Domini diſcernere dicitur, 1. ...v.29. qui dignitatis illius habet rationem, vt à cæteris re...guat: ac proinde cum ſumma reuerentia ad ſacram Eu...m, non tanquam ad profanos cibos, ſed tanquam ad myſte...mnium pretioſiſſimæ tremens accedat, Corpus mortis, 1. ...Hebraiſmus, pro morti obnoxium. Corpus peccati, 6. v. ...2. Corpus lucidum, *Matth.* 6. v. 22.23. in Scripturis dicitur ...rum, id eſt, recto cernentis iudicio illuſtratum: Corpus ...um contra dicitur, quod in tenebris poſitum eſt, vitioſis ...ectibus, luminibus mentis officientibus. Corpus non mi...m anima Deo ſubiectum, 1. *Cor.* 6.20. Corporis quatenus habenda cura ſit, *Col.* 2. 23. Corpora noſtra ...Chriſti, 1. *Cor.* 6.15 Corporalis exercitatio commendatur, 1. ...Sic vocat Paulus, non illam immodicam, ac multo etiam ...ſuperſtitioſam aliquam, aut impiam potius: ſed rigidam, & ...dæ carni vtilem victus rationem.

## ❡ Sententiæ Philoſophorum.

...a menſura humani corporis quatuor cubitis definitur, vel ſex pedibus: cubitus enim vno pede & dimidio conſtat. Pes autem quatuor palmis, palmus quatuor digitis ſecundum latitudinem inter ſe iunctis. Quantum autem ſpatium hominis à veſtigio ad verticem, tantum eſſe paſſis manibus inter longiſſimos digitos, obſeruatum eſt, vt tradit *Plinius lib.* 7. *cap.* 17. Totius autem longitudinis humani corporis; facies ab imo mente, vsque ad ſummam frontem, vel imam radicem capillorum, eſt pars decima, eandemque rationem habet habitus totius frontis. Diuiditur autem facies in tres partes æquales, vnam ab imo mento, ad imas nates, alteram inde vsque ad ſupercilia: tertiam inde vsque ad ſummam frontem. Longitudo oculi, ab vno angulo ad alterum oppoſitum, pars eſt quadrageſima quinta, & itidem ſe habet interuallum & diſtantia inter vtrumque oculum. Naſi longitudo eſt trigeſima pars, eiusque foramen eſt centeſima octogeſima. Ambitus oris & auris, eſt decimaquinta. Totum caput ab imo mento vsque ad verticem, eſt octaua pars. Colli magnitudo eſt decimaquinta. Longitudo pectoris proprie dicti, itemque latitudo fere ſexta pars eſt. Vmbilicus dimidium corporis locum tenens, ipſum in duas partes æquales diuidit: tota longitudo femorum & crurum vsque ad pedum veſtigia, paulo minor eſt dimidia parte. Longitudo pedis ſexta pars eſt, ſicut prope etiam brachii vsque ad cubitum, & cubiti vsque ad manus. Manus vero decima pars eſt. *Lege Vitruuium initio l.* 13 *& interpretes eius Philandrum & Danielem Barbarum, Cardanum item extremo l.* 11. *de ſubtilitate.*

Omnis enim coagmentatio corporis, vel caloris, vel frigoris, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur, & frangitur, & ad morbos ſenectutemque compellit. *Cicer. libr. de creatione cæli & mundi.*

Si primum impetum, quem feruida ingenio & cæca ira effundũt, ſuſtinueris, fluunt ſudore & laſſitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles, (vbi ira concedit) animos, ſol, puluis, ſitis, vt ferrum non admoueas, proſternunt. *Liu. Decad.* 4. *lib.* 8.

Ægrum corpus quaſſari etiam ſolet leuibus offenſis. *Amm. Marcell. l.* 14.

## ❡ Apophthegmata.

*Plotinus* philoſophus Platonicus Æmilio pictori roganti, vt corporis formam pateretur effingi, non paſſus eſt, inquiens: Quid? non ſatis eſt nos hanc imaginem circumferre, niſi & imagi-

nem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

hem relinquamus poſteris oſtentandam? Iudicauit cum Pythagora corpus eſſe thecam mentis, vtcunque eam exprimentem. Minimum autem hominis videre eum, qui nihil aliud videt quam corpus.

*Diogenes* eos irridebat, qui cellas promptuarias obſerant vectibus, ſeris & ſignaculis: corpus autem ſuum multis feneſtris & ianuis, nempe per os, pudenda, aures, & oculos aperiunt. *Stobæus ſermone 6.*

### ¶ SIMILITVDINES.

Vt ferrum crebris immerſionibus conſumitur: ita corpus crebris permutationibus vitiatur: hoc eſt, ſi nunc immodicis laboribus intendatur, nunc voluptatibus liquefiat, ac molliatur. *Eraſmus.*

Vt ſceleſtæ mulieres abortum prouocant, vt rurſus impleantur ac voluptuentur: ita quidam hoc ipſum corpus euacuant pharmacis & clyſteribus, vt denuo liceat ingurgitare.

Vt qui ſe meminerunt inquilinos eſſe, & in conducto habitare, modeſtius ſe gerunt, & minus grauatim exeunt: ita qui intelligunt domicilium corporis ad breue tempus à natura commodatum eſſe, & viuunt temperantius, & libentius moriuntur. *Senec.*

---

# Correctio.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

CORRECTIO, Græcè ἐπανόρθωσις, ιος, ἡ; & ἐπανορθόω, corrigo dicitur. Hebr. *Muſar, Moſar,* Diſciplina, caſtigatio, à verbo *Iuſar,* Caſtigauit, corripuit, correxit, plerumque de reali correctione intelligitur. Cognationem habet cum verbo *Aſar,* ligauit, vinxit, & cum *Maſar,* tradidit: item cum *Sor,* receſſit. Nam vinculis & carceribus caſtigantur rebelles ad ſuſcipiendum doctrinas & traditiones bonas, vt recedant à malo. *Moſerim,* Vincula, quibus 22. & 52.2. *Moſeroth,* Lora: Ierem. 27.2. Pſal. 2. 3. & 107. Iob. 39.8. Eſt autem correctio fraterna, admonitio charitatiua fratris, de emendatione peccatorum, ex fraterna charitate procedens. *ſecund. B Thom. 4. Sent. diſt.* 19 *q.* 2. *art.* 1. *diciturq; à corrigo quod eſt emendo.*

Correctio eſt errorem innatum, vel conſuetudine factum, fræno rationis inhibere.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi. *Ecclеſ.* 8.

Si peccauerit in te frater tuus: corripe eum inter te & ipſum ſolum. *Matth.* 18.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum. *Leuit.* 19.

Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non fecit, aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. *Eccl.* 19.

Corrige proximum, ne fortè non dixerit: & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corrige amicum: ſæpè enim fit commiſſio. *ibid.*

Non vt confundam vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. 1. *Cor.* 4.

Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. 1. *Tim.* 5.

Abigail virum ſuum Nabal in conuiuio non arguit, ſed poſt. 1. *Reg.* 25.

Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. *Eccleſ.* 7.

Probata virtus corripit inſipientes. *Sap.* 1.

Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. *Eccleſ.* 8.

Priuſquam interroges, ne vituperes quenquam, & cum interrogaueris, corripe iuſtè. 11.

Quam bonum eſt arguere, quàm iraſci, & confitentem in oratione non prohibere. 20.

In conuiuio vini non arguas proximum. 31.

Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *Gal.* 6.

Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote erga omnes. 1. *Theſſal.* 5.

Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt ſorores, in omni caſtitate. 1. *Tim* 5.

Seruum autem Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. 2. *Tim* 2.

Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. *ibid.* 4.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. *Pſal.* 144.

Conuertimini ad correptionem meam. *Prou.* 1.

Plus profuit correctio apud prudentem, quam
apud ſtultum. 17.

Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: q
eſt, corrigit viam ſuam. 21.

Inauris aurea, & margarita fulgens, qui arguit ſa
rem obedientem. 25.

Et vir prudens & diſciplinatus non murmurab
inſcius non honorabitur. *Eccl.* 10.

Quam bonum eſt correptum manifeſtare pœn
nim effugies voluntarium peccatum. 20.

Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, te
aut quod ipſe vidit, aut conſcius eſt: niſi iudicau
quitatem ſuam. *Leu.* 5.

Argue ſapientem, & diliget te. *Prou.* 9.

Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicent eis popu
buntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur
niet benedictio. 24.

Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet
gis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.

Qui cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. *Prou.* 15.

Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio ſa
morabitur. *ibid.*

Qui abijcit diſciplinam, deſpicit animam ſuam:
quieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. *ibid.*

Melior eſt manifeſtata correptio quam amor abſ
liora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcu
*dem* 27.

Virga aut correctio tribuit ſapientiam. 29.

Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla: ſic riſu

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. *Matth.*

Fratres mei, ſi quis errauerit ex vobis à veritate,
quis eum, ſcire debet: quoniam, qui conuerti fece
de errore viæ, ſaluabit animam eius à morte, & ope
nem peccatorum. *Iacob.* 5.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis: &
ba profertis. Super pupillum irruitis, & ſubuerter
cum veſtrum. *Iob.* 6.

In ore ſtulti virga ſuperbiæ: labia autem ſapien
eos. *Prou.* 14.

Eſt correptio mendax in ira calumnioſi. *Eccl.* 20.

Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabe
non vides. Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater ſin
cam de oculo tuo? Hypocrita eijce primum trabem
& perſpicies feſtucam eijcere de oculo fratris tui. *M*

### ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Correctio eſt errorem innatum vel conſuetudine
rationis inhibere. *Aug. de fin.*

Nunquam alieni peccati obiurgandi ſuſcipiend
niſi quum internis interrogationibus conſcientiam
dò nobis coram Deo reſponderimus dilectione noſt

Quicquid lacerato animo dixeris punientis eſt im
ritas corrigentis: dilige, & dic quicquid voles. *ibid.*

Rarò & magna neceſſitate obiurgationes adhiben
men vt in his etiam ipſis, non nobis, ſed Deo ſeruiatur
*bro* 2. *de ſerm. Domi.* 1.

Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater
filio: ille in ligando, iſte cædendo, ſed ambo dilige
iſtos negligant, & perire permittant: iſta potius fal
crudelis eſt. *Ad Bonifac.*

Non vos iudicetis maleuolos eſſe, quando alter
catis: magis quippe nocentes eſtis, ſi fratres veſtros, q
corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si e
vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum
nonne à te crudeliter ſileretur, & miſericorditer ind
to ergo potius debes manifeſtare, ne deterius putre
*De communi vita vel regula clericorum.*

Quæ peccantur coram omnibus, coram omnib
ſunt, vt omnes timeant. Qui ſecreto peccauit in te, ſe
nam ſi ſolus noſti, & eum vis coram aliis arguere, no
ſed proditor. *Aug. de verbis Domini.*

Foris terribilis perſonet increpatio: intus lenitatis
ctio, neq; conſentientes ſitis malis, vt approbetis: neq
vt non arguatis, neq; ſuperbientes, vt inſultanter arg
exire inde: hoc eſt, immundum non tangere, & volu
ſentire, & omnino non parcere. *ibid.*

Magis amat obiurgator ſanans, quam adulator d
*epiſt. ad Marc.*

Fidelis diſpenſator Paulus veritatis, non falſitatis,
endo. Petrus verò benigna pietate ſuſcepit: atque ta
ſanctius exemplum poſteris præbuit, quo non dedig
forte recti tramitem reliquiſſent, & à poſterioribus co
bilius (inquit) eſt accipere corripientem, quam aud
ita deuiantem. *epiſt. ad Hier.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…putes te amare ſeruum, quando eum non cædis: aut tunc a-…ſilium, quando ei non das diſciplinam, aut tunc amare filium …ando eum non corporis: non eſt iſta charitas, ſed languor. …itate ſer. 7.

…ſi propterea obiurgandis & corripiendis male agentibus …quia oportunum ſibi tempus inquirit: vel eiſdem ipſis …ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam …endos impediant, alioſque infirmos premant, atque auertant …non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis. …de ciuitate Dei.

…umque ab eis admonendis, obiurgandis & corripiendis ma-…mulantur: ne vel eos offendamus, vel vt eorum inimicitias …us: ne impediant & noceant in iſtis temporalibus rebus, …adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſiue quas amittere …infirmitas. ibid.

…vitia, officium eſt bonum, quod cum mali faciunt, alie-…agunt. Cogitemus ergo, quum aliquem reprehendere …ſſitas coegerit; vtrum tale ſit vitium; quod nunquam ha-…& tunc cogitemus nos homines eſſe, & habere potuiſſe: vel …habuimus: & iam non habemus: & tunc tangat memoriã …fragilitatis, vt illam correctionem non odium ſed miſe-…præcedat. Si autem inuenerimus nos in eodem vitio eſſe, …iurgemus, ſed ingemiſcamus, & ad æqualiter deponendum …mus. In ſermon. Domini in mont.

…alios reprehendit, qui non habet, quod in ſe alius reprehen-…Pſal. 5.

…cordis ſui domum excolere non valet: quomodo plurimorũ …diligentiam? & qui peccati trabem ex ſuo non poteſt e-…oculo, quomodo ex alterius oculo poterit amputare feſtu-… Ambr. in lib. de dignitate ſacerdotali.

…vnus, quod cognitum non arguitur, multos contami-…omnes, qui norunt, & non deuitant, aut cum poſſunt ar-…mulant: non enim ſibi videtur peccare, quando à nullo …vel vitiatur. In Epiſt. 1. ad Corinth.

…oſculatur pater filium, ſed quando caſtigat: ergo quando …qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet e-…plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, quum amarius infe-… Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quam blanda remiſ-… ad vincul. Petr.

…amica correctio, quam accuſatio turbulenta: illa pu-…, hæc indignationem mouet: in Lucam.

…mandata peccantes poſſe arguere maximæ libertã-…poteſt tacere, qui non meretur audire: hypocrita eiice …trabem de oculo tuo. in Epiſt. ad Epheſ.

…eſt his pungere non recalcitrantem, per ſe ſatis eru-…confundere amplius, cui ſua ratio magiſter eſt, cui pro …virga & ingeminata verecundia lex diſciplinæ eſt? …epiſt. ad Ocea.

…auſteritatem, Eliæ zelum, Petri ſeueritatem, Ananiam & …trucidantis, Paulique conſtantiam, qui Elimam magum …reſiſtentem, æterna cæcitate damnauit, non eſt crude-…pro Deo pietas. Vnde & in lege dicitur: Si frater tuus, & a-…quæ eſt in ſinu tuo, deprauare te voluerit: ſit manus …eos, & effunde ſanguinem eorum, & auferes malum de …Iſrael. Hier. in epiſt. de auſtera correctione.

…modo poteſt præſes Eccleſiæ auferre malum de medio eius, …ſimile corruerit, aut qua libertate corripere peccã-…cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe, quæ …in epiſt. ad Titum.

…iſta iuſtitiæ inimica bonitas? Palpare criminoſos, & vul-…vſque ad diem iudicii incurata ſeruare: quod ſi eos du… pœnitentiam per plures annos viderimus agere: tunc nos …eorum poſſemus conſulere, & ſtatuta canonum deberemus … Cum vero aliquibus non compunctio humilitatis, nec …operandi appareat, nec beatum Dauid imitetur, qui dicit, …per ſingulas noctes lectum meum: lachrimis meis ſtratum, …cinerem tanquam panem manducabam, & poculum, …ieiuniis & lectionibus vacare videmus: poſſumus agno-…primos gradus vel honores redirent, cum quanta negli-…cum quanto torpore & inimica animæ ſuæ ſecuritate per-… in epiſt.

…diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet …alterum commendetur ex altero: vt nec vigor ſit ri-…manſuetudo diſſoluta. Greg. lib. 5. moral.

…ctione quippe vitiorum ſubeſſe debet iracundia, non …executionem iuſtitiæ non dominando præueniat: ſed ſi-…ſubſequatur, & notum iudicium poſſeſſa impleat & præ-…lib. 6. moral.

…eſt Domini, iungatur mihi ſi ille Dei dicitur, qui ad ſe-…zelo diuini amoris excitatur: profecto ſe eſſe Dei dene-…quantum ſufficit vitam carnalium corrigere recuſat. Fit …que Deo gratior amore ardens poſt culpam vita? quam ſecu-…pens innocentia. in pag. c. 69.

…arguit Petrum. Petrus vero laudauit Paulum. Amicus er-…laudauit, quod reprehenſus eſt, &c. Sup. Ezech. part. …

Qui non corrigit reſecanda, committit: & facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. in Regiſtro.

Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda: ſed palam ſunt arguendi, qui palam nocent vt dum aperta obiurgatione ſanantur, hi, qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim vnus corripitur, plurimi emendantur: & melius eſt, vt pro multorum ſalute vnus condemnetur, quam vt per vnius licentiam multi periclitentur. ibid.

Verba ſapientium quaſi ſtimuli, &c. Clauis atque ſtimulis verba ſapientum comparantur: quia culpas delinquentium neſciunt calcare, ſed pungere. ſup. Euang. hom. 6.

Tunc proteruos melius corrigimus, quum ea quæ bene egiſſe credunt, male acta monſtramus, vt vnde adepta gloria creditur, inde vtilis confeſſio ſubſequatur. in paſt.

Maior culpa, quo citius, quia culpa eſt, agnoſcitur: eo etiam celerius emendatur. Minor vero dum quaſi nulla creditur, eo peius, quo & ſecurius, in vſu tenetur. ibid.

Iuuenes plerunque ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit: ſenes vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. ibidem.

Si is qui corrigere nititur, ita ſuperatur, opprimit antequam corrigat: nam dum plus quam debet accendit, ſub iuſtæ vltionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrænatur. Libr. 26. Moralibus.

Mundus eſſe à vitiis debet, qui aliena corrigere curat: quatenus tanto perſpicacius aliis fugienda videt, quanto hoc ipſe per ſcientiam & vitam celerius declinat, quia nequaquam pure in membro maculam conſiderat oculus, quem puluis obtenebrat & ſuperiectas ſordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent. Libr. 6. Moral.

Si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos inſurgere deriſionis odia formidamus, non iam lucra Dei, ſed noſtra quærimus. Lib. 25 Moral.

Nonnunquam qui inter flagellorum duritiem remanent incorrecti, dulci ſunt admonitione mulcendi: nam plerunque, quos cruciamenta non coarguunt, ab iniquis actibus lenia blandimenta compeſcunt: quia & ægros, quos foris pigmentorum potio curare non valuit, ad ſalutem priſtinam tepens aqua reuocauit. in paginá cap. 38.

Sæpe hoc magnis doctoribus, mirandiſque contingit vt quo alta charitate ferueant, modum correctionis exaggerent, vt lingua aliquid quod non debent, dicant: quia mentem dilectio, quantum debet inflammat. in pag. & in moral.

Sicut laudabile decretumque eſt, reuerentiam & honorem debitam exhibere maioribus, ita rectitudinis & Dei timoris eſt, ſi quid in eis correctione indigeret, nulla diſſimulatione poſtponere: ne totum corpus (quod abſit) incipiat morbus inuadere: ſi languor non fuerit curatus in capite. in reg.

Qui poteſt emendare, & negligit, participem procul dubio ſe cõſtituit: qui alterius bonum iuuat, ſuum facit. Lib 35. Moral.

Difficilius malum corrigitur, quod perfectiore etiam proſperitate fulcitur. Bern. lib 3. de conſid.

Impunitas, incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater: radix impudicitiæ, transgreſſionum nutrix eſt. ibid.

Magna crimina & tarde credenda ſunt, quum audiuntur, & citius punienda, quum veraciter agnoſcuntur. ſuper cant.

Quum carpuntur vitia, & inde ſcandalum oritur, ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt, qui fecit, quod argui debeat: non ille qui arguit. Non ergo timeas contra charitatem eſſe, ſi vnius ſcandalum multorum recompenſaueris pace. Melius eſt enim vt pereat vnus quam vnitas. ibidem.

Prælati noſtri culicem linquunt: & camelum deglutiunt: dum maiora permittentes minora diſcutiunt. Optimi rerum æſtimatores qui magnam in minimis, & paruam aut nullam in maximis adhibent diligentiam. In Matth. 23.

Circa vitam tuam eſto auſterus: circa aliorum benignus. Audiant te homines parua mandantem, & grauia facientem. Chr. in Matth. hom. 18.

Correctio igne & ferro vehementius operatur. in epiſt. ad Hebr. hom. 31.

Qui delinquentem ſuperbo vel odioſo animo corrigit, non emẽdat: ſed percutit. Quicquid enim proteruus vel indignans animus protulerit, obiurgantis furor eſt, non dilectio corrigentis. Iſid. lib. 3. de ſomno, cap. 92.

Qui blando verbo, caſtigatus non corrigitur, acrius neceſſe eſt arguatur, cum dolore ſunt abſcindenda, quæ leniter ſanari non poſſunt. ibid. cap. 46.

Qui admonitus ſecretè de peccato corrigi negligit, publice arguendus eſt, vt vulnus, quod occulte ſanari neſcit, manifeſte debeat emendari. Lib. 3. cap. 96.

Facilius reprehendimus vitia aliena, quam noſtra? nam ſæpe qui peruerſa in aliis iudicamus, in nobis nocibilia eſſe minus ſentimus. ibid.

Non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus fuerit inuolutus. Improbum enim eſt, arguere quicquam in alio, quod adhuc reprehendit in ſeipſo. Qui enim veraciter fraternam



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nam vult corripere ac ſanare infirmitatem, talem ſe præſtare fraternæ vtilitati ſtudeat, vt eum, quem corripere cupit, humili corde admoneat. Sicut enim viri ſpirituales alieni peccati emendationem expectant: ita proterui delinquentibus deridendo inſultant, & quantum in ipſis eſt, inſanabiles putant. *Lib.3.c.32.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Iac. Bill. Anthol. Sacr.

*Horrendi ſceleris pœnas tribus vna pependit,*
*Dum reliquæ ſumunt arma, iubente Deo.*
*Ante tamen, meritas quam poſſent ſumere pœnas*
*Victores, pugna bis cecidere graui.*
*Quid ſibi vult, quod dum ſanctiſsima iuſſa Tonantis*
*Exequitur populus, bis tamen ipſe cadit?*
*Nempe quod ille alios qui tentat plectere, debet.*
*Ipſe prius vindex criminis eſſe ſui.*

Plaut. in Curculione.

*Qui monet, quaſi adiuuat.*

Plaut. in Trinum.

*Sed tu ex amicis certis mihi certiſsimus,*
*Si quid me ſcis feciſſe inſcite, aut improbe,*
*Si id non accuſas, tu ipſe obiurgandus es.*

Terent. in Andria.

*Pro peccato magno paululum ſupplicij ſatis eſt patri.*

Terent. in comœd.3.

*Deteriores nos omnes ſimus licentia.*

Ouid. Metamorph. lib.1. fab.8.

*Cuncta prius tentanda: ſed immedicabile vulnus*
*Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.*

Ouid. Metamorph. lib.2. fab.1.

*Dum resq; ſinit, tua corrigere vota.*

Idem lib.3. de Pont. Eleg. vlt.

*Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto*
*Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat.*

Horat. Sermon. lib.1. Satyr.3.

*Stultus & improbus hic amor eſt, dignusq; notari,*
*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,*
*Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius.*

Ibidem.

*Adſit*
*Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,*
*Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.*

Hor. Epiſtolar. lib.1. epiſt.1.

*Feruet auaritia, miſeraq; cupidine pectus?*
*Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem*
*Poſsis, & magnam morbi deponere partem.*
*Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te*
*Ter pure lecto poterunt recreare libello,*
*Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,*
*Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſsit,*
*Si modo culturæ patientem commodet aurem.*

Menander.

Ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί.
Αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες οὐ γιγνώσκομεν.
*Omnes ſumus in admonendo ſapientes,*
*Nos vero ipſos aberrantes non cognoſcimus.*
Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.
*Facilius admonere quam monentem tolerare.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Vlciſci male meritos oportet. *Cic. Rhet. nouor. lib.3.*

Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur, propterea quod illa ætas non eſt impedimento bonis ſtudiis. At hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint comparare. *Cic. Rhet. nouor. l.4.*

Hortor ne ignoſcendo malis, bonos perditum eamus. *Saluſt. in Iugurtha.*

Bonus tantummodo fit ſegnior, vbi negligas, malus vero improbior. *idem.*

Imperator prohibendo à delictis, magis quam vindicando, melius exercitum confirmat. *idem.*

Aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget. *Val. Max. lib.2. tit. de diſciplina militari.*

Audebo peccanti mala ſua oſtendere: vitia eius ſi non excidero, inhibebo. Non deſinent, ſed intermittent: fortaſſe autem deſinent, ſi intermittendi conſuetudinem fecerint. *Sen. epiſt.40.*

Puniendis peccatis tres eſſe cauſas exiſtimatum eſt. 1. Cùm adhibetur pœna, caſtigandi atq; emendandi gratia; vt is qui deliquit attentior fiat correctiorque. 2. Quum dignitas eius authoritasque, in quem peccatur, tuenda eſt, ne prætermiſſa animaduerſione contemptum ei pariat. 3. Propter exemplum; vt cæteri metu pœnæ terreantur. *Gell. lib.6.*

Iniuſti iudicis eſt bene agentem non remunerare, ... non corripere. *Sen. lib. de benefic.*

Amici vitia ſi feras, facis tua. *Sen. in prou.*

Cum his conuerſare, qui te corrigant. *idem.*

Secreto admone amicos, palam lauda. *idem.*

Vitia tranſmittit ad poſteros, qui præſentibus culpis ... *Seneca lib de Moribus.*

Bonis nocet, qui malis parcit. *idem.*

Nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne pe... n[i]m optima eſt, non ſceleratos extirpare, ſed ſcelera. *idem.*

Nobilis equus vmbra virgæ regitur, ignauus nec ... citari poteſt. *idem.*

Vulgi imperitiam ad res iuſtas ſola conſtring... *idem.*

In iudicando ſiue corrigendo hęc tertia lex ſecuta ... ceps quoq; ſequi debet: vt aut eum, quem punit, emend... na eius cæteros meliores reddat, aut ſublatis malis ſ... viuant. *Sen. lib. de clement. ad Neronem.*

Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. *Sen. in tr...*

Bonum eſt, quod parentes corrigant filios otioſos, ... ſe eiiciant. Et ideo rectores apum otioſos à ſe eiiciunt. *... de Animalibus.*

Oportet bonos prouocare ad virtutes per præmia, ... per pœnam, inſanabiles autem exterminare. *Ariſt. l...*

Non ſolum oportet pueritiam à principio inſtru... ipſam oportet corrigere. *Ariſt l.4. Politic.*

## ¶ Apophthegmata.

*Zeno* cuidam dicenti, Cur me vnum omnium ... enim, inquit, tibi credo. Subindicans, ſibi non eſſe ... corriperetur, fore meliorem. *Laert. l.7.c.1.*

Gallus, Quum *Gallus*, qui teſtimonium ferebat ... dixiſſet, innumerabilem pecuniam Magio præfecto ... Scaurus tenuitate Magii redargueret: Erras, inquit ... nim Magium non conſeruaſſe dico, ſed tanquam ... geret, in ventrem abſtuliſſe. Correxit ſermonem ... ita, vt crimini corruptelæ crimen adderet luxus. *lib...*

## ¶ Similitudines.

*Philonis Iudæi.* Conandum eſt, vt etiam certo ... vitiis, ſeruemus, quantum poſſumus, imitando bonos ... quamuis videant haud poſſe ægrum à ſe ſeruari, ... omnem curationem admouent, ne per ipſorum negl... tur res non ſucceſſiſſe ex ſententia. *In libr. de ſacr... Caini.*

*Chryſoſtomi.* Medelam ſi appoſuerit medicus, ne... purgauerit, num eam rurſus die altera non ponet? ... querni vel roboris cæſor, is quercum ſi velit cædere, ... piat, incidat radicem: ſi plaga vna percuſſerit, neque ... ctuoſa arbor, non ſecundam dederit? non quartam? ... non decimam? Sic & fac tu. Quercus eſt fornicatio, ... irrationalium animalium eſcam; multo tempore ... dicata, in arborum circuitu tuam deiecit conſcientiam ... ſecuris eſt: audiſti vno die, quomodo vno die cadat, ... pore radices immiſit? Si enim bis, ſi ter, ſi centies, ... non iam mirum modo incide rem malam & fortem ... nem malam. *De pœn. ſer.3.*

*Plutarchi.* Vt mendum, quod induruit, ac diffi... ficile tollitur: Ita vitia inueterata non facile corrigu... *libus.*

Remedia ſtatim mordent vel offendunt, poſtea ... tem & voluptatem: Ita ſalubria monita initio ſunt ... poſtea correcto iucundiſſima. *in moral.*

Vt eſt initium ſanitatis, ſenſus morbi: Ita correctio... gnoſcere culpam. *in moral.*

*Thriueri.* Flamma ſemper incalefacit proxima: ... ritus Dei habent, qui magis ſua, quam aliena ... *Apop.124.*

*Pythagoræ.* Quemadmodum morbi interdum ... tionibus ac pharmacis potius ſanantur, quam ſi ... Sic hominum vita facilius emendatur acerbioribus ... bus, quam lenioribus ac grauioribus nobis. *Apud S...*

Vt corporis morbus ſi abſconditur, laudeturve, ... animi vitium, cui vel patrocinaris, vel abſcondis, ... *Apud Stob. ſerm.11.*

*Plutarchi.* Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, ... rebus tacet: Idem facit quod alipies, ſinens athletam ... bidinari, circa lecythum duntaxat difficilis moroſ...

Nutrices, ſæpius extergentes ſordes puerorum, ... nem euellunt: Ita dum quædam vitia nimis anxie ... dare, lædimus. *in moral.*

Vt qui demoliuntur ædes templis vicinas, quæ ... ſinunt, ne quid ſacri quoque demoliantur: Sic qu... ſunt corrigenda, quæ cum virtutibus proxime co...

*Thriueri.* Vt ægram corporis partem ...

medicaminibus caſtigamus, ne omnino pereat totum corpus: ... caſtiganda ſunt proximi vitia, ne totus pereat damnandus. *in ... apoph.92.*

... cauterio iniuſta licet ſtupida, non facile à quibusvis rebus ... offenditur: ita homines quidam licet craſſæ religionis, li... maximis vitiis obnoxii, non anguntur, ſubinde rebus paruis & ... differentibus. *in apoph.113.*

*Plutarchi.* Nutrices vagientibus pueris rurſum apponunt papil... Sic diſcipulus offenſus correptione, rurſus eſt laude ſubleuan... ne deficiat. *in mor.*

Qui correptus ſtatim fugit, exoſus admonitionem: perinde facit ... ictus à medico, continuo offenſus aufugiat, non expectans vt ... curetur, & oblinatur vulnus, ac mitigetur. Nam is quod dolet, iam ... quod confert, non vult experiri. *in mor.*

... caro quæ callo obduruit, non accipit vibices plagarum: Ita a... aſſuetudine peccandi non commouetur correptione, licet ... *in mor.*

*... Baſilij,* quemadmodum in corpora mollia, cedentiaque non ... egregiam plagam impingere, eo quod obſiſtere, contraq; niti ... Ita eos qui palam inſaniunt, non poſſit forti iuueniliq́, ... ione percellere. *De ſpiritu ſancto.*

... ſi labores & dolores addit, cum morbo, non cum ægro... Sic bonus Deus ſalutem omnibus per caſtigationem ac ... diſtribuens. Tu nequaquam medico iraſci debes, ſi ex mē... incidit, illa vrit, illa vero corpore omnino ſeparat. Sed val... & ſeruatorem eum vocas, quod in parui corporis par... morbum curet, priusquam ad totum corpus morbus perueniat. ... ciuitatem videris terræ motu concuſſam, colonis priuari, ... mercibus plenum in mari diſſolui: contra verum iu... & ſeruatorem armare linguam non dubitas: quum te intelli... oporteat, quemadmodum moderati labores, medicina ſunt ... Nam ex diligentia vtilitas prouenit. Quando vero dolor ... minime lenitur, neceſſaria eſt inutilis membri alienatio: ... eius continuatio, cætera corporis vitalia percurrat. Ex ... inciſio, aut cauterium, non medicus cauſa, ſed morbus. *In ... Quod Deus non ſit author mali.*

*... Eremita.* Quemadmodum ii qui in mari nauigant, ſolis ... libenter, perferunt: Sic illi quibus odio ſunt vitia, reprehen... diligunt. Ille enim ventis aduerſatur, hæc vero affectibus. *... ſpirituali.*

*Chryſoſtomi.* Non videtis medicos quando vrunt, vel ſecant ali... quanta lenitate opus curationis exercent? Multo amplius ... oportet agere. Etenim correptio & igne & ferro vehe... operatur, & reſilire facit eos quibus offertur. Hæc circa æ... medici etiam ſtudent primum, quatenus poſſint ægrum fa... æquanimiter tolerare: & quantum poſſunt leniter ... aliquantulum requieſcentes, ægrum faciunt recreari. Sic ... oportet correptiones efficere, vt & qui corripiunt, non reſiliāt, ... iniuriari proueniat, ac ſi percuti, non debent abhorrere. ... ſecantur aduerſus eos, à quibus ſecantur, multa recla... nihil impediuntur, ſed tantum ægrotantium conſu... & ſoſpitati. Sic etiam hic cuncta gerenda ſunt. *Hom.30. ...*

*... enim:* ſed quo pacto reformaretur, & rurſus aliquid fie... quod vehementer medelam reijceret tanquam inobediens, ... minime propter longi temporis ſuperbiam corrigi poſſet. ... vt manſueto & humano curationis modo ad correctionem ... tur, cum neque ramus incuruus, ſubitam inflexionem, & ... manus violenter ferret, citiusque frangeretur, quam ... neq; equus ferox & adultus, abſque aſſentatione & de... frænū ſuſciperet tyrannidem. *in orat. de Paſcha.*

*Auguſtini:* in corripiendo filio, quamlibet aſpere, nunquam ... paternus amor amittitur: fit tamen quod nolit, & doleat, ... inuitus videtur dolore ſanandus cuius vtilitati conſulen... quam voluntati. *Epiſt. ad Marcell.*

*... eſt* medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato ... ligando iſte cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos ... & perire permittant, iſta potius manſuetudo falſa crude... Si enim equus & mulus, quibus non eſt intellectus, morſi... reſiſtunt hominibus à quibus eorum curanda vulnera ... tur, & cum inter dentes eorum & calces ſæpe homines ... tur, & aliquando vexentur, non tamen eos deſerunt, donec ... & moleſtias medicinales reuocent ad ſalutem: Quanto ... ab homine frater à fratre, ne in æternum pereat, non ... dus, qui correctus intelligere poteſt, quantum ſibi præ... beneficium, quando perſecutionem perpeti querebatur. *... beneficium comitem.*

... perdere paternam diligentiam in ipſa inquiſitione ſeruaſti, ... torum ſcelerum confeſſionem, non extento aculeo, non ... vngulis, non vrentibus flammis: ſed virgarum verberi... Qui modus coercitionis, & à magiſtris artium liberali... ipſis parentibus, & ſæpe etiam in iudicibus ſolet ab epi... *Epiſt.159. ad Marcell.*

*Hieronymi.* quomodo nux ſiue amygdalum amariſſimum ha... corticem, & teſta duriſſima cingitur, ac detractis auſterioribus ... fructus dulciſſimus reperiatur: Sic omnis correptio & labor continentiæ amara quidem videtur ad præſens, ſed fructus parit dulciſſimos. Vnde & vetus illa ſententia eſt: Literarum radices amaræ, fructus dulces. *in cap.1. Hieremiæ.*

*Quod ſi tibi* tacita cogitatio ſcrupulum mouerit: cur monitor ipſe non talis ſim, qualem te eſſe deſidero, & nonnullos videris in medio itinere corruiſſe: illud breuiter reſpondebo: Non mea eſſe quæ dico, ſed Domini Saluatoris. Non monere quod ipſe poſſim, ſed quid debeat velle, qui ſeruus futurus eſt Chriſti? Et athletæ ſuis incitatoribus fortiores ſunt, & tamen monet debilior, vt pugnet ille qui fortior eſt. *Ad Iulianum.*

## ¶ Biblica Exempla.

Correptionis exempla. Loth. *Gen.*19.7. Ruben, 37. *verſ.* 22. Moſes, *Exodi* 2. *v.*12. *Act.*7.26. Iethro, 18. *v.*13.14. Phinees, *Ioſ.*22.16. Iſraelitæ, *Iudic.*20.12. Ionathas, 1. *Samuel.*19. *v.*4.5.6. & 20.32. Dauid, 24. *v.*15.16. Abigail, 25.37. Abner, 2. *Samuel.*2. *v.* 21. 22. Nathan, 12. *verſ.* 1.7. Propheta quidam. 1. *Reg.*20. *v.*42. Elias, 1. *Reg.*18.21. Eliſæus, 2. *Reg.*3. v.13.14. Hanani Propheta, 2. *Paralip.* 16. 9. Azarias & reliqui Sacerdotes, 26.18. Eſdras, 1. *Eſdr.*10.10. Nehemias, *Nehem.*3.7. Tobias, *Tob.* 2. v.15.16. Iudith, *Iudith.*8. *ver.*9.11.10.12. Daniel, *Dan.*5. 22. Ioannes Baptiſta, *Matth.*3.7. & 14.4. *Mar.*6.18. Chriſtus, *Matth.*16. 22. & 17.18. *Luc.*9.55. alter Latronum, 23.40. Cæcus natus, *Ioan.*9.30. Petrus, *Act.*3.12. & 5. *v.*3.4.9. Stephanus, *c.*7. *v.*51. Paulus, *Act.*10.10.1. *Cor.*3.4. & 11. v.8.19.20. & 15. *v.*12. & *Gal.*3.1.2. *Theſſ.*3.15.

## ¶ Exempla Profana.

*Lacones Cephiſophontem*, qui poſſe oſtenderat ſe de re qualibet totum diem dicere, exegerunt: bonum declamatorem, dicentes, reſpondentem rebus habere orationem debere. *Plut. in inſtitutis Laconicis.*

Si quis perplexum aliquid in canticis adhiberet, δυσκολοκάμπτους ᾠδάς, cuiusmodi ſunt Phrynidis intricatæ ambages, multis verberibus afficiebatur, vt qui Muſas aboleret. *Suidas.*

*Ariſto* poeta, quod Athenienſium laudes inepto carmine proſecutus eſſet, fame ab iisdem fuit necatus. *Theat. Zuing.*

*Chœrilus* poeta propter ignorantiam, ab Alexandro Magno inedia necatus dicitur. *Theat. Zuing.* 3397.

*L. Sylla* poetæ indocto interdixit, ne quid amplius ſcriberet. *Cice. pro Archia.*

*Apud Indos* ſi quem præſagia ter fruſtrentur, ſilentii perpetua mulcta irrogatur. *Cœlius l.*18. *c.*31. *A. L.*

*Romani duces* qui temeritate vel inſcitia exercitus amiſiſſent, aut fugæ aut pauoris inſimulati eſſent, pecunia & exilio ſæpe mulctati ſunt. *Alex. ab Alex. l.*4. *c.*6.

*Vide Pœna, Punitio, Pœnitentia.*

---

# Creatio.

## ¶ Definitio: et Etymol.

Creatio, Græce κτίσις, ιος, ἡ, & κτιςὴς, οῦ, ὁ, creator dicitur: & eſt creatio, emanatio vniuerſalis entis ex nihilo. *ſecun. Thom.*2. *Sen. diſt,*1. *q.*1. *art.*2.

Creatio, Heb. *Beriah*, δημιουργία, Creandi actus: à verbo *Bara*, creauit, id eſt, ex nihilo aliquid parauit cui formam indidit & hoc verè ac proprie de vno vero Deo dicitur Gen. 1. 1. Item, ex materia exiſtente aliquid conſulto condit, quod purum, bonum pulchrum eſt atque apparet: id etiam de Deo dicitur à Moſe, quando opus Dei ſex diebus abſolutum oſtendit. *Gen.*1. *cap.*

Creatio differt à generatione: quia Creatio nihil præſupponit. Generatio autem præſupponit materiam, & ab omni alia mutatione, quia præſupponit ſubiectum. *B. Thom. ibid.*

Creatio à verbo creo dicitur, quod venit ab hoc nomine caro, quod Græce κρέας, ατος, τὸ, dicitur. Eſt autem creare producere, quaſi carnem facere. Dicitur autem caro, non tantum de cæteris animalibus, ſed etiam de piſcibus, pomis, & aliis ſimilibus. Cuius diminutiuum eſt caruncula, & carnicula, quæ Græce κρεάδιον, ου, τὸ, dicitur

## ¶ Biblici Logi.

Creatio cœli & terræ, *Gen.*1.1. Creatio noua, *Eſaiæ* 43. 19.2. *Cor.*5.17. *Gal.*6. *v.*15. *Epheſ.*2.10. *Iac.*1.18.1. *Pet.*1.23. *Apoc.*21.5.

Creatura, κτίσις: interdum ſignificat creationem & conditionem mundi, *Marc.*10 6. interdum res creatas, 13.19. *Rom.*8. 21. interdum omnes conditos homines, ſeu, quod idem eſt, totum genus humanum, *Marc.*16. 15. aut omnes gentes, vt habetur *Matth.* 28. 19. *Luc.* 24.47. Creaturæ omnes à Deo conditæ, *Gen.*1.1. Deo ſubditæ, 14. 22. *Iob.*38.8. *Prou.*20.12. Creaturæ mutæ, teſtes à Deo citantur, *Geneſ.*31. *v.*48.51. *Deut.*4.26. & 30.19. *Ioſ.*24.27. *Eſaiæ* 1.2. *Micheæ*, 6.2 ad au-

 diendum

diendum Dei verbum excitantur, *Ier.*22.29. ad exultationem & gratam beneficiorum Dei agnitionem inuitantur, *Pſal.*96.11. & 98.8. *Eſa.*44.23. & 49.13. *Apoc.*12.v.12.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Creaturæ à Deo potenter creantur.*

In principio creauit Deus cœlum & terram. *Gen.*1.

Verbo Domini cœli firmati ſunt, quoniam ipſe dixit, & facta ſunt. *Pſal* 33.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu feciſti omnes terminos terræ. 73.

Initio tu Domine terram fundaſti. 101.

Quam magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti. 104.

Per quem fecit & ſecula. *Hebr.*1.

Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei. 11.

*Sapienter gubernantur.*

Ordinatione tua perſeuerat dies. *Pſal.*119.

Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti. Quomodo autem poſſit aliquid permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas. *Sap.*11.

Cum ſis iuſtus, iuſte omnia diſponis. 12.

*Vtiliter ordinantur.*

Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. *Geneſ.*1.

Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent. 8.

Opera Domini vniuerſa bona valde. *Eccl.*39.

Bona binis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona & mala. *ibid.*

Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, igni, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum. Hæc omnia ſanctis in bona: ſic & impiis & peccatoribus in mala conuertentur. Omnia opera Domini bona. *ibid.*

Non eſt dicere, hoc eſt illo nequius: Omnia enim in tempore ſuo comprobantur. *ibid.*

Omnis creatura Dei bona eſt. 1. *Tim.*4.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Tria quædam maxime ſcienda de creatura, nobis oportet intimari: quis eam fecerit, per quod fecerit, cur fecerit. Si ergo quærimus quis fecerit, Deus eſt. Si per quod, dixit, fiat, & facta ſunt. Si quare fecerit, quia bonus eſt. Nec enim author eſt excellentior Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec cauſa melior, quam vt bonum crearetur à Deo bono. Hanc etiam cauſam condendi mundum Plato iuſtiſſimam dicit, vt à Deo bono opera bona fierent. *Aug. l.*11. *de Ciu. Dei, c.*21.

Intelligat qui poteſt, iudicet qui poteſt: maiusne ſit iuſtos creare, quam impios iuſtificare. Certe enim & ſi æqualis eſt, vtraq; potentia, hæc maioris eſt miſericordiæ. *In Ioannem.*

Ex perpetuitate creaturarum intelligitur creator æternus, ex magnitudine omnipotens, ex ordine & diſpoſitione ſapiens, ex gubernatione bonus. *ibid.*

Non eſt fas, angelos ſiue bonos, ſiue malos, putare creatores. *l.*2. *de Tri. c.*7.

In creaturis ſi quid erratum cogitamus, inde eſt, quod non congruis ſedibus ea quærimus. *l.*3. *de lib. arb. c.*2.

Conſidera ſeptem in beneficio creationis quod creauit te commodo tuo, cui ait, bonorum meorum non eges, Dauid, ſine merito tuo: quia nihil ante promeruit, qui penitus nihil fuit. Cogita qualem fecit, ſecundum corpus egregiam creaturam, ſecundum animam, magis egregiam, vtpote imagine Creatoris inſignem, rationis participem, beatitudinis ſempiternæ capacem. Conſidera & dominationis poteſtatem. Terror enim hominis ſuper cuncta animātia imminere decernitur. Conſidera etiam largitatis demonſtrationem, quanta tibi largitus eſt ad ſuſtentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad conſolationem, quanta ad correctionem, quanta ad delectationem, quidni gratias agas? *Bern. in quodam ſerm.*

Si totum me debeo pro me facto, quid addam iam pro me refecto hoc modo? nec enim tam facile refectus quam factus. In primo opere, me mihi dedit, in ſecundo ſe, & mihi ſe dedit, meque mihi reddidit, datus ergo & redditus me pro me debeo, & bis debeo. Sed, quid domino pro ſe retribuam? nam & ſi me millies rependere poſſim, quid ſum ad dominum meum? *Bernh. de diligendo Deo.*

Iuſtum eſt, vt creatura laudet Deum creatorem. Ipſe enim ad laudandum ſe creauit, qui noſtris non indiget laudibus. Eſt autem virtus incomprehenſibilis, nullius indigens, ipſa ſibi ſufficiens: magnus enim Dominus noſter, & laudabilis valde. Hunc itaque mens diligat, lingua canat, ſcribat manus, atque in his ſanctis ſtudiis fidelis animus ſe exerceat. *Auguſtinus libr. Supportationum parte* 3. *cap.*1.

Plus videtur in Deo creatura, quam in ſe ipſa videatur. Plus in arte, qua facta eſt, quam in ſeipſa, quæ facta ſunt. *Aug.* [...] *quæſt.*26.

Deus creaturas non nouit, quia ſunt: ſed ideo crea[...] nouit eas. *Aug. de Trin. l.*15. *c.*3.

Admoneo te, vt ſine intermiſſionibus recorderis, qu[...] quam bonus ſit erga te creator tuus: quanta bonitas [...] te, cum non eſſes, creauit: & quod te non pecus aut [...] ſenſibilem, ſed eam creaturam fecit, quæ eum poſſe[...] amare & cum eo ſuam æternitatem æternaque & fe[...] *Anſelmus de Miſericordia Dei.*

¶ SIMILITVDINE[...]

*Eſdræ* qualis ager, talia & ſemina: quales flores, [...] & qualis operator, talis & creatio: qualis agricola, tal[...] quoniam tempus erat ſeculi. 4. *Eſdr.*9.

Sicut omne quod factum eſt in ſeculo, initium ha[...] conſummationem, & conſummatio eſt manifeſta: [...] tempora, initia habent manifeſta in prodigiis & virtu[...] ſummationes in actu & in ſignis. 4 *Eſdræ*9.

*Iuſtini martyris* quemadmodum firmamenti crea[...] næ literæ per ſimilitudinem conferunt aliquando cum [...] ſione, dicentes: Qui extendit cœlum ſicut pellem, ali[...] firmato fumo: Cœlum, inquit, ceu fumus firmatum e[...] cum rotunditate cameræ: Qui extendit, inquit, cœlum [...] ram: Sicut & eius diſſolutionem per comparationem [...] quando cū volumine inuoluendo, aliquando cum ele[...] igni diſſoluatur, quemadmodum ait Apoſtolus Petru[...] ſua catholica, aliquando cum veſtimento, veteraſcente[...] *nibus ad Orthodoxos, reſponſione ad quæſt.*94. *fol.*93.

*Vide, Deus, Homo, Mundus.*

# Credulitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[...]

CREDVLITAS à credo, quod Græce πιστεύω, & [...] ή, credulus dicitur: vnde credulitas, quæ eſt faci[...] do. Et eſt duplex, ſcilicet & temeraria & leuis, de *hac* [...]

*Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis.*

Quædam vero probabilis & diſcreta.

Credere eſt cum aſſenſu iudicare. *B. Thom. ſecunda* [...] *artic.*1.

Credere eſt actus intellectus aſſentiens diuinæ ve[...] rio voluntatis motæ à Deo per gratiam. *B. Thom ſecu*[...] 2. *art.*9.

Credere eſt dictis vel factis decem habere: vnde c[...] dulitas: aliquando eſt fidei committere, nonnunqua[...] committere, aliquando confidere. Interdum mutua[...] tores proprie dicuntur, quibus mutuata debetur pec[...]

¶ BIBLICI LOCI.

Credere in Chriſtum, vide Fides. Credere toto [...] non eſt perfecte omni ex parte Chriſto credere, ſed [...] taxat, & ſyncera mente Chriſtum amplecti. Hic enim [...] mos, vt toto corde fieri dicat, quod ſyncere & ex animo [...] cat, *vt Pſal.*12.3. & 111. & 119.10. & 138.1.

Credere Deo, Deum, in Deum: credere Chriſto, [...] filium Dei: Credere Euangelio, Dei & Chriſti Seru[...] ſunt in S. Scripturis frequentes & obſeruatu digni[...] homini phraſis eſt variæ ſignificationis. Credo, id eſt [...] re quapiam. *Deuteron.*26.66. *Iob.*24.22. Credo, id eſt [...] quampiam fidei alicuius amici vel ſerui. *Geneſ.*39.4. [...] Credo, id eſt, exiſtimo, *Deut.*2.21. *Iob.*15.22. *Act.*9.26. [...] mia damnatur, *Prou.*14.15. *Eccl.*7.22. 2. *Tim.*3.34.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Innocens credit omni verbo: aſtutus conſiderat [...] *Prou.*14.

Qui credit cito, leuis corde eſt. (Ideo non omni [...] *Eccleſ.*19.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Lucret. l.3. de Nat. rerum.

*Sed neq; tam facilis res vlla eſt, quin ea primum*
*Difficilis magis credendum conſtet: itemq;*
*Nil adeo magnum, neq; tam mirabile quicquam,*
*Quod non paulatim minuat mirarier omnes.*

Ouid. 2. Eleg.

*At vos quid quiſq; loquatur,*

Idem l.3. de Triſt.

*Vix equidem credat, ſed cum ſint præmia falſi,*
*Nulla ratam teſtis debet habere fidem.*

Hor.l.1.epiſt.ad Quin.

*Tu recte viues ſi curas eſſe quod audis.*
*Iactamus iampridem omnis te Roma beatum.*
*Sed vereor ne cui de te plus, quam tibi credas,*
*Neve putes alium ſapiente bonoq; beatum.*

Phocylides.

*Μὴ πίστευ τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψῃ.*
*Noli credere celerrime, antequam vere finem videas.*

Heſiodus.

*Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.*
*Credulitas ſane ſimul & incrudelitates perdiderunt viros;*

Menander.

*Μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.*
*Ne omnia conare omnibus credere ſemper.*

Ouid.l.3.de arte.

*Nec cito credideris: quantum cito credere lædat,*
*Exemplum vobis non leue Procris erit.*

Verinus.

*Qui cito crediderit, falletur ſæpe, leuisq;*
*Eſt cordis: raro fallitur ipſe ſenex.*

¶ Exempla Sacra.

...dulitatis exempla: Laban, *Gen.*13.v.1.2. Putiphar, 39.19. Io... *Ioſ.*9.v.14.15.1.*Sam.*25.12. Hanon, 2.*Sam.*10.4. Dauid, 16.4. Rex ...rum, 2.*Reg.*7.14. Rex Perſarum, 1.*Eſdr.*4.21. Aſſuerus, *Eſth.*3. Princeps Sedechiæ, *Ier.*37.15. Darius, *Dan.*6.9. Magiſtratus, *Act.* & *Epheſ.*19.28.

¶ Historica Exempla.

...*Cæſar*, cauſa præcipue quæſtus, tantum delatoribus tri...nemini fidem abrogaret, ſiue quid veri, ſiue vani referret: ...*ab Alex.l.*4 *c.*22.

...*Auguſtinus*, poſteaquam excuſſa Manichæorum hæreſi ...mo more aſſenſionem cohibere didicit: D. Ambroſii Epi...cionibus interfuit, vt audiret quidem, ſed omni tamen ...cedere reluctaretur: *Aug.l.*6.*Confeſſionum, cap.*5.

# Crudelitas.

¶ Definitio: et Etymolog.

...delitas, Græce *ὠμότης, ητος, ἡ*, & *ὠμὸς, ῦ, ὁ*, crudelis dicitur. ... atrocitas animi in pœnis exigendis, *ſecundum Senecam* ...*clementia.*

...delitas eſt vitium, humanum excedens modum puniendi ...*Thom. ſecund. Sec. q.*159 *art.*1.

¶ Biblici Loci.

...delitas damnatur, *Deut.*25.v.2.3. *Prou.*11.17 & 12.10. *Eſa.*47.6. ...*Zach.*1.15.2.*Tim.*3.3.*Iac.*2.6 & 5.6. auaritiæ comes eſt, 5.4. ...*Iudic.*9.v.56.57.2.*Paral.*23.15.*Matth.*25.v 41.42.2.*Theſſ.* ...13.14.& 5.5.

...delitas Hebr. *Achzar*, & *Achzerijuth* à verbo *Cazar*, crude...ius eſt atrociter. Cognationem habet cum verbo *Gazar*, ... *κείρω* trunco. Crudelitatem à cruore nonulli dictam ...quem crudeles effundunt. Alii à cruditate: quemadmodum ...ma, quæ mitia non ſunt, cruda dicuntur: ita & homines ...

¶ Patrvm Sententiæ.

...quid ſtultis & inſenſatis, ac brutis animalibus leuia verba; ...agis aſpera, vt tales decet, dum delinquũt, obiicienda ſunt? ...contingit, vt leniter ac cum dulcedine correctio prola..., & e contra humilitatis verba deſpectionis iacula emit...ſeruia ſunt. *Auguſtin. in lib. de conflictu vitiorum & vir-*...

...facit homines, diuitiarum ambitus: ſuperbiæ odioſa ia...perem & mendicum: ſola ſæuitia eſt vel crudelitas, cu...nor quæritur, nec abundantia facultatis ambitur. *Caſſ. in*...

...prodeſt crudelibus perſequi, quos vident perſecutionibus ...geri? *ibid.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Virg.l.8.Æn.de Mezentio.

*Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,*
*Componens manibusq; manus atq; oribus ora,*
*Tormenti genus, & ſanie taboq; fluentes*
*Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.*

Ouid.de Triſt.l.3.Eleg.5.

*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni;*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis habet:*
*At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi;*
*Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.*
*Maius apud Troiam forti quid habetur Achille?*
*Dardanij lachrymas non tulit ille ſenis.*

Ouid.Epiſt.7.

*Te lapis & montes, innataq; rupibus altis*
*Robora, te ſæuæ progenuere feræ.*

Idem 3.Triſt.11.

*Sæuior es triſti Buſiride, ſæuior illo,*
*Qui falſum lento torruit igne bouem:*
*Quiq; bouem Siculo fertur donaſſe tyranno,*
*Et dictis artes conciliaſſe ſuas.*

Lucan.2.

*Quid ſanguine Manes*
*Placatos Catuli referam? cum victima triſtis*
*Inferias Marius, forſan nolentibus vmbris,*
*Pendit inexpleto non fanda piacula buſto:*
*Cum laceros artus æquataq; vulnera membris*
*Vidimus, & toto quamuis in corpore cæſo,*
*Nil animæ lethale datum, moremq; nefandæ*
*Dirum ſæuitiæ pereuntis parcere morti.*
*Auulſæ cecidere manus, exſectaq; lingua*
*Palpitat, & muto vacuum ferit aera motu,*
*Hic aures, alius ſpiramina naris aduncæ*
*Amputat: ille cauis euoluit ſedibus orbes,*
*Vltimaq; effodit ſpectatis lumina membris.*
*Vix erat vlla fides, tam ſæui criminis vnum*
*Tot pœnis cepiſſe caput, ſic mole ruinæ*
*Fracta ſub ingenti miſcentur pondere membra:*
*Nec magis informes veneunt ad littora trunci*
*Qui medio periere freto.*

Claud.1.Ruff.

*— Quis prodere tanta relatu*
*Funera, quis cædes poſſet deflere nefandas?*
*Quid tale immanes vnquam geſſiſſe feruntur,*
*Vel Scinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profunda*
*Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla?*
*O mites Diomedis equi, Buſiridis aræ*
*Clementes, iam Cinna pius: iam Spartace lenis*
*Ruffino collatus eris.*

Ouid.6.Faſt.

*Filia carpento patrios initura penates,*
*Ibat per medias alta feroxq; vias.*
*Corpus vt adſpexit, lachrymis auriga profuſis*
*Reſtitit, hunc tali corripit illa ſono:*
*Vadis, an expectas pretium pietatis amarum?*
*Duc, inquam, inuitas ipſa per ora rotas.*
*Certa fides facti eſt, dictus Sceleratus ab illa*
*Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt.*

Sen.Oct.

*—Dedit infandi*
*Sceleris pœnas cum Tarquinio*
*Tullia coniux, quæ per cæſi*
*Membra parentis egit ſæuos*
*Impia currus, laceroq; ſeni*
*Violenta rogos nata negauit.*

Silius 13.

*Cum ſubito adſpectu turbatus Scipio poſcit*
*Quæ pœnæ cauſa, & qui ſint in crimine Manes*
*Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,*
*Et ſtetit adductis ſuper ora trementia frænis*
*Tullia, non vllos ſatis exhauſtura labores,*
*Ardenti Phlegethonte narrat fornacibus acris,*
*Fons rapidus fuerit, atq; vſtas ſub gurgite cautes*
*Egerit, & ſcopulis pulſat flagrantibus ora.*

Periand.per Auſſon.

*Multis terribilis, caueto multos.*

¶ Sententiæ Philosophorvm.

Euitabis crudelitatem, & miniſtram crudelitatis iram. *Et alibi:* Reſpue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram. *Seneca libr. de Moribus.*

Non tam omnibus ignoſcere eſt crudelitas, quam nullum modum tenere. *Sen. lib. de Clement. ad Neronem.*

Crudelitas nihil aliud eſt, quàm atrocitas animi in pœnis exigendis. Crudeles vocabo, qui puniendi cauſam habent, modum nõ habent. *idem.*

Plerunque homines in ſuis domibus ſæuiſſimi tyranni, in alienis humillimi ſerui ſunt. *idem.*

Crudelitas minimè humanum malum eſt; indignumque regio animo. Ferina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere & vulneribus, atque abiecto homine in ſylueſtre animal tranſire. *idem ibidem.*

Crudelitas in barathrum tartari abiicit, vnde nunquam egrediuntur. *Plato de legib.*

Parce effundere humanum ſanguinem: quia hoc illius eſt, qui nouit ſecreta cordium. *Ariſt. ad Alexand.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. *Cic. in Caton. maior. alias de Senectute.*

Nec eſt vnquam vtile quod eſt crudele. *Idem in offic. l. 3. o. 15.*

Crudelitatis horridus eſt habitus, truculenta facies, violenti ſpiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis referta, cui ſilentium donare, incrementum eſt adiicere. Etenim quem modum ſibi ipſa ſtatuet, ſine ſuggillationis quidem frenis fuerit reuocata? ad ſummam, cùm penes illam ſit timeri, penes nos ſit odiſſe. *Val. Max. l. 9. c. 2.*

Ne Luxuriæ quidquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obſtat. *Curtius, lib. 9.*

Miſerum eſt inſtrumentum ſenectuti recordatio crudelitatis. *Amm. Marcellin. l. 29.*

## ¶ Apophthegmata.

*Timon*, cum Alcibiadem adhuc puerum obuiam habuiſſet; & deoſculatus ei plurimum blandiretur, rogantibus quibuſdam, quæ inſuetarum blanditiarum cauſa eſſet? Reſpondit, amare ſe eum puerum, quod præuiderit ipſum quandoque Athenienſibus magnorum malorum cauſam fore, qua ſpe ſola fruebatur. Etenim propter immanem naturam id ei placebat, quod alii iure omnes abominabantur. *Fulg. l. 9. c. 11.*

*Alexander Pheræus* tyrannus maxime truculentus ſæuusq; eſſe videbatur, Theodoro vero tragico poeta, cum acri animorum affectu & commiſeratione Ætopem agente, lachrymas profudit, ſurgensque de theatro receſſit. Verum purgans & excuſans ſe apud Theodorum, affirmauit ſe nõ idcirco abiiſſe, quod illum aut aſpernari, aut contumelia afficere voluiſſet: ſed quod puduiſſet ipſum hiſtriones incommodis & affectionibus miſericordem videri, ſuis vero ciuibus & ſubditis non item. *Ælian. l. 14. de var. hiſt.*

*Vxor Hannibalis* ſcelerata atque atrox nimis vxor, inſpecta humani ſanguinis foſſa, pulchrum in ea eſſe ſpectaculum dixit. *Fulg. l. 9. c. 11.*

*C. Fimbria* procurarat, vt Scæuola in funere C. Marii iugularetur, quem vt cognouit ex vulnere recreatum, apud populum deferre inſtituit. Rogantibus, quid optimo innocentiſſimoque viro eſſet obiecturus; Obiiciam, inquit, quod parcius corpore telum recepit: quaſi hoc ipſum crimen eſſet, non periiſſe. *Bruſ. l. 2. c. 9.*

*Q. Catulus.* Quum Syllana crudelitas magna licentia ſæuiret in capita ciuium (nam occiſi feruntur ſupra nouem millia) percuſſoribus libere per vrbem vagantibus, ac cæteris metu attonitis, Qu. Catulus palam auſus eſt dicere Syllæ: Cum quibus tandem victuri ſumus, ſi in bello armatos, in pace inermes occidimus; *Eutrop.*

*Sylla* ſeptem millia Romanorum occidi iuſſit: ac quum in vicino ad ædem Bellonæ ſedens exaudiſſet exclamationem tot millium ſub gladio gementium, exterrito ſenatu: Hoc agamus, inquit, P. C. ſeditioſi pauculi meo iuſſu occiduntur. *Bruſon lib. 2. cap. 9. ex Plut.*

P. *Teleſinus*, cum in eo bello, quod Sylla contra patriam geſſit magno Reipub. Romanæ detrimento ad portam Collinam parum proſpere pugnaſſet, ac vociferaretur, eruendam delendamque vrbem, adiecit: Etiam nunquam defuturos Italicæ libertatis, lupos, niſi ſylua, in quam refugere ſolerent, penitus eſſet exciſa. *Velleius Paterculus, & Cuſpinian. in Conſulib.*

*L. Catilina*, obiicienti Ciceroni, incendium à ſe excitatum: Sentio quidem (ait) verum ſi aqua illud non potero, ruina extinguam. *Bruſ. l. 2. c. 9.*

*Auguſtus Cæſar*, audiens inter pueros, quos in Syria Herodes, crudeliſſimus Iudæorum Rex, interfici mandauerat, filium quoque eius interfectum, dixiſſe fertur: Se malle ſuem quam filium Herodis eſſe. Inter Iudæos enim cum verſaretur, à ſuilla carne prohibita abſtinebat, iuxta legem. *Macrob. l. 2. c. 4. Sat.*

*Idem* cœnabat apud Atedium, ſiue Vedium Pollionem, ibi fregerat quidam è ſeruulis vas cryſtallinum, qui ilico iuſſus eſt ab Atedio rapi, & murenis obiici. Puer ad Cæſaris pedes confugit, nihil aliud petiturus, quam vt aliter periret. Cæſar motus nouitate crudelitatis, & puerum dimitti, & cryſtallina omnia ante ſe frangi iuſſit, & compleri piſcinam. Amicum autem grauiter increpauit: E conuiuio, inquiens, rapi homines imperas, & noui generis pœna lacerari? Si calix tuus fractus eſt, viſcera hominis diſtrahentur? Tantumve tibi placebis, vt aliquem duci iubeas, vbi Cæſar eſt? *ex Sueto. & Sen.*

*Theodorus Gadareus*, is Tiberii Cæſaris in Rhetoricis præceptor, animaduertens in puero ſanguinarium ingenium ſub ſpecie lenitatis & clementiæ latitans ſubinde inter obiurgandum appellabat illum, lutum ſanguine maceratum. Ab initio quippe ſui imperii miram lenitatem præ ſe tulit, ſed in progreſſu ad immanem crudelitatem prolapſus eſt. *Vt Suet. teſtis eſt in eius vita.*

*Tiberius*, quum cuſtodias recognoſcentem eum quidam rogaret, vt ſupplicium maturaret, reſpondit: Nondum redii tecum in gratiam. Humanitatis officinm eſſe putauit, ſi damnatum cito occidiſſet. *Suet.*

*Idem* C. Caligulæ ideo imperium reliquiſſe dicitur, quo memoriam ſcelerum ſuorum maioribus Caii ſceleribus obrueret: vterq; maxima atq; nobiliſſima pars ſenatorum poſt mortem ſuam necaretur. Sæpe enim dictum illud vetus fertur vſurpaſſe [...] terra cum igni miſceatur. *Dion Nicæus in eius vita.*

*Nero* poſt multa nefanda facinora, quum vrbem [...] um viuus perdere funditus optaret: Priamum mir[...] beatum fuiſſe dicebat, quod patriam ſimul cum re[...] vidiſſet. *Xiphilin. in Nerone.*

*Idem*, quum amitam ex duritie alui cubantem vi[...] tractans lanuginem eius (vt aſſolet iam grandioribus [...] ditias forte dixiſſet: Simul hanc excepero, mori volo [...] proximos, confeſtim ſe poſiturum (veluti irridens [...] medicis, vt largius purgaret ægram, quo citius e[...] *Bruſ. l. 2. c. 9.*

*Idem*, quodam in colloquio proferente Græcum v[...]

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί:

Id eſt,

*Me mortuo terra miſceator incendio.*

ſubiecit. Imo ἐμοῦ καὶ ζῶντος, id eſt, me etiam viuo. Qu[...] aliquando committitur Reſpubl. *6. apop.*

*Idem*, columnis ſtatuarum eiuſdem illud adſcriptum [...] cantando me excitarunt, indigniſſime tulerat Gallia[...] nem proinde decreuerat, Galios omnes Romæ agen[...] re, prouinciamque exercitui diripiendam tradere. *Suet.*

*Agrippina*, quum iuſſu Neronis occideretur, ac [...] rum in eam ſtringeret, ventrem oſtendens, clamaba[...] cute, hic eſt ferro fodiendus, qui portentum illud ge[...] *nius.*

*Nero.* Veſtinus conſul, quum eodem die omnia m[...] obiiſſet, è conuiuio repente ad ſupplicium raptus eſt. [...] hil aliud, quam exitium expectabant. Horum pa[...] Nero, dixit, illo ſatis ſupplicii luiſſe pro epulis con[...] hoc à clemente dictum, ſi cætera Neronis facinora [...] *Nerone.*

*Caligula*, vt alia omni in re, ita verbis quoque [...] perſæpe repetens: Oderint dum metuant. Optabat [...] Rom. vnam habere tantum ceruicem, vt vno ictu [...] ſimul poſſet. *Fulg. l. 3. c. 11. ex Suet.*

*Idem.* Vir quidam prætorius valetudinis cauſa ſe[...] cyram, petito à Caligula Cæſare commeatu. Is cum [...] prorogari commeatum, mandauit interfici, & adie[...] eſſe ſanguinis miſſionem, cui tamdiu non profui[...] Solent enim medici in morbis validioribus venarum [...] Et in Anticyram nauigabant, quibus opus erat purg[...] *apoph.*

*Idem*, quum deſtinaſſet interficere fratrem ſu[...] ſpicaretur ſeſe medicamentis præmunire, ita locu[...] tum aduerſus Cæſarem? Timebat ille venenum, [...] poſſet alio quouis modo trucidare, quem vellet e[...] *6. apoph.*

*Vitellius*, poſtquam occiſum Othonem in camp[...] gnouit, eoq; veniſſet, abhorrentibus quibuſdam ca[...] deteſtabili voce confirmare auſus eſt: Optime ole[...] & melius ciuem. Sed hic tandem religatis poſt terg[...] iecto ceruicibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudus in[...] eſt inter ludibria, per totum viæ Sacræ ſpatium, re[...] noxii ſolent, quibuſdam etiam cœno ſtercoreq; in[...] dem apud Gemonias minutiſſimis ictibus excar[...] ctusque eſt, indeq; vnco in Tyberim tractus. *Bruſ. [...] l. 9. c. 11. ex Tacito.*

*Antoninus Caracalla*, cum direptis ciuium bonis [...] exhauſtis ærariis, ſua crudelitate ingentem corra[...] eamq; indifferenter nefariis hominibus diſtribueret [...] Iulia matre, vt pecuniis aliqua ex parte parceret, a[...] partem in alium vſum ſibi reſeruaret, ſtrictum gla[...] matri, reſpondit: Læto ſis animo, quamdiu hunc ha[...] nobis deerit pecunia. Oſtendens, nullam pecuniam [...] adeo recognitam eſſe, quam ſua crudelitate extorq[...] *Dion Nicæus, & Xiphilinus in vita. Antonini.*

## ¶ Similitudines.

*Philonis Iudæi.* Sicut bene compacta corpora ex[...] firmantur, & acquirunt robuſtam inuictamque ha[...] ferox & immitis natura, occupata ſui ſimilibus, [...] rior, inacceſſa miſericordiæ, qui vnus affectus bonus [...] *Lib. de Ioſeph. fol. 346.*

*Origenis.* Sicut canis inſanus ſaxo percuſſus, dum [...] ſequi non præualet, ad ipſum furore conuertitur [...] pedibus dentibusque diſſipare perquirit: Non a[...] præcipitatus iracundia, ſolitoque inſaniæ ſuæ me[...] tium cæde verſatus & concitatus eſt. *Super illud* [...] *Domini, &c.*

*Hieronymi.* Igitur conſularis, paſtis cruore lumin[...] guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitit, duplica[...] & ſæuum dentibus frendens, ſimilem carnifici [...] nam, niſi confiteretur ſexus infirmior, quod ne[...] rere reticere. *Ad Innocentium.*

## ADAGIA.

...liana imperia.

...congruit in hos, qui ſæuiunt in eos, in quos ius nacti ſunt, & ...ut rigida iuris obſeruatione, humanitatis & æquitatis obli-...antur.

...era Syloſontis ampla regio. ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη.

...nuenit in acerbè gerentem magiſtratum, cuius vitio deſera-...ut incolis regio.

...alaridis imperium. Φαλάριδος ἀρχή.

...dicetur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut pote-...m ſibi delegatam. *Lucianus.*

...nium quos Sol videt.

...t & illa figura prouerbiales: *Omnium quos terra ſuſtinet, ...s ſol videt, peſſimus, optimusue. Plaut. in Sticho: Meliorem ...e tu reperies, neque videt ſol.*

...nis herus ſeruo monoſyllabus. πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλ-...ος.

...is & potentibus breuiſſimo tantum verbulo eſt opus, vt vel ...nt, vel renuant.

*Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.*

...re more. Βυδόρῳ νόμῳ.

...ut alibi reperitur, Βυδόρων νόμῳ, id eſt, Budororum more ſeu ...das interpretatur de iis, qui digni ſunt, vt vel bonis ritu ...entur.

...ni manu. Ἀμυνίᾳ χειρί.

...ium prorſus quod eſt, nefaria, impia, crudeli.

Crudelis Bacchus. ὠμηστὴς Διόνυσος.

Baccho quondam viuos homines ſacrificari mos erat. Vnde in cru-...nuenit, ſiue quod temulentia feroces reddat & immites.

...n magis parcemus quam lupis. οὐ φεισόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων. ...d: *Haud magis parcemus ac lupis. Inde natum, quod anti-...lex ad interficiendos lupos, etiam præmio inuitabat apud* ...

...m ſanguine maceratum.

...r. *Gadareus Tyberij Cæſaris in arte Rhetorica præceptor, ...m in eo adhuc adoleſcente ſæuitiam quandam cum ingenij ...tandam inter obiurgandum illum ſubinde vocare ſole-...* αἵματι συμπεφυρμένον. *Lutum ſanguine maceratum. In-...tatem innuens ſanguine crudelitatem. Suet.*

...eſt oleum in lecytho. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ.

...n ſignificamus, non eſſe precibus locum apud inexorabilem. ...oleum ſignificat, ἔλεος miſericordiam.

...lachrymabiles. ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες

*De iis qui facile commouerentur ad miſericordiam, ac precibus ...tur. Nam illachrymare dicuntur, qui miſereſcunt.*

## EXEMPLA BIBLICA.

...es crudeliter tractantur. Exemplum: Adonibezech, *Iu-...* Crudelitatis exempla: Cain, *Gen.* 4. v. 8. Lamech, v. 23. 24. ... Ioſeph. 37. 20. 28. Rex Ægypti, *Exodi* 1. v. 16. 22. Naas, 1. *Sam.* 11. ... 19. v. 9. 10. & 22. 18. 19. Athalia, 2. *Paral.* 22. v. 1. Manahen, ... v. 14. 15. 16. Ioram, 2. *Paral.* 21. 4. Iſraelitæ, 28. 9. *Pſal.* 106. 38- ... *Eſth.* 3. a. 6. Hoſtes Babylonii, *Eſa.* 13. v. 15. 18. *Ierem.* v. v. 23. ...ni, *Amos* 1. 3. Filii Ammon, 1. v. 13. 14. Gentes, *Zach.* 1. 15. He-... *Matth.* 2. v. 16. Inuitati ad nuptias, 22. 6. Maledicti, 25. v. 41. 42. ...s, *Marc.* 6. 27. Scribæ & Phariſæi, 7. 12. Agricolæ, 12. 8. *Luc.* 20. ... Phariſæi, v. 47. Pharao, *Actor.* 7. 19. Paulus ante conuerſio-... v. 1. & 22. 4. Diotrephes, 3. *Ioan.* 10. Adonibezech, *Iudicum* 1.

## EXEMPLA HISTORICA.

...j captiuorum Athenienſium frontem inſcripſerunt no-...ptiorum frontem ante Athenienſes Samæna. *Plutarchus in* ...

*...ceslaus Imper. Bohamiæ rex*, adeo natura ferus & ſanguina-... aſſiduum penes ſe carnificem haberet, quem compatrem ...r appellabat, quia filium eius de fonte ſacro leuarat, & ...iliariter eo vtebatur. vt aliquoties vno eodemque equo ſe-... illum paſſus fuerit. *Dubrauius lib. 23.*

*...nibal Pœnus*, inſpecta humani ſanguinis plena foſſa, pul-...e ſpectaculum, dixit. *Fulg. lib.* 10. *c.* 11.

*...llius Cæſar*, ob cadaueris fœtorem via declinantibus cæteris ...per aceruum mortuorum profectus eſt, optime olere ho-...quiens, & præſertim ciuem. *Suet.*

...deſunt, qui teſtantur, Hiſpanos multa crudelitate vſos in In-...s bello captos trucidaſſe, vel eos in aurifodinas detruſiſſe, ...que laboribus oppreſſiſſe: adeo vt ex quindecies, vel, vt alii ..., vigeſies centenis hominum millibus, qui Hiſpaniolam in-...nt: vix hodie ad ſummum quinquaginta, vt quidam adſe-... ſuperſint. *Ioannes Metellus* in Epiſtola quæ Oſorio præfixa eſt, *...trus Cieza variis in locis.*

...Nihil tam atrocis ſupplicii & cruciatus ab immaniſſimis quibus-... Tyrannis excogitari potuit, quo non digni Chriſtiani iudicati ſint, ſub M. Antonino philoſopho. *Gallorum epiſtola apud Euſe-bium lib. 5. cap.* 1. aliquot crudeles formas numerat: inſidias domi foriſque, in omnibus publicis locis inclamationes, plagas, tractiones, direptiones, lapidationes, concluſiones, applicationes laminarum candentium, carceres tenebroſos, incluſiones in equuleo ad quintum punctum, in ipſis cuſtodiis ſtrangulationes, beſtiarum dentes, ferreas ſartagines, patibula, ventilationes ex cornibus taurorum, & ſimiles. *Theat. Zuingeri, folio* 2739.

*Cyrillus, Diaconus Helíopoli ad Libanum*, cum ſub magno Conſtantino, multa ſimulacra confregiſſet, ſub Iuliano ventre diſſecto iecur eius gentiles quoſdam deuoraſſe tradunt. *Suidas.* Aſcalone ſub Iuliano gentiles ſacerdotibus Chriſtianis & mulieribus virginitatem profeſſis aluos diſſecuêre & completas hordeo porcis obiecerunt. *Theod. libro* 3. *c.* 6.

*Hannibal*, ſæuitia potius quam arte militari conſtans, in flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit. Idem captiuos Romanos oneribus & itinere feſſos, iam prima pedum parte ſucciſa relinquebat. Quos verò in caſtra perduxerat, paria Romanorum iungens ferro decernere cogebat, neque ante ſanguine explebatur, quam ad vnum victorem omnes redegiſſet. *Theat. vitæ.*

*Ptolomæus* inter præcipua crudelitatis indicia referendus, filium ſuum nomine Memphitem, ex Cleopatra & ſorore & vxore ſuſceptum, liberalis formæ, optimæque ſpei puerum in conſpectu ſuo occidi iuſſit. Pedes eius, & caput, & manus in ciſtam chlamyde opertos pro munere natalitio matri miſit. Tandem cum animaduerteret quanto ſui odio patria teneretur, timori remedium ſcelere petens, quoque tutius regnaret, gymnaſium iuuentute frequens armis & igni circumdedit, omneſque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit. *ibid.*

*Mithridates* epiſtola vna octoginta millia Romanorum in Aſia, per vrbes negotiandi gratia diſperſa interemit, tantæque prouinciæ hoſpitales Deos, iniuſto, ſed non inulto cruore reſperſit. Nam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem ſpiritum ſuum tandem ſuccumbere coegit. *ibid.*

*Hetruſci*, viuorum corporum cadaueribus aduerſa aduerſis alligata atq; conſtricta, ita vt ſingulæ membrorum partes ſingulis eſſent accommodatæ, tabeſcere ſimul patiebantur, amari vitæ ac mortis tortores, *ibid.*

*Barbari* mactatarum pecudum inteſtinis, & viſceribus homines inſerebant, ita vt capitibus tantummodo eminerent, & quo diutius pœnam ſufferrent, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogabant, donec intus putrefacti laniarentur ab animalibus, quæ tabidis in corporibus naſci ſolent, *ibid.*

## HIEROGLYPHICA.

Præcipuum *gladij* fuit hieroglyphicum, vt pro crudelitate poneretur, cuiuſmodi nuncupatione Ægyptii *Odium* appellare ſoliti ſunt: qui quidem Perſarum Rex omnium crudeliſſimus ac maxime formidabilis, cæde omnia fœdauit, quacunque per Ægyptum progrederetur. *Per. Val. lib.* 42. *pag.* 414. *F.*

## APOLOGVS SEV FABVLA.

*Auceps & Caſsita.*

Auceps laqueos diſponebat, & ſtruebat inſidias auibus, cuius opera contemplans caſſita quid rei gereretur admirans, acceſſit propius & ſciſcitatur de homine, quid ſtruat? Reſpondit ille, ſe vrbem condere. Atque omnibus perfectis, occultat ſe intra ramos arborum. Caſſita ad nouam vrbem aſpiciendam celeriter aduolat, & laqueo implicita capitur. Cumque accurriſſet auceps, triſtis hæc illi: Si tales vrbes condis, inquit, non facile multos incolas reperies.

Fabula monet, male coli atque habitari cum oppida tum domus in crudelitate & rapinis principum.

---

# Crux.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CRVX, Græcè σταυρός, οῦ, ὁ, & σταύρωσις, ιος, ἡ, crucifixio dicitur. Eſt autem crux patibulum, in quo figuntur damnati: dictum à Græco κρούειν, quod eſt ferire, pulſare: hinc crucio, & cruciatus deſcendunt. Hebr. *hets*, Arbor: lignum, habens ſuos ramos extenſos. Dicitur etiam de ligno ſucciſo, quod ad res varias accommodatum, nempe ad idola, patibula, & alia fabricanda.

## LOCI BIBLICI.

Crux pro doctrina Euangelii, *Gal.* 5. 11. pro prædicatione Euangelii, aut Chriſti crucifixi, 6. v. 4. pro Euangelicæ prædicationis argumento, 1. *Cor.* 1. v. 17. per ſynechdochen: pro ludibrio, *Heb.* 6. 6. pro afflictione Chriſti nomine ſublata, μεταφορικῶς, *Mat.* 10. 38 & 16. 24.

*Marc.*8.*v.*34.*Luc.*9.23.*Phil.*3 18.libenter ferenda eſt. Vide afflictio. pro ipſo crucis Dominicæ ligno, *Matth.*27.32. *Marc.*15.21. *Luc.*32. *v.* 26. *Phil.*2. *v.*8. *Heb.*12.2. pro mortis, à Chriſto perpeſſæ, efficacia & dignitate, 1. *Corinth.*1. *v.*17.18. *Galat.*2.19. & 5.16. & 6.12.14. *Philip.* 3. *v.*16.

Crucifigere Chriſtum, *Hebr.* 6. *v.*6. metaphoricè eſt Chriſtum quaſi rurſus crucifixũ, omnium ludibrio exponere. Crucifigi vetus homo dicitur, *Rom.*6.6. qua loquendi formula idem declaratur, atque ſi peccatum diceretur mortuum: aut nos peccato mortuos eſſe cum Chriſto, niſi quod illud ἐμφατικώτερον eſt, mortis genus explicat, cuius participatione mortificamur peccato. Crucifixus mundo dicitur, *Galat.* 6.14. quem mundus deſpicit: Et mundus eidem crucifixus, *ibid.* qui mundum viciſſim nihili facit.

## ¶ Sententiae Biblicae.

### *Gloriatio in cruce.*

Benedictum eſt enim lignum, per quod fit iuſtitia. *Sap.* 14.

Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum Græcis autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis, Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. 1. *Cor.* 1.

Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Galat.*6.

Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. *Hebr.*13.

### *Quibus crux abominatio eſt.*

Quando peccauerit homo, quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eodem die ſepelietur, quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno. *Deut.*21.

Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt: iis autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. 1 *Cor.*1.

Imitatores mei eſtote, fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt. *Phil.* 3.

Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. *Hebr.*6.

### *Crucis baiulatio quoad neceſſitatem.*

Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me: non eſt me dignus. *Matth.* 10.

Et qui non baiulat crucem ſuam & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Luc.*14.

Non eſtis veſtri: empti enim eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corde veſtro. 1. *Cor.*6.

Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 2. *Cor.*4.

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. *Galat.*5.

Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. *Rom.*6.

Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuẽtem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. 12.

Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum me. *Galat.*2.

## ¶ Patrum Sententiæ.

Crux Chriſti nobis totius cauſa beatitudinis eſt, hæc nos à cæcitate liberauit erroris: hæc à tenebris reddidit luci: hæc debellatos reddidit quieti: hæc alienos Deo coniunxit: longe conſtitutos, proximos præſentauit: hæc peregrinantes ciues oſtendit: hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firmamentum: hæc donorum omnium abundans largitio. *Aug. in ſerm. de paraſceue.*

Hodie crux fixa eſt, & ſeculum ſanctificatum eſt, hodie crux fixa, & dæmones diſperſi ſunt: hodie crux fixa eſt, & mors ſubuerſa eſt: hodie crux vicit, & mors victa eſt, hodie diabolus vinctus eſt, & homo ſolutus eſt, & Deus glorificatus eſt. *ibid.*

Crucem, vt in ea gloriemur, dominus ſuo geſtans humero pro virga regni nobis commendauit, quod eſt grande ludibrium impiis, grande myſterium piis: & vnde mundi philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit: quod illi viſum eſt ſtultitia, Apoſtolo factum eſt ſapientia & gloria. *in epiſt. ad Galat.*

Signum crucis à nobis expellit exterminatorem, ſi tamen cor noſtrum Chriſtum habeat inhabitatorem *in Ioan.*

Author pietatis in cruce pendens teſtamentum condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens: Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, patri ſpiritum, Virgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis verè pœnitentibus crucem commendauit. *Ambroſ. in ſerm. de paſſione.*

Dei filius ſuſtinuit ignominiam crucis: & tu beatos putas, qui felicitate iſtius ſeculi, & deliciis perfruuntur. *Hier…*

Diabolus in virga crucis transglutiens carnem … transfixus eſt hamo diuinitatis. *in Euang.*

Chriſtus in paſſione patientiam exhibet, humilitatem … mendat, obedientiam implet, charitatem perficit: … gemmis quatuor cornua crucis ornantur, & eſt ſuper … tas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia, in profund… tutum humilitas. *ibid.*

Scapulis tuis obumbraſti mihi, &c. Sub his ſcapulis … bis beneficia conferuntur: ſub his enim abſcondimur … incurſu accipitrum & miluorum protegimur, quæ … ſtates. Sub his vmbraculum ſalubre nos refrigerat, & … ardorem repellit. Sub his quoque alimur & fouemur, … gemmis quatuor cornua crucis ornantur. *Bernh. in Cant…* *ne* 65.

Inueniemus nos in cruce gloriam. Nobis qui ſalu… tus eſt: & omnium plenitudo virtutum. *Bernh. ſerm.*2. … *ctione.*

Vide, quid de Deo tuo ſentias, vide quantum de … Vide quis brachiis vicariæ charitatis amandus & ample… qui tanti te æſtimauit, imò qui tanti te fecit. De latere … formauit, quãdo pro te in cruce obdormiuit, & ob hoc … tis excepit. Propter te à Deo patre exiuit, & matrem … liquit, vt adhærens ei, vnus cum eo ſpiritus efficiaris. … *mone* 28.

Crux eſt humilium tuitio inuicta, ſuperborum de… Chriſti, perditio Diaboli, infernorum deſtructio, cœle… matio, mors infidelium, vita iuſtorum, de qua Ioann… mus, Crux eſt Chriſtianorum ſpes, crux Romanorum … tuorum reſurrectio, cæcorum dux, conuerſorum via, … baculus, pauperum conſolatio, arbor reſurrectionis, … æternæ. *Caſſ in Pſal.* 4.

Crux Chriſti clauis eſt paradiſi, hæc infirmorum ba… rum virga, conuertentium manuductio, proficientium … nimæ ſalus, & corporis, omnium malorum auerſio, … rum datrix. *Damaſ. l.* 4.

Crux non ſolum dicitur, quæ tempore paſſionis lig… conficitur, ſed quæ totius vitæ curriculo cunctarum … virtutibus coaptatur, vt non ſolum intelligatur cru… lum, ſed piæ vitæ virtutiſque propoſitum. Vnde omn… vita, qui ſecundum Euangelium vixerit, crux eſt atque … *Max. in ſerm. de martyr.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Sicut is qui ſuper excelſam petram ſta… det, quos videt ad littus, magno impetu rumpere, & … ſpumam ſolui: ita & ſanctus hic N. virtuti vacans, in … tutus loco, nihil inſuaue fert à rebus turbulentis, ſed … nimo, & quietus ſedet. *hom.* 22. *in Gen.*

*Sicut granum* tritici incluſum in palea, foras non eg… fuerit trituratum. Sic & homo de impedimentis mu… de rebus carnalibus quaſi in palea inuolutus, difficile … fuerit aliqua tribulatione vexatus. *in cap.*3 *Matth.*

*Sicut plenum* granum mox vt leuiter percuſſum fuerit … ſua exilit foras: ſi autem ſubtile fuerit, tardius egreditur … egreditur nunquam: ſed illic conteritur in palea ſua, & … leis foras iactatur: ſic omnes homines in rebus carnal… tur, ſicut grana in palea. Sed qui fidelis eſt, & boni cordis … delam, mox vt leuiter tribulatus fuerit, negligens … lia, currit ad Deum. Si autem modicè infidelior fuerit … tribulatione vix recedit, & vadit ad Deum. Qui autem … & vacuus, quantumuis contritus fuerit, ſicut granum … palea non egreditur: ſic nec ille de carnalibus rebus & … tis mundialibus vnquam egreditur, nec tranſit ad Deum … manibus conſtitutus conteritur, vt cum infidelibus … leis foras proijciatur. *in c.*3. *Matth.*

*Sicut triticum* primum quidem trituratur, & quum … fuerit, in vno loco iacet cum paleis confuſum, poſtea … latur, vt quæ fuerant iam diſiuncta corporibus, ſepar… ſic & populus in Eccleſia aut moribus conteritur car… mam ſemper vrgentium, aut caſtigationibus corpor… virgis quibuſdam, aut conculcationibus iniquorum & … quaſi calcibus irrationabilium iumentorum, vt diſiunga… libus per diuerſas contritionum ſpecies. *in c.*3. *Matth.*

*Nunquid tu potes,* quum ſit meſſis tua in agro, … ſeparare? Et ſi tentaueris, nec paleas à tritico ſeparas, & … militer cum paleis perdis: ſic non poterat fieri, vt De… aut Gentibus iam electos ſine tentatione diſcerneret, & … *c.*3. *Matth.*

*Sicut botrus* multa in ſe grana ligno mediante ſuſpen… Chriſtus multos ſibi fideles per ſignum crucis adiunct… *c.*7. *hom.*16.

*Ponamus,* aliquem ſeruum multarum pecuniarum …

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…ſe eſſe debitorem, vim quoque perpeti ab iniquis homini-… hanc ſeruum & aliquanta eorum quæ habebat amittere. Si i-… dominus valens coercere raptorem, non quidem ſeruo reſti-… recepta, ſed cuncta tamen quæ perdidit, ſibi illa computet red-… ſe, nonne etiam lucra damni occaſione colligit? Quod certè ab … bus probatur abſque ambiguo. Hoc & in nobis, cum iniuſtè … patimur, cogitemus: qui ſcilicet pro illatis iniuriis nobis … miſſionem accipiamus omnium peccatorum, aut ſi in nobis tan… delicta non fuerint clarioribus honoremur coronis. *Homil. 9. in Matth.*

Pondus terreſtrium dominorum atterit paulatim vires mini-… ſtrantium. Pondus autem Chriſti magis adiuuat baiulantem, quia … nos portamus gratiam, ſed gratia nos. *In Matthæum cap. 11. homil. 8.*

Sicut facilius eſt homini pauperi & in anguſtiis conſtituto, diſci… : diuiti autem & abundanti, difficile: ſic illis inter gaudia … difficile fuit tenere iuſtitiam, nobis autem inter tribulatio… mundi facile. *In c. 10. Matth. hom. 34.*

Cum nemo in arena ſeipſum exerceat, quomodo aliquis in cer… ne inſignis erit, atque conſpicuus? quis vnquam athleta non … ineunte adoleſcentia in palæſtra corroboratus, potuit in Olym… excelſo & magno animo aduerſarium aggredi? An non opor… quotidie luctari, atque currere? Nonne videtis eos, quos certa… athletas appellant, cum nullum forte reluctatorem repere… ad ſaccum arena plenum vires ſuas excitare, iuniores cum iu… bus, quaſi cum aduerſario pugnam inire? hos imitari, ſtude. ac … philoſophiæ inſtituta meditare, ac confirma. In… ge compaſſiones, vince animi labes. *Homil 34. in Matth.*

*Sicut ægrotus* in doloribus poſitus, omni homini oſtendenti ſibi … remedium, facile credit, non dijudicans perſonas medi… neque diſcutiens artificia eorum: ſic & tunc (nimirum … exurgent pſeudochriſti) ſancti in neceſſitate perſequutio… poſiti, & quaſi ægroti deſiderantes refrigerium Chriſti, omni… referentibus aliquid de Chriſto, facilè credent. *in 24. Matth. homil. 49.*

*Si quis* pro amicis aliquid paſſus gloriatur, ſi quis propter Deum … tolerat, quam ſentire moleſtiam putandum eſt? Oportet in … grauibus & moleſtis, non labores, ſed præmia conſiderare. Quemadmodum mercatores, non maris pericula, ſed lucrum expe… ita & nos cœlum & Dei præſentiam. *Homilia 76. in Iohan.*

*Sicut filij* parentes, & diſcipuli magiſtros in certaminibus atten… formantes mentem ex parte doctorum per viſum, regulas … ſumentes: ſic etiam hic ſi volumus currere diſcere, & be… currentes, ad Chriſtum attendamus, authorem (inquit) fidei ve… & conſummatorem Ieſum, qui pro gaudio ſibi propoſito ſuſti… crucem. *hom. 28. epiſt. ad Hebr.*

Similiter ſicut qui mare nauigarunt, & innumeras procellas tu… multasq; hyemes perpeſſi ſunt, antequam merces referunt, … ſuæ peregrinationis lucrum reportant, eò quod ali… fidentiores ſunt, ac pelagi ſæuitiam minus horrent: nam… intrepide, & voluptate quadam tranſmarinas peregrinationes … diuntur: Ita & qui in præſenti vita, propter Chriſtum multas … afflictiones, multaque grauia patitur: etiam antequam regni … um magnam illam retributionem aſſequatur, magna hic po… fiducia, animamque ſuam ita exceſſam efficit, vt poſthac gra… omnia quaſi è ſublimi derideat. *homil. de reſurrectione.*

Sicut athletæ in theatro, & in ſudore, puluere, & æſtu multo, & … bus, & ærumnis pugnandum eſt: ita & iuſtum hic multa ſuſti… oportet, & ferre omnia vtiliter, ſiquidem præclaras illic acce… eſt coronas. *hom. de reſurrectione.*

Nonnunquam agricola, cum ſementem fecit, cum agrum co… cum iam ſegetem increſcere vidit, ſpe tandem, & retributione … excidit: quia vel grando, vel erucæ, vel locuſtæ, vel alia … talia acciderunt: & poſt multos labores vacuis manibus … regreditur. Mercator quoque poſt longam nauigationem … oneratam nauim, ſæpe in ipſo portus oſtio irruentibus ven… impingit in ſcopulum, & vix nudo corpore ſaluato egreditur. Et … , in ſecularibus negotiis omnibus ſæpe ſub finem eiuſ… calamitates eueniunt. Cæterum non idem in tuis contingit … ibus: ſed neceſſe omnino eſt, vt qui certauerit, & pietatem … auerit, multosque labores tulerit, finem ipſum aſſequatur. … aeris intemperie, neq; ventorum tempeſtate laborum mer… ſubuerti ſinit Deus, ſed repoſitæ ſunt illæ in cœleſtibus & in… pabilibus theſauris. *hom. de reſurrectione.*

Laborioſa lex, & multum oneris habet: ſic igitur & magnam ha… coronam. Eiuſmodi namque laborioſa magnas habet retribu… . Tu verò nequaquam laborem attende, ſed retributionem … dera. Sic & in vitæ rebus fit. Si enim laborem perſpexeris, gra… atque onerosum: ſi verò retributionem cogitaueris, leue ac fa… quod ſubeſt. Sic & gubernator, ſi fluctus viderit ſolum, nuſ… portu ſcapha digredietur, ſed ipſam præ fluctibus vtilitatem … modumque metietur, atque ita demum in nobili ſe credit pe… . Sic & miles, ſi vulnera cædesque viderit, non iam induet tho-racem: ſi verò triumphos præ vulneribus, victoriasque, in pratum quaſi concurrit ad prælium. *De pœnitentia. ſerm. 6.*

Sicuti in igni probatur aurum: ſic homo ſit acceptus in camino deiectionis. *Contra Iudæos orat. 5.*

*Cypriani.* Viator, qui ambulando laborat, ideo laborem patienter tolerat, quia tandem peruenire ſperat: tolle ſpem perueniendi; continuò franguntur vires ambulandi. Medicus expromit ferrum ad ſecanda vulnera, & dicit ei, quem ſecturus eſt: Patiens eſto, ſuſtine, tolera, in doloribus exigit patientiam, ſed poſt dolorem promittit ſanitatem: ægrotus autem, niſi ſanitatis ſpem ſibi proponeret, in dolore, quem patitur, deficeret: ita & iugum Domini portantibus ſpes gloriæ miram parit conſolationem. *De ſingularitat. Clericorum.*

*Idiotæ viri ſanctiſſimi.* Sicut cibus adhæret vaſi, in quo coquitur, niſi amoueatur, ac perdit ſaporem debitum, debitumque colorem: ſic cor hominis adhæret iſti mundo, niſi amoueatur per tribulationes. *De patientia vera contemplatione. §. 3.*

Sicut mare Ægyptios operuit, ac Iſraelitis non nocuit: ſic amaritudo tribulationum opera vitiorum impediet, ac virtutum opera iuuabit, ſicut ſcriptum eſt: Curatio (id eſt tribulatio) ceſſare faciet peccata maxima. *ibid.*

*Laurentij Iuſtiniani Patriarchæ.* Quemadmodum continuus ſucceſſus temporalis indicium eſt damnationis: ita flagelli eruditio cum patientia, indubium prædeſtinationis agnoſcitur eſſe præſagium. Quem diligit enim Deus, caſtigat: ac flagellat filium, quem recipit. *De contemp. mundi, c. 20.*

*Anonymi.* Vt hyeme media halcyones ſumma fruuntur tranquillitate, & hanc etiam aliis communicant: ita eum maxime ſæuit fortuna, tum maxime animi tranquillitate fruuntur pii, & hanc in alios, quos poſſunt, transfundunt. *in ſimilib.*

*Thrineri.* Quemadmodum ferrum, quod in optimam & artificioſiſſimam figuram paratur, ſæpius ad incudem repetitur: ita quo quiſque poſtea maioribus deſtinatur, eo hic pluribus malis affligitur. *in apoph. 215.*

Filii, dum adhuc deſipiunt, caſtigationem parentum conqueruntur, ſed poſtea boni conſulunt: Et ſi Deus aperiret oculos noſtros, gauderemus malis nobis à Deo inflictis. *in apophtheg. 14.*

Nihil prodeſt medicamentum, niſi quis eius prius concoxerit amaritudinem: nihil etiam confert crux Chriſti iis, qui detrectant eius viciſſitudinem. *in apoph. 65.*

Sicuti medicamentum à principio amarum faſtidio exiſtit, ſed poſteaquam concoctum eſt, dulceſcit, ſanitatemque inducit: ita tribulatio, anxietas, tandem manifeſtam conſolationem parit. *in apoph. 69.*

Nemo coronam accipit, niſi legitime certarit: Et cum Deus hominibus mxaime imminet, quando illos fortuna vrget. *in apopht. 197.*

Ebrius non ante mentem recipit, quam crapulam excoxit: Nec homines blandiore fortuna inſolentes antea ad Deum redeunt, quam amiſſis diuitiis in paupertatem incidant. *in apophthegmatibus 20.*

Bonum eſt medicamentum, quod ad primum habitum nos reducit. Et ſancta eſt aduerſitas, quæ nos à mundo ad Deum conuertit, aut magis adducit. *in apoph. 123.*

Quemadmodum longo ſplendore ſolis quodammodo homines obcæcantur: ita blandiore fortuna plerique obſtupeſcunt, vt nec vanitatem huius mundi vllo modo agnoſcant, nec Deum ſuſcipiant. Tam bene vulgo dictum eſt, quod afflictio dat mentem & intellectum. *in apoph. 128.*

Tribulatio quoddam animi exercitium eſt. Quemadmodum igitur corpus non poteſt conſtare citra eius exercitium: ita nec anima aut mens diu poteſt valere citra vexationem. *in apophthegm. 127.*

*Vide Afflictio, Correctio, Pœna. Punitio.*

# Culpa.

## § DEFINITIO ET ETYMOL.

CVLPA, Græce ἔγκλημα, ατος, τὸ, & ἐγκαλέω, culpo dicitur. Et eſt voluntaria inordinatio, vel priuatio boni. *ex B. Thom. ſecund, Secund. quæſt. 34. artic. 2.* Hebr. *Aſcham*, atrox delictum, culpa, reatus, in ritibus ſacrificiorum Leuiticorum ſignificat hoſtiam pro delicto, à verbo *Aſcham*. Deliquit ignominioſè, ſcelerate egit, vt eum pudeat tædeatque facti, culpabilis fuit, turpiter ſe dedit, ita vt propter culpam ſeu pœnam nondum expiatam exibiletur ab omnibus.

§ Po-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Plaut. Capt.

*Decet innocentem ſeruum atque innoxium*
*Confidentem eſſe ſuum apud herum potiſsimum.*

Horat.3.Carm. 24.

*Quid triſtes querimoniæ,*
*Si non ſupplicio culpa reciditur.*

Ouid.2.Met.

*Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.*

Horat. 7. Epod.

*Furorne cæcus, an rapit vis acrior?*
*An culpa? reſponſum date.*
*Tacent, & ora pallor albus inficit,*
*Menteſq́; perculſæ ſtupent.*

Iuuenalis.

*Enſe velut ſtricto, quoties lucidius ardens,*
*Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt;*
*Criminibus tacita ſudant præcordia culpa;*
*Inde iræ, & lachrymæ.*

Sen. Oedipo.

*Effare dubitas? cur genas mutat color?*
*Quid verba quæris? veritas odit moras.*

Sen. Oedipo.

*Quiſquis in culpa fuit.*
*Demiſſus, omne odit quod dubium putat.*

Ter. Her.

*Mulier fecit, mirandumne id eſt? cenſen' te poſſe*
*Vllam reperire mulierem, quæ careat culpa?*
*An quia non delinquunt viri?*

Plaut. Amph.

*Mulier es, audacter iuras.* ALC. *Quæ non deliquit, decet*
*Audacem eſſe: confidenter pro ſe & proterue loqui.*

*Vide Correctio, Scelus, Pœna. Peccatum.*

---

# Cunctatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

CVNCTATIO, tardatio, mora, μέλλησις, ὄκνησις, ἀνάπλωσις. Hebraicè, *Orech*, à verbo *Arach*, prolongatus eſt, longus fuit, protenſus eſt. Cognationem habet cum *arack*, iter longum fecit. Deus, qui tardus ad iram, patiens, & multum miſericors eſt, *Erech* cognominatur, id eſt, tardus, longanimus: & Erech apaiim, longus narium quod cunctetur, tardè iraſcatur, vt iuſtus iudex, qui tandem, nimium prouocatus, grauitate pœnæ; compenſat ſupplicii tarditatem.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes* poſcebat aliquid ab homine auaro: quem cum videret cunctantem, ac negaturo ſimilem, ô homo, inquit, ad cibum te poſtulo, non ad cyppum? vt qua licet, Græcarum vocum affinitatem reddam. Græcis enim τροφὴ, cibus eſt, ταφὺ, ſepultura. *Eraſm. libr. 3. apoph. ex vita Diogenis apud Laert.*

*Socrates* hoc dicterium plurimum in ore habuiſſe dicitur: Dimidium operis peractum ei, qui iam eſſet aggreſſus. Sunt enim qui cunctando ac deliberando vitam omnem abſumant. Eſt autem hemiſtichium Heſiodium, ἀρχὴ ἥμισυ πάντος. *Laert. in vita Socr.*

*Fabius Max.* quoniam cum Hannibale pugnare detrectabat, mora copias illius & pecuniarum & commeatus egentes attenuabat. Ob quod cum malè audiret, nihil tamen commotus, pergebat in ſuo inſtituto, & Hannibalem cunctatione fregit, quem alii magno militum exercitu vincere nunquam potuerunt. *Plutarchus in eius vita.*

*Iulius Cæſar*, quum Pompeius inſtructam aciem apud Pharſalum inibi conſiſtere, & hoſtem operiri iuſſiſſet. Cæſar dixit illum erraſſe, qui vim, impetum, ac diuinum afflatum animorum ad incurſionem paratorum, mora relaxaſſet. Adeo Cæſari non modo certamen erat cum Pompeio de fortuna belli, verum etiam de bellandi peritia. *Plut. in Rom. apoph.*

*Auguſtus Cæſar*, illud ſemper cito factum poſſe dici aiebat, quod cum factum eſſet, benè haberet. Tarditatem enim, quæ tuta eſſet, celeritati anteponebat cui periculum eſſet coniunctum. *Fulgoſ. lib. 7. cap. 2.*

*Iulianus*, quum in frequenti turba quidam ipſum his verbis appellaret aduerſus aduerſarium ſuum: Thalaſſius inimicus pietatis tuæ noſtra per vim eripuit. Agnoſco, inquit, ab illo me fuiſſe læſum, proinde dic illi, vt mihi potiori inimico prius ſatisfaciat: mandauitque præfecto, ne prius cognoſceretur illorum negotium, quam ipſe cum Thalaſſio rediret in gratiam. Quod alter adduxerat ad maturandam vindictam, Cæſar torſit in cunctationem. *Eraſ. libr. 8. apoph.*

¶ SIMILITVDO.

Leonis catuli informes naſcuntur, vix ingrediuntur ſemeſtres non mouentur niſi bimeſtres. Ita quæ egregia futura prouenïunt, & lentis ductibus abſoluuntur. *Eraſm.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Publ. vel Cn. Dolabella*, Aſiæ procoſ. Smyrnæam ma[...] filium & maritum propter interemptum filium ex [...] conceptum veneno ſuſtulerat, ad Areopagitas reiecit. [...] rem & ream poſt centum annos redire iuſſerunt. *Val. M[...] cap. 1.*

Ex duobus *Herculis* altaribus, quæ in maiore immol[...] his nihil accipiunt mulieres neque guſtant: quod a[...] Carmenta tardius: ſero etiam venit gens Pinariorum [...] ſummoti ſunt à conuiuio epulantibus aliis. Vnde Pin[...] endo ſunt dicti. *Plut. in q. Rom.*

*Fridericus III. Imperat.* tolerauit omnia, cunctan[...] Quoties apud illum fieret rerum comploratio, quod h[...] reat: hæc & illa timerentur, ferunt reſpondiſſe: nec d[...] pus illa emendandi. Nec tamen illo viuente hoc tempu[...] eſt: neſcitur quando implendum. *Cranzius libr. 11. [...] pit. 33.*

*Germanis* hoc ex libertate vitium ineſſe ſcribit Taci[...] publicos conuentus non ſimul nec iuſſi conueniunt: [...] tertius dies cunctatione coeuntium abſumitur. Ergo [...] eſt & hæreditarium malum: ſed quod noſtra ætate ta[...] vt velut in prouerbium abierit. Wir wöllen lugen. *Thea[...] fol. 38.*

*Rheſum Thracum* ducem, apud Euripidem obiur[...] quod ſerius ad belli ſocietatem veniſſet, nimirum dec[...] anno. *Theat. Zuing.*

*Mortuo Alexandro ſecundo*, Scotorum rege, cum A[...] lius ſucceſſurus eſſet, magna inter Nobiles diſceptatio [...] ſydera, quæ plurimum illis obſeruare mos eſt, aduerſ[...] dicentibus: aliis nondum equitem auratum factum [...] pterea regni gubernaculis prohiberi. At niſi contemp[...] ſuperſtitionibus Comes Fiſenſis Sconæ fatali lapidi [...] rum, more maiorum inunctum coronaſſet: profecto [...] mitiis haud dubiè res in ſummum euaſiſſent diſcrim[...] *lib. 13.*

*Vide Tit. de Mora & Tarditate.*

---

# Cupiditas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLO[...]

CVPIDITAS, Græcè ἐπιθυμία, ας, ἡ, ἐπιθυμέω, co[...] tur. Et eſt improba voluntas, *ſecundum Auguſtin[...] Libero arbitrio.*

Cupiditas eſt inordinatus amor pecuniæ, vel effren[...] appetitus: quæ & cupido fœminino genere dici pote[...] do in maſculino genere, Deum amoris ſignificat. Sun[...] tatem à cupidine ita diſtinguant, vt cupiditas leuior [...] tior: cupido autem grauior.

*Lucilius: Cupiditas ex homine, cupido nunquam* [...] mnia ex cupio dicuntur, quod eſt opto, deſidero.

Cupiditas vel libido eſt appetitus, ac citra rationem [...]

Alii ſic: Cupiditas eſt opinio venturi boni quæ ſ[...] præſens eſſe.

Vel, Cupiditas eſt effrænatus immoderatuſq́; appe[...] tas, Auiditas, libido, deſiderium, ſtudium, amor. Hebr[...] bo *Auah*, auidè concupiuit, deſiderauit, valde appetiu[...] nem habet cum *habah* voluit. Ab *Auah* deducitur L[...] & *auidus*. Dicitur etiam *Kemed*, à verbo *Kamadh*, c[...] denter, cui affine eſt *Kamah*, incaluit. Cupiditas enim [...] que vehementiſſimus animi calor & ardor erga rem o[...]

Cupiditates immodicæ damnantur, 1. *Theſſal.* 4. 4. [...] 2. *Tim.* 3. 2. *Tit.* 1. 7. & 1. *Tim.* 6. 10.

¶ DIVISIO.

*Partes cupiditatis 14.*

- *Auaritia, Iracundia,*
- *Superbia, Inimicitia,*
- *Odium, Diſcordia,*
- *Simultas, Indigentia,*
- *Peruicacia, Deſiderium,*
- *Ira, Feritas,*
- *Cupido, Sæuitia.*

*Superbia* eſt cupiditas faſtus & excellentiæ, atque [...] inſolentiam ferens, ſocii & æqualis impatiens inani [...] tione, ab aliorum ſe conſuetudine ſeiungens.

*Odium* eſt ira inueterata. *Cic. lib. 4. q. Tuſc.* vel: O[...] ira ex cauſis pluribus collecta, diuturno tempore per[...] *guſt. in libris diffinitionum.*

*Simultas* eſt occulta & ſimulata vlciſcendi cupidita[...] oſtentans, & in animo aliud recondens. Vel eſt menda[...] factorum exteriorum. Græcis appellatur hoc vitium [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...eſt repentinus ac ſubitaneus impetus & auiditas vlciſcendi.a-
...a eſt libido puniendi, eius qui læſiſſe videatur iniuria: Ari-
...s autem. Ira, inquit, eſt vlciſcendi appetitus, & rurſus: Ita eſt
... ſanguinis: Aut ſanguis circa cor incenſus. Altera definitio
...m altera ſpeciem vel rationem ſpectat.
...do eſt libido circa res ſtudioſas. Eſt namq; acris affectatio ex
...nali excitata affectu vel appetitu, vt Veneris aut honeſti ima-
... decepta.
...cundia eſt ira, quæ, quum nata eſt, deſinere videtur, & placari:
...nquam ſub cinere ignis exæſtuans, quoad perfecerit, quamob-
... ns incenſa eſt, non ceſſat. Ariſtoteles autem inquit,
...racundia eſt vitium partis iraſcibilis, ob quam commobiles
... ob iram animi.

...es ſpecies iracundiæ: *Bilis ſuccenſio. Acerbitas. Socordia.*

...plane iracundi, neq; poſſe omnino ferre exigua conuitia neq;
...miſſiones: eſſe verotrucem & vltorem, in iram mobilem, vbi
... & opera inciderunt.
...tia eſt vehemens opinatio de pecunia, quaſi valde expeten-
...rens & penitus inſita.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & ... ſuum, flagellum vocatur: quod autem agit, vt alteri noceat, ... dicitur: & hæc duo ſunt genera omnium peccatorum. *Aug. ... Chriſt.*

Superbia & cupiditas in tantum vnum malum ſunt, vt nec ſu... cupiditate, nec ſine ſuperbia cupiditas poſſit inueniri. *Ad ... dam Comitem.*

...erit in carendo difficultas, niſi quum fuerit in habendo cupi... *Lib. confeſſ.*

Tanto magis inhæret Deo quilibet quanto minus diligit pro... *... quadam epiſt.*

Cupiditas dicit, valde ſine culpa es, qui quidem habenda con... quia non multiplicari appetis, ſed agere pertimeſcis, & ... malus alius retineret, ipſe melius impendis. *Libr. de conflictu ...*

...cut, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ... ſuæ phantaſias vident, ita etiam mens auari ſemel vin... cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum credit ... ſemper reditus computat. Aurum gratius quam ſolem in... ipſius oratio & ſupplicatio ad domnium, aurum quærit. *... in ...*

Cupiditas ait: Quid iniuſtum eſt, ſi cum aliena non inuadam, ... diligentia ſeruo? O impudens dictum propria dicis, quæ ex ... conditis in hunc mundum detuliſti quando in hanc ingreſ... lucem? Quando de ventre matris exiſti, quibus quæſo faculta... quibusque obſidiis ſtipatus intraſti? *ibidem.*

... moderari neſcit cupiditatibus, is quaſi equis raptus indomi... tur, laniatur, affligitur. *Lib de virginitate.*

...m augere opes, aggregare pecuniam, occupare terras poſ... ribus cupimus, præſtare diuitiis, iuſtitiæ formam exuimus, ... entiam communem amittimus. *lib. de Offic.*

...orum authori aliter inhærere non valemus, niſi cupiditatem ... quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus. *Gregor. in ...*

... cupiditas dominari dicitur, ſubiectis malis omnibus demō... *lib. 15. moral.*

...erna modum impatientiæ, in paupertate cupiditatis ſcrupu... obedientia nodum caueas propriæ voluntatis. *Bern. in quo... ...*

... in hac vita laborioſius, quam deſideriis terrenis æſtuare, ... hic quietius, quam huius ſeculi nihil adpetere. *Bernh. in ...*

... ſemel Chriſti ſeruus effectus eſt, non erit mammonæ fa... ... certe è regione ſit dominus. Illa enim vt fugientem ſe... fugere conſueuit ſequentem: nullum hic honorat vt con... ... ſui: nec ita irridet aliquem, vt eos qui eam nimium con... ... *Chryſoſt. hom. 9. in Matth.*

...ſitio diuitiarum maiorem accendit flammam, ſi vehemen... cupido. *ibidem.*

...um Catholicum, & præcipue Domini ſacerdotem, ſicut nullo ... errore, ita nulla oportet cupiditate violari. Mens enim pe... ... ida, nec abſtinere nouit a vetitis, nec gaudere conceſſis, nec ... adhibere conſenſum. *Leo Papa in ſer.*

... non tibi videtur à terra deuorari ille, qui ſemper de terra ..., qui ſemper terrenos habet actus, qui de terra loquitur, ... terra litigat, terram deſiderat, & omnem ſpem ſuam po... terra, qui ad cœlum non reſpicit, qui futura non cogitat, ... dicium Dei non metuit, nec beata eius promiſſa deſiderat, ſed ... er de præſentibus cogitat, & ad æterna non ſuſpirat? Talem ... videris, dicito, quia deuorauit eum terra. *Orig. ho. 19. in Leu.* Quid faciam? deſtruam horrea mea, &c. Quis non talem mi... ...? quis non infelicitatem eius doleat? Anguſtatur ex abundantia, conſtringitur & triſtatur ex opulentia, infelix in præſentibus bonis, infeliciar in futuris. Et ideo ager eius reditus largiores, quam gemitus attulit grauiores. *Baſil. in hom.*

Omnium malorum radix eſt cupiditas, tranſgreſſionis mater, magiſtra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ſicaria virtutum, ſeditionis origo, fouea ſcandalorum. *Pet. Rau. in ſerm.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Iacob. Bill. Anthol. Sacr.

*Nulla anima eſt, quæ non mortali carne grauetur,*
*Nec de corporea conditione gemat?*
*Sed confirmare inualidam, & frænare rebellem,*
*Legitimum & proprium eſt mentis opus Dominæ.*
*Quæ vis naturæ vt moderamine temperet æquo,*
*Et ſubdat ſceptris noxia quæque ſuis*
*A Domino auxilium & vires petat vt valeat ſe*
*Vincere, nec ſenſus incitet ipſa ſuos.*
*Nam nullus ſamulæ poterit compeſcere metus,*
*Ni fuerit Chriſti ſemper amore potens.*

Idem.

*Fœnoribus quidam tot ſeſe obſtrinxerat olim,*
*Nulla quies vt ei nocte dieq; foret.*
*Creditor inſtabat namq; vnus & alter in horas,*
*Nec; quo ſe plane vertere poſſet, erat.*
*Credita perſoluit tamen hic cum fœnore tandem*
*Omnia: ſic miſero parta labore quies.*
*Parta quidem haud obtenta tamen: nam creditor vnus*
*Vſque licet capiens, vſque moleſtus erat.*

Idem.

*Serpens eſt Satanas, ſerpit reptatq; per orbem,*
*Resq; per abiectas pectora curua ferit.*
*In cœlum ſi mente ferar, nihil ille valebit:*
*Non etenim pennas, non habet ille pedes.*
*At ſub delitijs tegitur, tegiturq; ſub auro:*
*Et ſub mendaci rurſus honore latet.*
*Cum luxu ſpernamus opes, ſpernamus honores;*
*Nec, qua nos ſtygius mordeat anguis, erit.*

Claud. 4. Hon.

*At ſibi cuncta petens, nil collatura cupido,*
*In iecur, & tractus imos compulſa receſſit.*
*Quæ velut immanes reſerat dum bellua rictus*
*Expleri, paſciq; nequit, nunc verbere curas*
*Torquet auaritiæ ſtimulis nunc flagrat amorum:*
*Nunc gaudet, nunc mæſta dolet, ſatiataq; rurſus*
*Exoritur, cæſaq; redit pollentius hydra.*

Virg. 3. Aeneid.

*Quid non mortalia pectora cogis,*
*Auri ſacra fames?*

Ouid. 13. Met.

*Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia, magnas*
*Adieciſſet opes, animi irritamen auari.*

Horat. 3. Carm. 16.

*Concidit auguris*
*Argiui domus, ob lucrum*
*Demerſa excidit, diffidit vrbium*
*Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos.*
*Reges muneribus: munera nauium*
*Sæuos illaqueunt duces.*

Iuuenal. 14.

*Inde fere ſcelerum cauſæ, nec plura venena*
*Miſcuit, aut fero graſſatur: ſæpius vllum*
*Humanæ mentis vitium, quam ſæua cupido*
*Indomiti cenſus: nam diues qui fieri vult,*
*Et cito vult fieri: ſed quæ reuerentia legum,*
*Quis metus aut pudor eſt vnquam properantis auari?*

Sen. Hip.

*Rumpere fœdus impius lucri furor,*
*Et ira præceps.*

Plaut. Capt.

*Odi ego aurum, multa multis ſæpe ſuaſit perperam.*

Lucret. 3.

*Denique auaricies, & honorum cæca cupido,*
*Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines*
*Iuris & interdum ſocios ſcelerumq; miniſtros*
*Noctes atque dies niti præſtante labore*
*Ad ſummas emergere opes.*

Idem 5.

*Nunc aurum & purpura curis,*
*Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.*

Silius 13.

*Prodigere in bellum facilis præmiſſa feroces*
*Augebant animos pondere & auri.*

Virg. Aetna.

*Subter.*

*Seruta*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Scrutamur rimas, euertimus omne profundum.*
*Quæritur argenti ſemen, nunc aurea vena.*

Boet. 2.5.

*Sed ſæuior ignibus Ætna*
*Feruens amor ardet habendi.*

Ouid. 1. Faſt.

*Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,*
*Cuius non animo dulcia lucra forent.*
*Tempore creuit amor, qui nunc est ſummus habendi:*
*Vix vltra quo iam progrediatur, habet.*
*Pluris opes nunc ſunt, quam priſci temporis annis,*
*Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.*
*At poſtquam fortuna loci caput extulit huius,*
*Et tetigit ſummos vertice Roma Deos.*
*Creuerunt & opes, & opum furioſa libido,*
*Et cum poßideant plurima, plura petunt.*
*Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,*
*Atque ipſa vitijs ſunt alimenta vices.*
*Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,*
*Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

Idem 2. Amor. 9

*Venator ſequitur fugientia, capta relinquit,*
*Semper & inuentis vlteriora petit.*

Iuuenalis 14.

*Interea pleno tum turget ſacculus ore,*
*Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.*
*Et minus hanc optat, qui non habet: ergo paratur*
*Altera villa tibi cum rus non ſufficit vnum,*
*Et proferre libet fines maiorq; videtur,*
*Et melior vicina ſeges, mercaris & hanc &*
*Arbuſta, & denſa montem qui canit oliua.*

Martial. 12.

*Habet Africanus millies, & tamen captat.*
*Fortuna multis nimis dat ſatis nulli.*

Ouid. 11. Met. Midæ votum.

*Huic Deus optanti gratum, ſed inutile fecit*
*Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.*
*Ille male vſurus donis, ait effice quicquid*
*Corpore contigero fuluum vertatur in aurum.*
*Annuit optatis nocituraq; munera ſoluit*
*Liber & indoluit quod non meliora petiſſet:*
*Lætus abit, gaudetq; malo Berecynthius heros.*
*Pollicitiq; fidem tangendo ſingula tentat.*
*Tam vero ſiue ille ſua Cerealia dextra*
*Munera contigerat. Cerealia dona rigebant:*
*Siue dapes auido conuellere dente parabat:*
*Lamina fulua dapes admoto dente rigebant.*
*Miſcuerat puris authorum muneris vndis,*
*Fuſile per rictus aurum fluitare videres.*
*Attonitus nouitate mali, diueſq; miſerq;*
*Effugere optat opes, & quæ modo vouerat, odit.*
*Copia nulla famem releuat: ſitis arida guttur*
*Vrit, & inuiſo meritus torquetur ab auro.*

Lucret. 4.

*Nam faciunt homines plerunq; cupidine cæci*
*Et tribuunt ea quæ non ſunt ſibi commoda vere.*

Maphæus Virg. Supp.

*—— Quantos humana negotia motus*
*Alternasq; vices miſcent? quo turbine fertur,*
*Vita hominum. ô fragiles damnoſa ſuperbia ſceptri.*
*O furor ô nimium dominandi innata cupido,*
*Mortales quo cæca vehis? quo gloria tantis*
*Inflatos transfers animos quæſita periclis?*
*Quot tecum inſidias quot mortes quanta malorum*
*Magnorum tormenta geris? quot tela quot enſes*
*Ante oculos, ſi cernis, habes? heu dulce venenum,*
*Et mundi lethalis honos! heu triſtia regni*
*Munera! quæ haud paruo conſtent: & grandia rerum*
*Pondera quæ nunquam placidam promittere pacem*
*Nec requiem conferre queant, heu ſordis acerbæ*
*Et miſeræ regale decus: magnoq; timori*
*Suppoſitos regum caſus paciq; negatos.*

Iuuenal. 10.

*Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis,*
*Æſtuat infelix anguſto limite mundi,*
*Vt Gyaræ clauſus ſcopulus, paruaq; Seripho.*
*Cum tamen a figulis munitam intrauerit vrbem,*
*Sarcophago contentus erit.*

Boeth. 1. 4.

*At quiſquis trepidus pauet, vel optat,*
*Quod non ſit ſtabilis ſuiq; iuris,*
*Abiecit clypeum locoq; motus*
*Nectit, qua valeat trahi catenam.*

Iuuenalis 3.

*Tanti tibi non ſit opaci*
*Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurum.*

*Vt ſummo careas, ponendaq; præmia ſumas*
*Triſtis, & à magno ſemper timearis amico.*

Comici Græci.

Ἰσότητα δ' αἱροῦ, πλεονεξίαν φύγε.
*Æqualis eſſe alijs pete, nec habere plus.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Eſt cupiditas concupiſcentiaue, appetitio iucund[...] afferentium voluptatem. *Ariſtoteles libro primo Rhet[...] pit.* 11.

Cupiditatum aliæ communes ſunt: aliæ propriæ [...] 3. *Ethic. cap.* 11.

Cupiditas poteſt omnes animi partes commouere. [...] *cap.* 3.

Rectæ rationi opinio contraria non eſt, ſed cupiditas [...]

Cupiditates ac voluptates aliæ ſunt in honeſtis & bon[...] nim quæ mouent & delectant, quædam vi ſua & natura [...] ſunt, alia his contraria nonnulla media. *lib. 7 Ethic. c. 4.*

In mediis cupiditatibus non quia earum ſtudio, cu[...] more teneantur homines, vituperantur; ſed quia mod[...] nemque tranſeant. *ibid.*

Cupiditas, ſi ratio vel ſenſus modo moueat, hoc [...] ſuaue, inflammata rapitur ad perfruendas voluptates. [...] *cap.* 6.

Aliæ cupiditates ſunt humanæ & naturales, & gen[...] tudine: aliæ belluarum propriæ: quædam ex obla[...] morbisque gignuntur: quarum in primis duntaxat [...] rantia, & intemperantia. *ibid.*

Naturalis cupiditas eſt, quæ ad rem Veneream per[...] *Rhet. cap.* 11.

Actus in cupiditatibus, eſt deficientis non ſine mol[...] atque naturæ. *lib 7. Ethic c* 12

Eſt cum dolore omnis coniuncta cupiditas, *Ethic[...] cap.* 11.

Cupiditas rei abſentis eſt, & cuius egent, id ſummope[...] *lib. 2. Rhet ad Theod. c* 13.

Conſilio contraria cupiditas eſt: cupiditas cupid[...] *Eht. lib 3 c. 2.*

Cuius cupiditas ineſt, omne iucundum. Nam cupid[...] appetitio eſt. Cupiditatum autem aliæ ſine ratione [...] ratione. *lib 1. Rhet. ad Theod. c.* 11.

Quæ cupiditate fiunt, ex prauitate ſunt. *libro 1. Rhet[...] cap.* 13.

Cuius rei quiſque cupidus eſt, ea delectatur. *libro [...] cap.* 6.

Cupiditas inſidiatrix eſt, vt aiunt. Venerem enim C[...] inſidias nectere ait Homerus, Baltheumque tribuit ei, [...] eſſent. *lib. 7. Eth. c.* 9.

Vt puer ex pædagogi præſcriptione: ſic vis concup[...] uenienter rationi debet viuere. *Eth. lib. 3. c* 12.

Homines plus incertæ cupiditati, quam certæ pro[...] buere ſolent, & ad id quod placet, & quod appetunt, [...] ſpe animis inclinare: quod verò diſplicet prætextu aliqu[...] quæſito repudiare. *Thucyd lib.* 4.

Quanto minus rerum, tanto minus eſt cupiditatis. [...] *lib.* 1.

Cupiditas & amor maxime, ad muliebre ingenium, e[...] ces ſunt. *Idem ibid,*

Cupiditas ſine ratione, res eſt leuis, & quæ confeſtim [...] partem inclinat. *Dion. Halic lib.* 2.

Potiri malis cupiditatibus non eximit eas ex animo, [...] reddit peiores: *idem, lib.* 10.

Extimulant ſæpe viros, multo verò ſæpius fœmin[...] tum acriores aculei. *Pauſan. lib.* 8.

Ex maleuolentia aliquem dedita opera omnibus i[...] ctari, ſuamq; poteſtatem & vires tanquam legibus ip[...] iactitare, indignum hercle ac non iuſtum. *Ex orat. contra [...] Demoſth.*

Ob priuatam vtilitatem vnumquemq; reperieris ad [...] petranda impulſum, quorum nihil volebat facere. *Ex [...] Pace.*

Iis, qui de induſtria contumelioſi ſunt, leges acerbas [...] licet. *ex orat. contra Midiam.*

Iniuriam infert aliquis ſua voluntate? Ira & ſupplic[...] ipſum: peccauit quiſpiam inconſulto? venia pro pœna [...] *ex orat. de Corona.*

Quæcunq; quis vi adhibita facit, communes eſſe in[...] ijs ad quos negotium nihil attineret, exiſtimauit legiſla[...] *contra Midiam.*

Leges ſunt de cædibus latæ: quæ eos qui conſulto in[...] morte, perpetuo exilio, omnium denique bonorum p[...] mulctant: eos autem qui inconſulto, venia, & magna [...] dignos iudicant. *contra Midiam.*

Nullus eorum qui beati ſunt & felices, terminum [...] bet cupiditatis habendi. *ex orat contra Ariſtoc.*

Non eſt apud iſtos, quorum ſtudia, cogitatio[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ad immodicam habendi cupiditatem referuntur, quicquam … vel ſancti. *Ex orat. contr. Ariſtocr.*

Nihil eſt profecto moleſtius quam vicinum auarum, atque in… habere. *Ex orat. contra Callic. de fundo.*

Quum ex immodica habendi cupiditate & improbitate quis … euaſerit, prima quæq; occaſio, leuiſſimaque offenſio omnia … atque diſſoluit. *Olynth. 2.*

Fieri nequit iniuriis, periuriis & mendaciis, vt firmum imperium …paretur: ſed talia ſemel breuiq; tempore durant, & vehementer … ſpe, ſi vſu venit, nituntur, temporis autem progreſſu depre…tur, & in ipſis concidit. *Olynth. 2.*

Qui propter immodicas cupiditates habendi acquirendiq; ag…tur ea, quæ minime decet, ii non quæ difficilia ſunt cogitare …, ſed rerum ſecundarum felicem ſucceſſum. *Ex orat. contra* …

Si quis priuatim vlla in re aliquem offenderit, illud recordari & memoria tenere, neque quietem agere iniuſtum eſt atq; perfidio… *Ex orat. de Corona.*

Si quis vos interroget, quodnam genus omnium hominum qui … ſunt improbiſſimum ſit? neq; ſunt agricolæ, neq; merca… neque argentarii, neq; eiusmodi quicquam, ſed qui quæſtus … dicunt, rogationemque proferre conſueuerunt. *Ex orat. con… Ariſt.*

Non cum rerum veſtrarum quicquam interire permiſiſtis, tum … ferre oportet, ſed dum res quidem veſtræ in tuto ſunt, eos … qui præſunt, propter auaritiam non eam ſuſcipere curam … quam decebat. *Ex orat. de corona perfect.*

Ex eo, quantum cuique ſatis eſt metiuntur homines diuitiarum … filiam quis habet, pecunia eſt opus: duas, maiore: plurimas … etiam ſi (vt aiunt) Donato quinquaginta ſint filiæ, tot do… magnam quærunt pecuniam. Quantum enim cuique opus eſt, … accommodatur, vt ante dixi, diuitiarum modus. Quid de eo, … non plures, ſed innumerabiles cupiditates habet, qui bre… tempore magnas copias exhaurire poſſint? *Sen. in epiſt.*

Qualem dicimus ſeriem cauſarum eſſe, ex quibus nectitur fa…, talem dicimus cupiditatem: altera ex fine alterius naſcitur, in … dimiſſus es vitam, quæ nunquam tibi terminum miſeriarum, … ipſa factura ſit, plurima & vndiq; ingeſta non ſatiant. … iſtorum mauis, in inopia ſaturitatem, an in copia famem? … epiſt.

Quamdiu tibi ſatis nil fuerit, ipſe aliis non eris. Quomodo, in…? vtrumque cogita, quam multa temere pro pecunia, … laborioſe pro honore tentaueris! quantum ad ſucceſ… acceſſerit, tanto accedet & metus. *Idem in Epiſtola.*

Vidiſti aliquando canem miſſa fruſta panis aperto ore captan…: quicquid accepit, protinus integrum deuorat. & ſemper ad … futuri hiat. Idem euenit nobis, quicquid expectantibus fortu… ecit, id ſine vlla voluptate dimittimus, ſtatim ad rapinam al… erecti & attoniti in Epicureum illud chaos incidimus, inane … termino eſt. *Idem 13. epiſt.*

Nullum habet maius malum cupiditas quam quod ingrata eſt: … quos vincis, ſed à quibus vincatur, aſpicit: & illis non tam iu… eſt multos videre poſt ſe, quam graue aliquem ante ſe, ha… vitium omnis ambitio, nec inſpicit, nec ambitio tantum in… eſt, verum cupiditas omnis incipit à fine. *Ep. 27.*

Cupiditas felicitatem ſuam non intelligit, quia non vnde vene… ſpicit, ſed quo tendat. *ibidem.*

Nunquam parum eſt, quod ſatis eſt, & nunquam multum, quod … non eſt. Neminem pecunia diuitem fecit, imo contra nulli non … ſui cupidinem ingeſſit. *In epiſt.*

…iſſima peſtis eſt cupiditas, quæ ſolet egenos facere, quod ca… finem quærendi non inuenit: nam altera cupiditas ex alte… fine naſcitur: & ideo fortior eſt, qui cupiditatem vincit, quam … hoſtem ſubiicit. *ibidem.*

Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet: effugere cupiditatem, … multa, regnum eſt vincere. *In Prou.*

Cupiditati tarda eſt etiam celeritas, Valerius auidiſſimum quẽq; … ſimum eſſe dicebat. *ibidem.*

Cupiditates honoris, imperii, potentiæ, gloriȩ in maximis animis … diſſimisque ingeniis exiſtunt. *Cic. 1. Offic.*

Cupiditates non foris ſolum ſe iactant, nec tantum in alios cæco … incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſi… que diſcordant. *De fin. lib 1.*

Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, … vniuerſas familias euertunt, totam etiam labefactant ſæpe Rem…cam. *ibidem.*

Ex cupiditatibus, odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella na…tur. *ibid.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Simonides* interrogatus, cur in extrema ſenectute auarus eſſet, Quoniam, reſpondit, malim defunctus opes inimicis relinquere, quam viuus amicis egere. His ille verbis plurimorum amicitiæ in… damnauit.

*Diogenes*, magna & multa ſimul accipientes, inſigniter mendi…cos appellabat.

*Iſocrates*, Timon ille agnomine miſanthropos, id eſt, hominum oſor, elementa malorum eſſe dixit, inſatiabilitatem & ambitionem.

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*: in medio laqueorum ambulas, qua de cauſa tot laquei: ne deorſum volemus, ſed ſuperiora quæramus. Etenim volatilia, donec in altum aera ſecant, non facile capiuntur. Ita tu, donec ad ſuperiora reſpexeris, nec laqueo, nec vllis aliis facile capieris inſidiis. Venator eſt Diabolus: fias igitur illius calamis ſublimior. In altum aſcendens, non amplius vllam rerum humanarum admirabitur: ſed ſicut poſtquam in montium verticem adſcenderimus, parua nobis & vrbs & mœnia eſſe videntur, & formicarum more nobis viri ſuper terram ire videntur. Sic poſtquam ſupra celſam prophetæ cogitationem adſcenderis, nihil te terrenorum percellere poterit, ſed parua videbuntur omnia, & diuitiæ, gloria, potentia, honor, & ſi quid aliud huiusmodi. Illud continuo ratiocinemur. Sicut auiculæ laqueo captæ vtilitas nulla, ſed fruſtra & incaſſum alas concutit: Ita tibi nulla rationum vtilitas, ſi ab improba penitus cupiditate captus ſis, ſed quantumcunque reſilieris, captus es. Ideo alæ ſunt auiculis, vt fugiant laqueos: propterea ratiocinationis hominibus, vt peccata fugiant. Quam igitur veniam habebimus? quam vero defenſionem, cum brutis ſimus dementiores? Auicula namque ſemel capta, laqueo mox elapſa, & ceruus in rete decidens, & effugiens, iisdem iterum difficile capientur: nam cuiq; fit experientia cautelæ magiſtra. Nos ſæpius eisdem capti in eadem cadimus. *Homil. 15. de poſterioribus.*

*Quemadmodum ager* diu non proſciſſus ſylueſcit, ac paſſim innumeras vepres producit. Ignis ergo Spiritus ſancti immittendus eſt, quo impiis cupiditatibus concrematis noualia excolamus, quæ ſpiritualia ſemina poſſunt ſuſcipere. Si in adoleſcentia diligens fulgeat moderatio, mirum eſt & dignum: qui modeſtus in ſenectute, non multum admirandum: ſed in iuuentute mirandum, vt in fluctibus & procellis tranquillitate fruaris, & in media fornace non ardeas. *Homil. 50. in Matth.*

*Sicut tum*, qui recto itinere gradiens, ſi in aliud aliquid intendat animam, pergit quidem, ſed ſæpe, dum neſcit, vrbem illam pertranſit, ad quam properabat, pedesque fruſtra ſui miniſterium præbent: ita ferme & in cupiditate contingit. *In 1. ad Timotheum, homil. 12.*

*Sicut Sol* eſt quidem clarus, & in medium cunctis præpoſitus, & non opus habemus eum quærere: ſi vero nosmetipſos in inferioribus obumbramus, ſi nos vbique circumuerſemus: multo labore opus habemus, vt Solem videre poſſimus: ſic & in hac cauſa multa ſunt intellectum noſtrum impedientia. Si in profundo cupiditatum malarum, ſi in tenebris paſſionum, & ſecularibus rebus obruamus nosmetipſos, vix poterimus oculos aperire, vix reſpicere, vix intuemur, quod in inferioribus obrutus fuerit. Quanto ad ſuperiora quisque intendit, tanto appropinquat ad Solem. Excutiamus igitur puluerem, dirumpamus ſuper iacentem, & imprimentem nos nebulam: denſa quidem eſt, & arcta, & non nos permittit inſpicere. *Homilia vigeſimaſecunda ad Hebræos.*

*Nazianzeni*: Cernitis, quod fontes, plumbeis incluſi fiſtulis, quum valde ob anguſtiam vrgentur, & in vnum feruntur, adeo, plerumque aquæ vim exſuperant naturalem, vt etiam ad ſuperna prorumpant, quum aſſiduo à ſequentibus propelluntur: Ita etiam, ſi cupiditatem extinxeris, & tota adeo adglutinaberis, in altum eleuaberis, vnde non decides, vnde non ſeparaberis, tota Chriſti permanſeris donec ſponſum tuum vides Chriſtum: inacceſſibilem te ſeruato, tam ſermone quam opere: vita, cogitatione, & motu: vndique te malignus tentare ſatagit, omnia ſpeculatur, vbi iaculetur, vbi vulneret, ne quid nudum & plagæ inueniat obnoxium: quanto puriorem videt, tanto magis inquinare contendit. Siquidem ſplendidæ veſtis ſordes ſunt manifeſtiores. Ne oculus oculum trahat, ne riſus riſum, ne conſuetudo noctem, ne nox perditionem, quo enim particulatim ſubtrahitur, & furto ſurripitur, inſenſibile ad præſens damnum habet, ſed ad ſummam malitiæ oram. *In Oratione in dictum Euangel.*

*Antonii Monachi*, Vt feræ facile ſuperantur, ſi demulceas, frenumque iniicias: Sic cupiditates, ſi rectam rationem adhibeas. *In Meliſſ. par. 2. ſerm. 76.*

*D. Ambroſii*: Peccatum eſt febris, eo quod ignitæ ſint cupiditates, quod ignem in oſſibus animæ & corporis implicant, mentem animumque pertentant. Vehementior eſt animi, quam corporis febris; & ideo pro animi voluntate corporis ſalus plerumque contemnitur, nec à periculis abſtinetur. Vnde non alienum videtur repetere, quemadmodum Theotimus, quum graui oculorum incommodo laboraret, & amaret vxorem, interdicta ſibi à medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus, ſe moderari nequiuerit. Sciens enim prudensque, quod eſſet oculos amiſſurus, priusquam conueniret vxori, in ipſo æſtu feruentis cupiditatis, & conſuetudinis apparatu: Vale, inquit, amicum lumen. Sic fere libido flagrantior eſt, grauiusque præcipitat & inflammat, Sed vbi quis reſipuerit à furore, tunc conſcientiæ interio-

risviſus aperitur, factique ſuccedit pœnitentia, & pudenda ſui vnusquisq; facinoris erubeſcit. Etenim quaſi clauis quibusdam ſuffigitur anima corporeis voluptatibus: & quum ſemel adhæſerit cupiditatibus merſa terrenis, difficile in altum poteſt, vnde deſcendit, ſine Dei fauore, reuolare. Actuum enim ſuorum vincta laqueis, & deliciarum ſecularium illecebris obnoxia iam tenetur. *Lib.4.c.47. in Lucam.*

## ¶ Historica Exempla.

*Cleombrotus Ambraciota*, lecto Platonis Phædone de immortalitate animæ, vt ex hac vita, quæ eſt velut mors quædam, ad immortalitatem migraret, è muro ſe in mare dedit præcipitem. *Cicer. in 1. Tuſc.* In eum extat Epigramma Callimachi Græcum.

*Nicaula Æthiopum regina* ex intimis regni finibus ad ſpectandam audiendamque Salomonis ſapientiam Hieroſolymam venit. *Theat. Zuing. fol. 74.*

Ferunt, *C. Iulium Cæſarem* Britanniam petiiſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum ſua manu exegiſſe pondus. Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe: ſeruitia recentiora politioraque immenſo pretio, & cuius ipſum etiam puderet, ſic vt rationibus vetarat inferri. *Sueton.*

*Coloſsis* impendio delectabantur olim Impp. Romani, quibus vt videtur, magis erat cordi maximos eſſe, quam optimos. *Eraſm. in Adagijs.*

*Solon* in Elegiis ſuam ab amicis mortem defleri cupit his verbis:

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι· ἀλλὰ φίλοισι
Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στεναχάς.
*Ne mi illugubris veniat mors, ſed mihi charis*
*Mærorem potius adferat & gemitus.*

*Leo* philoſophus Imperator pacis ita fuit ſtudioſus, vt optaret ea dari tempora, quibus ſtipendia militum conferret philoſophis. *Suidas.*

*Semiramis* constructo ſibi monumento inſculpſit: Quicunque rex pecunia indiguerit, aperto ſepulchro, quantum opus eſt, capiat. Darius autem cum aperuiſſet, pecunias quidem non inuenit, ſed in huiusmodi ſcripta incidit: Niſi vir malus eſſes, & pecuniarum inexplebili deſiderio flagrares, haud ſane mortuorum loculos commouiſſes.

*Brennus Gallorum rex* vaſtans Aſiam in Epheſum peruenit: ad quem plebeia quædam virgo nomine Demonice, prodituram ſe ipſi Epheſum promiſit, ſi torques & monilia pro mercede darentur. Ad hanc Brennus ſubditos duxit, & quicquid haberent auri, in gremium auaræ coniicerent, imperauit. Qui cum imperium exequerentur, Demonice præ auri in ſe coniecti multitudine viuens eſt obruta.

### Apologi seu Fabulae.

#### Adoleſcens & Equus.

Conſcenderat adoleſcens equum furibundum: illoque, qua via, quaque nulla via eſſet, auferente miſerum, non enim vires adoleſcentis ad cohibendum impetum equi ſatis, neque in hoc deſiliendi poteſtas erat. Plorare igitur ille & lamentari. Tum forte obuiam huic notus & familiaris factus. Quónam abis inquit? Cui reſpondit infelix eques: Quo quidem iſti, equum demonſtrans, libuerit.

Similiter vehuntur ij, in cupiditates qui ſuas ſeſe impoſuere.

#### Columba.

Siti enecta columba cum vidiſſet in tabula pictum cratera, rata aquam ineſſe, concitatoque impetu ad illum lata, inflictam alam in aſſeres fregit, itaque delapſa in terram à pueris capta fuit.

Fabula monet, vt caueamus, ne imprudenter aggrediamur vllas res obſequentes cupiditatibus noſtris, quod hæ multos in maxima damna impulerint.

#### De Ioue & Plebeio.

Plebeius in humilitate quidam, & tenuitate ſua admirans atque concupiſcens ſplendorem ac copiam diuitum atque locupletum, aſſiduis precibus Iouē flagitabat, vt ſibi honores atque opes largiretur. Iupiter volens ſe moleſto interpellatore tandem liberare, Mercurium cum honoribus & opibus ad eum mittit, implicatis quidem vtriſque atque contectis, illis purpura, his auro. Iuſſerat tamen & aperiendi inſpiciendiq; diligenter poteſtatem fieri plebeio, & admoneri quoque eum, ne tam ſolicite exoptata munera quæ iam offerrentur, temere, neue inconſiderata apprehenſione aliquid mali arriperet. At plebeius ille captus ſpecie ac claritate donorum cupide ambo amplectitur atque aufert. Vbi vero contemplari otioſe cœpit, inque illis reperit curas, anxietates, formidines, podagras, omnia denique animi & corporis mala: quum neque, quo pacto his frueretur, reperiret, neque carere vt vellet, à ſua ſtultitia impetrare poſſet, ita in illis quaſi in pice muſculos ſolere aiunt, tum adhæſit.

Fabula cohortatur homines ad conſiderationem, & deterret ab imprudentia, cupiditatesque coercet, neque temere [...] ſpeciem habeant præclaram, arripienda eſſe monet.

#### Mulier & Gallina.

Mulier vidua gallinam habebat, quæ ſingulis dieb[us] pariebat, quæ ſi curaret diligentius & ſaginaret gall[...] dum eſſe exiſtimabat, vt bina aut terna illa quotid[ie] Cum autem cibo ſuperfluo opima gallina & pingu[...] ne tum parere oua deſiit.

Oſtendit fabula, cupiditatem & auaritiam ſæpe [...] eſſe. Et ſcripſit Demoſthenes hæc quoque præclar[...] non eſſe modum, neque finem cupiditatum. Itaq[ue] auidos fortunæ melioris præſentia bona amittere. [...] Ariſtot. ἄπληστος ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων, id eſt, inſatia[bilis cupi]ditates improborum.

# Cura.

## ¶ Definitio: et Etymol[ogia]

Cvra, Græce φροντὶς, ίδος, ἡ, & φροντίζω, curo dici[tur] cura mentis. curatio autem medicinæ, curatura ve[ro] Terentius: *Reddunt curatura iunceas*: hæc tamen [con]funduntur. Differunt item cura & ſolicitudo: quo[d cura] eſt in ſpe bonorum, ſolicitudo autem in metu ma[lorum. Hinc] veniunt curioſitas & curioſus, de quibus infra. Cura [...] xietas: ſic dicta, vt quidam volunt, quòd cor edat & e[...] *Karadhah*, fortaſſe à verbo *Karadh*, trepidauit. Cura [...] ſine metu & trepidatione.

### ¶ Sententiae Poeticae.

Perſius 1.

*O curas hominum, ô quantum eſt in rebus ina[ne]*

Ouid. 1. Pont. 4.

*Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte,*
*Aut ſi ſit longa eſt attenuanda mora.*

Stat. 3. Theb.

*Inuigilant animo ſceleriſq; parati*
*Supplicium exercent curæ.*

Sen. Med.

*Nulla vis flammæ tumidiq; venti*
*Tanta, nec teli metuenda torti,*
*Quanta cum coniux viduata telis*
*Ardet, & odit.*

Horat. 2. Carm. 15.

*Non enim gazæ, neq; conſularis*
*Submouet lictor miſeros tumultus*
*Mentis, & curas laqueata circum*
*Tecta volantes.*

Idem 3. 1.

*Timor & minæ*
*Scandunt eodem quo dominus: neq;*
*Decedit ærata triremi: &*
*Poſt equitem ſedet atra cura.*

Idem 3. Carm. 6.

*Creſcentem ſequitur cura pecuniam,*
*Maiorumq; fames.*

Tibull. 3. 3.

*Nam graue quid prodeſt pondus mihi diuitis au[ri]*
*Aruaq; ſi findant pinguia mille boues?*
*Quidue domus prodeſt Phrygijs innixa column[is]*
*Tænare ſiue tuis, ſiue Caryſte tuis?*
*Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos,*
*Aurataq; trabes, marmoreumq; ſolum?*
*Quidue in Erythræo legitur quæ littore concha,*
*Tinctaq; Sidonio murice lana iuuat?*
*Et quæ præterea populus miratur in illis,*
*Inuidia quæ falſo plurima vulgus amat.*
*Non opibus mentes homini curæq; leuantur.*
*Nam fortuna ſua tempora lege regit.*

Claud. 2. Ruff.

*At procul exſanguis Ruffinum perculit horror:*
*Infectæ pallore genæ: ſtetit ore gelato,*
*Incertus peteretne fugam, veniamne ſubactus*
*Poſceret, an tantos ſeſe transferret in hoſtes.*
*Quid nunc diuitiæ? quid fului vaſta metalli*
*Congeries? quid purpureis effulta columnis*
*Atria prolatæve iuuant ad ſidera moles?*
*Addit iter, numeratq; dies ſpatioq; viarum*
*Metitur vitam, torquetur peſte futura:*
*Nec recipit ſomnos & ſæpe cubilibus amens*
*Excutitur pœnamq; luit formidine pœnæ.*

Ouid. lib. 3. Met.

*Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ.*

Idem 1. de rem. Amor.

*Me duce damnoſas homines compeſcite curas.*

Iac. Bill. Anthol. Sacr.

*Sæpe quidem Dominus ſic cuncta aduerſa repellit,*
*Vt nullo attingi vulnere poſsit homo.*
*Sed mirabilior tunc eſt manus Omnipotentis,*
*Illata afflictum cum mala non ſuperant.*
*Laudetur cuſtos virtutem dans toleranti,*
*Intima corrumpat ne furor exterior.*
*Nam cum certandi nulla eſt ſperanda corona,*
*Palmam qua capitur gloria, finis habet.*

Sententiae *philoſophicæ & hiſtoricæ.*

Qui pecuniæ curæ ſunt, nec ſua, ſed quæ procul à ſuis ſunt, curat. *ſerm.20.*

Magnæ curæ magna merces eſt. *Saluſt. in fragm.*

Cura ſcribentis animum, & ſi non flectere à vero, ſolicitum tamen efficere poteſt. *Liuius, Decad.1. lib.1.*

Animum de inſtantibus curis agitant etiam per ſomnum ſpecies euentuum rerum: ſiue diuinatio præſagientis animi accerſit. *lib.5.*

¶ Similitvdines.

*D. Baſil.*: Quemadmodum apes corpulentæ, licet pennas habeant, quibus alte volare poſſint, deorſum tamen corporis onere feruntur: ſic homo, qui vitæ huius curis occupatus eſt, licet ſua pro natura multum poſſit, in plerisque tamen rerum mole deprimitur. *Apud Max.*

Vt in ſpeculo non repurgato videri non poſſunt imaginum ſpecies: ſic animus curis victus affixus Spiritus ſancti illuſtrationem recipere non poteſt. *Apud Ant. in Meliſſ. part.2. ſerm.71.*

Vt in arte quicquid per amputationem adimitur materiæ, id fructui additur: Ita qui reciderit curas ſuperuacaneas rerum ſordidarum, plus valebit in rebus ſeriis & grauibus: aut quo minus eſt verborum, hoc grauiores ſententiæ. *Eraſ.*

¶ Adagia.

Bellum Cononi curæ fuerit. πόλεμος Κόνωνι μελήσει. *Id eſt: Curabit prælia Conon.* *Proinde conuenit ad hunc modum dicere curanti negotium, quod ad ſe nihil attineat.* Wir wöllens verſtändigen Leuten befehlen.

In alieno choro pedem ponere. ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι. *Id eſt, ſeſe ingerere negotijs alienis, & aliorum ſibi vendicare partes.*

Ne ſis pugnes in alieno negotio. *Vt ſignificabimus, nos nolle noſmet admiſcere liti alienæ, quæ nihil ad nos pertineat, ſed permiſſuros. Verſiculo fuerit locus ex Iliados* ...

*Οἷος ἀμφ' Ἑλένῃ, καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι.*
*Solos pro Helena & opibus omnibus pugnare.*

Quæ ſupra nos, nihil ad nos. τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Dictum Socraticum torqueri poteſt in illos, qui de negotijs principum aut Theologiæ myſterijs temere loquuntur. Vertere licebit & in contrarium: Quæ infra nos, nihil ad nos.*

Procul à curru, de aſinis nihil laborans. ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης τῶν ὄνων οὐ μέλει.

*Quibus plauſtrum eſt domi, nihil neceſſe habent deportandis oneribus aſinos aliunde conducere.*

Stultior Morycho. Μωρότερος εἶ Μορύχου. *Videntur particulariter obnoxij adagio, qui domeſticorum negotiorum negligentes, foris agunt, aliena curantes. Suidas.*

Alijs proſpiciens: non ſibi. *Licebit in quempiam iocari, qui alijs ſua mala prædixerit, ſuũ malum non prauidens, non inconcinniter accomodabimus illud Homeri Βασιλ...*

*Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν.*
*At non augurijs fatum ſibi depulit atrum.*

Facile cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. *Terent.* *Ad admonendo ſapimus omnes: verum vbi peccamus ipſi, non videmus propria Terent.*

Quarta luna nati. ἐν τετράδι γεγενῆσθαι. *Quarta luna nati dicuntur, qui parum feliciter nati ſunt, propterea quod Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici poteſt & in eos, qui laboribus ſibi neutiquam frugiferis fatigantur. Herculis vitæ exemplo, qui iuuandis alijs ſudauit, ſibi inutilis.*

¶ Historica Exempla.

*Fridericus III. Imp.* cum ad Colonienſia comitia repente ingens mortalium conueniſſet, hoſpitum & ciuium cenſu inſtituto, eorum quoque, qui eo die in vrbe reliqui ad cœnam ſeruabantur, numerum iniit: ſicut vt in quatuor vel quinque capita ſinguli panes ſcholares vix reſponderent. Poſtero die ecquinam è tanto numero tanta panis paucitate eſuriuiſſent, quæſtione habita? diuinæ benedictionis memorabili exemplo omnes affatim ſatiatos fuiſſe deprehendit. *Ioan. Agricola Islebius in Adagio* Germanico, Gott forget vber nacht.

*Conſtantinus Imp.* in conſeruando milite nimium cautus, examinator meritorum ſcrupuloſus fuit: Palatinas dignitates, velut ex libramento tribuens perpendiculo, *Marc. lib.21.*

*Gallus Cæſar* ad tuendum Orientem relictus à Conſtantino contra Magnentium profecto, noctu cum ſatellitibus incognitus per lupanaria & tabernas curſitabat ſciſcitabundus ſub voce Græca & alterata: Quid de Cæſare ſentirent? male de ipſo loquutos trucidabat, reperto aliquo figmento. *Cuſpinianus.*

*Aripertus. I. Longobardorum Rex*, ignoto habitu per oppida vagabatur, ſciſcitando & explorando, ecquid de ſe ſuisque iudicibus populi quererentur? *Paulus Diaconus lib.6. ca.10. & 12. Bonifinius lib.8. Dec.1. Polydorus lib. 4. hiſtor. Anglorum. Sigonius libr.2. regni Ital.*

*Fridericus ſenior dux Auſtriæ, Imperatoris Friderici III. patruus* ſæpe mutata veſte ſolus inter agreſtes verſatus eſt: cum quibus diurna mercede, & arans, & alia quæuis munia faciens ruris, & de ſe ipſo & purpuratis ſuis confabulari conſueuerat. Interrogatus, cur id ageret? neque enim de me, inquit, alio modo verum audire poſſum. *Æneas Syluius l.3. Com. in Panor.*

*Feſtiuiter Martialis Ollum* quendam notat, qui malorum alienorum erat obſeruator curioſiſſimus, & taxator acerrimus: quum ipſe vxorem haberet adulteram, filiam viro maturam, deberetque etiamnum pro togula. *Theat. Zuing.*

¶ Hieroglyphicvm.

*Per nucem Perſicam* carne ſpoliatam nonnulli hieroglyphice ſignificant hominem, qui variis curis ſollicitudinibusque ſit vndecunque exulceratus: vt nullum ſit ærumnarum anxietarumq; genus, quo ſe non afflictarum ſentiat, vicemque ſuam miſerrime deploret. *Pier. Val. l.54. pag.525. F.*

¶ Apologvs.

Ceruus & Boues.

Exagitatus à canibus ad boues confugit ceruus, orans vt ſe tegere velint, & apud ſe deliteſcere patiantur. Non repudiant preces illius boues, ſed monent, vt de tutioribus latebris ſibi proſpicere velit: aiuntque vereri ſe, ne in ſtabulo deprehendatur. Omne ſe periculum ſubiturum affirmantem, recipiunt, & fæno atque ſtramine obruunt. Aduenit paulo poſt villicus & negligenter ad boues reſpicit, atque abit. Lætus ceruus ſe omne diſcrimen euitaſſe ſperat, ſed cognoſcit à bobus, mox affuturum ipſum villæ & agrorum dominum cuius diligentiam & inſpectionem ſi euaſerit, tum ſibi certo ſalutem poſſe polliceri. Venit igitur paterfamilias, & ob male curatos boues indignatur, & quo quidquid conditum ac repoſitum loco ſit, cognoſcit & aſpicit, ad plæraque etiam manus ipſe admouet. Inter hanc curam & attentionem, apparent cornua cerui, & ipſe latens intra ſtramenta, & gaudente patrefamilias cæditur.

Fabula docet, qui ad alienos confugiunt, ſi ſeruentur ſingulari hoc fortunæ beneficio fieri: itaque malum haud fere euadere. Docet, etiam, diligentem curam & conſiderationem rerum ſuarum vnicuique eſſe fructuoſam, & niſi aſpectu heri domus illuſtretur, omnia eſſe in caligine & tenebris, ſecundum hanc Æſchyli ſententiam. Eſt domus oculus, aſſidua heri in domo præſentia. Et præclare Plinius hoc ſcripſit: Ita eſt profecto, opera non impenſa cultura conſtat. Et ideo maiores, fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerunt, eademque ſententia ex Ariſtotele citatur.

# Curioſitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

CVriositas, Græce πολυπραγμοσύνη, ης, ἡ, πολυπράγμων, ονος, ὁ, curioſus dicitur. Eſt autem curioſitas ſtudium perſcrutandi ea ſcire, quæ nulla eſt vtilitas. *ſecund. Anſelm. lib. de ſimilitudinibus.* Hebræum etymon idem eſt ac nominis Curæ, de quo ſectione præcedenti.

Curioſitas eſt ſuperflua indagatio ad ſe non pertinentium. *ſecund. Hugonem.*

Curioſitas eſt vitium circa cognitionem intellectus & ſenſuum ad peccandum, & circa inſpectionem ludorum & mulierum ad concupiſcendum, & ſpectaculorum. *ex B. Thom ſecund. Secunda, q.167.*

Curioſus & ſtudioſus ita differunt: quia curioſus eſt cupidus cognoſcendi ea, quæ nihil ad ſe attinent: Studioſus vero, quæ ad animum nutriendum liberaliter & ordinaliter pertinent, intentiſſime requirit.

¶ Loci Biblici.

Curioſitas vitanda, *Exodi* 19. *v.*12.21. *Ioan.*21. *ver.*21,22. *Act.*1.7. & 19.18. *Rom.*12.3. *Deuter.*29.29. *Prouerb.* 25.27. *Eccleſ.*3 22.1. *Corinth.*2. 2.2. *Corinth.*12.2. *Epheſ.*6.14. *Coloſſ.*2.18.1. *Theſſal.* 5.1,2. *Theſſ.* 2.2. & 3. 11.1. *Tim.*1.4. & 5. *v.*13. & 6. *verſi.* 13.16.2. *Tit.*2.12. *Hebr.*9.5. & 10.27. & 11.5.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis. *Eſdr.*4.
Qui inueſtigator malorum eſt opprimetur ab eis. *Prou.*11.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari ſenſum tuum multipliciter: non eſt tibi neceſſarium, ea quæ ſunt abſcondita videre oculis tuis, de ea re, quæ te non moleſtat, ne certaueris, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. *Eccl.3.*

Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. *Act.1.*

## ¶ Patrvm Sententiæ.

Curioſum genus hominum ad cognoſcendum vitam alienam, deſidioſum ad corrigendum ſuam. *Aug.l.10.confeſſ.*

Humilitati ſaluberrimæ, qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt docet, humiliatus eſt, maxime aduerſatur quædam, vt ita dicam, imperitiſſima ſcientia, dum nos ſcire gaudemus quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus ſenſerint, & cæteri huiuſmodi, vt docti eruditique videamur: cum à doctrina & vera eruditione id longe abſit. *Epiſt. ad Dioſcorum.*

Compeſcat ſe humana temeritas & id quod non eſt, non quærat: ne illud, quod eſt, non inueniat. *de gen. contr. Manic. l.1.*

Fons elationis, & delectatio libidinis, & venenum curioſitatis, motus ſunt animæ mortuæ: quæ non ita mortua, vt omni motu careat, diſcedendo à fonte vitæ moritur, atq; ſuſcipitur à prætereunte ſeculo, & conformatur eidem. *lib. confeſſ.*

Multo facilius inuenit ſyderum conditorem humilis pietas, quã ſyderum ordinem ſuperba curioſitas. *Ser. de eclipſi Solis.*

Sunt, qui deſertis virtutibus, & neſcientes quid ſit Deus, & quanta ſit maieſtas ſemper eodem modo manentis naturæ: magnum aliquid ſe agere putant; ſi vniuerſam iſtam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curioſiſſime perquirant. Vnde etiam tanta ſuperbia gignitur, vt in ipſo cœlo de quo ſæpe diſputant, ſibimet habitare videantur. *lib. de Mor. eccl.*

In conſideratione creaturarum non eſt vana & perita curioſitas exercenda, ſed gradus ad immortalia, & ſemper manentia faciendus. *Lib. de vera relig.*

Dæmonium cibus eſt, carmina Poetarum, ſecularis ſcientia, Rhetoricorum pompa verborum Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla iuſtitiæ refectio reperitur, ſtudioſi earum in fame veri & in virrutum penuria perſeuerant. *Hier. in epiſt. de duobus filijs.*

Nugas tenemus, & fonte veritatis amiſſo, opinionum riuulos conſectamur. *ibid.*

Sacerdotes, dimiſſis euangeliis & prophetiis, videmus comœdias legere, & amatoria bucolicorum verſuum verba cantare. *ibidem.*

Graue curioſitas eſt vitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inueſtigandam vitam proximi exterius ducit, ſemper ei intima ſua abſcondit, vt aliena ſciens, ſe neſciens ſit, & curioſus animus, quantò peritus fuerit alieni meriti: tanto fiat ignarus ſui. *Greg. hom. 36. in Euang.*

Curioſus foras egreditur, & exterius omnia conſiderat, qui ſic interna deſpicit, præterita non reſpicit, præſentia non inſpicit, futura non proſpicit. *Bern in quodam ſer.*

Pius pulſator plerunque inuenit quod temerarius ſcrutator inuenire non poteſt. *Idem ſup. Can. ſer. 24.*

Multi ſtudent plura alta, quam apta proferre: & erubeſcunt plana & humilia, vt hæc ſolum ſcire videantur. *In Serm.*

Doctrina ſpiritus non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit. *Sup. Cant.*

Adoleſcentibus in ludo literarum poſitis non tam placent ſolida quam picta: quæq; potius pulchra, quam vtilia ſectantur, hec tam agentia diligunt, quam ſonantia. Magis gaudent foliorum amœnitate conſpergi quam fructuum vbertate nutriri. *Chryſ. prolog. ſup. Matth.*

Phariſæi de Deo quærere contendentes, nihil aliud ſe inueniſſe confeſſi ſunt, niſi quod incognoſcibilis eſt Deus, ſed ſicut qui innauigabilem Oceanum vſurpat nauigare, dum non poteſt tranſire, neceſſe eſt, vt per eandem viam reuertatur, ſic & illi ab ignorantia cœperunt, & in ignorantia finierunt. *Chryſoſtom. in Matth.*

Quod multa nobis obſcura ſint, atque humano ingenio vix perueſtigari queant, perſpicuum eſt. Quod autem ea demum, & quidem vtiliter captum noſtrum effugiant, quæ nobis ad ſalutẽ haudquaquam conducunt, id quoque liquet. Conſideremus itaq; quid nobis ad beatitudinem adiumento ſit, quod ſecus: atque ita, quæ dicuntur exploremus. Cœlum aut ſphæræ, aut dimidiæ ſphæræ ſpeciem imitari affirmare, atque item celerrimum Solis curſum, ac Lunæ incrementa & decrementa, ſiderumque ſitum curioſe indagare, ac præterea de terra quærere, cylindri an coni ſpeciem teneat, mundique centrum ſit: ac denique & Solis & Lunæ interualla cognita & explorata habere, quid ad bene beateque viuendum vtilitatis afferat, equidem non video: Quod ſi quis id dicere poſſit, dicet quidem fortaſſe: verum minime perſuadebit. At vero iuſtitiam & fortitudinem, ac prudentiam & temperantiam, & ſi quid his affine eſt, ſcire atque exequi, hoc vero eos; qui id callent, ad beatitudinis arcem euehit. Quocirca faciendum eſt, vt ab his ex quibus nihil commodi nobis oritur abſtineamus, ea autem ex quibus emolumentum percipitur, amplectamur, *Iſidorus P[...] la 273.*

Quæ Deus occulta eſſe voluit, non ſunt ſcrutand[...] manifeſta fecit, non ſunt negligenda, ne & in illis il[...] in his damnabiliter inueniamur ingrati. *Proſp. de [...] tium.*

De altitudine diſcretionis Dei non conturbabitur[...] tis noſtræ: ſi firma & ſtabili fide omne iudicium D[...] ſciamus: & vbi inueſtigari non poteſt, quare ita iud[...] re, quis iudicet. *ibidem.*

Lauda & venerare, quod agitur: quia tuum eſt [...] gitur. *ibidem.*

O quanti veritatem quærunt, non in veritate [...] quæſitam inueniunt, non ad veritatem, ſed ad van[...] miſerrimum eſt, in verbis vitæ lucra mortis negoti[...] *S. Vict. in quodam ſerm.*

Odibilius nihil eſt ſubtilitate, vbi eſt ſola ſubtili[...] prodeſt in illis expendere dies ſuos, quæ nec domi, nec[...] foro, nec in clauſtro, nec in curia, nec in eccleſia, [...] ſunt, niſi duntaxat in ſcholis? Scribens Seneca ad Luc[...] eſt, inquit, acutius ariſta, & in quo eſt vtilis? tale eſt in[...] quod ſola ſubtilitate laſciuiens nulla in ſe reſidet [...] *Rau. in ſerm.*

Maximum vitium ſubtilitatis eſt, nimis ſe oſtend[...] autem eſt diſſimulatio ſubtilitatis, quæ effectu appar[...] *ibidem.*

Quidam antequam diſciplinis elementaribus i[...] centur inquirere de puncto, de linea, de ſuperficie, & [...] mæ, de fato, de libero arbitrio, de materia & motu, de [...] porum, de progreſſu multitudinis, de magnitudin[...] ſit tempus, quid inane, quid locus, de reflexione Oce[...] li, de variis latentis naturæ ſecretis, de variis figur[...] primis rerum initiis, & aliis quam plurimis, quæ pl[...] fundamentum, & eminentiores exigunt intellectu[...]

Quæ vtilitas eſt ſcedulas euoluere, firmare verbo[...] & ſophiſmatum verſutias vniuerſare, damnare ſcrip[...] reprobare omnia, quæ non inueniuntur in ſuorum [...] ſtrorum. *ibid.*

Sobrius intellectus in omnibus optimus eſt, qui [...] nec grauat mentem: vnde mel inueniſti: comede q[...] ne forte ſatiatus euomas illud, & periures nomen De[...] *Eccl.3.*

## ¶ Poeticæ Sententia[...]

Menander.

*Πολυπραγμονεῖν τ' ἀλλότρια μὴ βούλου κακά,*
*Multum curare aliena ne velis mala.*
*Πολλοὶ σχολὴν ἄγουσιν εἰς τὰ χείρονα,*
*Multi otium conterunt in peiora.*
*Τὰ πολλὰ πράττειν ἐστὶ πανταχοῦ σαπρόν,*
*Multa facere eſt vbiq; putridum.*
*Τὰ πολλὰ πράττειν, καὶ λύπας πολλὰς ἔχει.*
*Multa facere, & triſtitias multas habet.*

Plaut. in Sticho.

*Curioſus nemo eſt qui non ſit maleuolus.*

Terent. in Heautont.

*Ita comparatam eſſe naturam omnium h[...]*
*na magis iudicent quam ſua.*

Ibidem.

*Tantum ne ab re tua eſt otij tibi, aliena [...]*
*nihil ad te attinent.*

Idem in Hecyrà.

*Tua quod nihil refert, percontari deſinas.*

## ¶ Philosophorvm Sententi[...]

Acrior eſt cupiditas ignota cognoſcendi, quam [...] di: hoc in hiſtrionibus, hoc in oratoribus, deniq[...] mus accidere: ad noua homines concurrunt, ad [...] unt, adeo vt quicquid inſolitum eſt in turba, etiam [...] *neca.*

Multum temporis illi verborum cauillatio eripu[...] dos, & ambiguam ſignificationem verbis illigamus, [...] ſoluimus. Quid mihi vocum ſimilitudines diſtingu[...] mo vnquam, niſi dum diſputat, captus eſt? Res [...] ne. Sophiſmata nec ignoranti nocent, nec ſcientem [...] *45. Epiſt.*

Nam illi non inuenta, ſed quærenda nobis reliq[...] niſſent forſitan neceſſaria, niſi ſuperuacua quæſiſſ[...]

Verba copioſa componis, & interrogans vincul[...] acuta ſunt iſta, nihil acutius ariſta, & in quo eſt vti[...] tilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit. *Epiſt. 83.*

Nulla eſt ſine difficultate ſubtilitas. *Epiſt. 45.*

Relinque iſtum ludum literarum Philoſophi[...] cam, ad ſyllabas vocant, qui animum minuta d[...] & conterunt, & id agunt, vt philoſophia potius d[...]

…uideatur. Socrates, qui totam philoſophiam reuocauit ad mo… hanc ſummam dixit eſſe ſapientiam, bona malaq́ue diſtinguere. …

…æ ineptiæ Poetis relinquantur, quibus aures oblectare propo… eſt, & dulcem fabulam nectere. Sed qui ingenia ſanare, & fi… in rebus humanis retinere, ac memoriam officiorum animis …re volunt, ſerio loquantur, & magnis viribus agantur. *Lib. de* …

Demens omnibus merito viderer, ſi cum ſaxa in munimentum …rum ſenes & fœminæ congererent, cum iuuentus intra por… armata ſignum eruptionis expectaret, cum hoſtilia in portis tela …rent, & ipſum ſolum ſuffoſſionibus & ſtimulis tremeret, ſede… otioſus, & huiusmodi quæſtiunculas proponens: Quod non …diſti, habes: cornua autem non perdidiſti, cornua ergo habes. … quod tibi demens videar, ſi iſtis impendero operam, & nunc … quid agam? mors me ſequitur, vita fugit. Aduerſus hæc … aliquid: effice vt ego mortem non timeam, & vita me non …git. *Epiſt.* 16.

Mus ſyllaba eſt, mus autem caſeum rodit, ſyllaba ergo caſeum … Quod mihi ex iſta ſententia periculum imminet? quod in…dum? An forte acutior eſt illa collectio: Mus ſyllaba eſt, ſyl… autem caſeum non rodit, mus ergo caſeum non rodit. O pueri…eptias! in hoc ſupercilia ſubducimus, in hoc barbam demitti… hoc eſt quod triſtes docemus pallidi. Si multum eſſet ætatis, … diſpenſandum erat, vt ſufficeret neceſſariis, nunc quæ demen… eſt ſuperuacua diſcere in tanta temporis egeſtate? *Epiſt.* 49.

Quid torques & laceras in quæſtione? quam ſubtilius eſt con… …iſe, quam ſoluere? *In Epiſt.*

Quid horum ad virtutem viam ſternit ſyllabarum enarratio, …borum diligentia, & fabularum memoria & verſuum lex & mo…tio? quid ex his metum demit, cupiditatem frænat? Muſica … mihi qui ſunt modi flebiles? monſtret potius quomodo … non emittam flebilem vocem. Metiri me Geometer …fundia, potius doceat quomodo metiar quantum homini … docet quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego di… quomodo totus hilaris amittam. Scis rotunda metiri, ſi … metire homines animum, dic quam magnus, dic quam … Scis quæ recta ſit linea: quid tibi prodeſt, ſi quid in vita … ignoras? *Ibidem.*

…re quid proderit, vt ſolicitus ſim, quum Saturnus & Mars …ſtabunt? aut quum Mercurius veſpertinum faciet occa… Saturno? potius quam hoc diſcam, vbicunque iſta ſint … nec poſſe mutari. *Ibid.*

…liberalium artium conſectatio moleſtos, intempeſtiuos, ver… placentes facit, & ideo non diſcentes neceſſaria: quia ſu… dicerunt, quare ergo liberalibus ſtudiis filios erudimus; … virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam … præparant. *ibid.*

…rabiles quæſtiones fiunt, de animo tantum. Vnde ſit, … quando eſſe incipiat, quamdiu ſit, an aliũde alio tranſeat, … mutet, & ad alias animalium formas, an non amplius, … ſeruiat, & emiſſus vagetur in toto, quid ſit facturus ani… ſemper nos aliquid facere deſierit, quomodo libertate ſua … ex hac effugerit cauea, an obliuiſcatur priorum. Hæc … tam magna, vt habere poſſim liberum hoſpitium, ſuper… …o tollenda ſunt. Non dabit ſe in has anguſtias virtus. … omnia: totum pectus illi vacet. *ibid.*

… multum nocebit tibi iſta tranſire, quæ nec licet ſcire, nec … Quicquid enim nos meliores beatosque facturum eſt, aut … aut in proximo poſuit. *ibid.*

…uor millia librorum Didymus Grammaticus ſcripſit, miſe…minis, ſi præſens eſſet: ſi tam multa legiſſet ſuperuacua: In … de patria Homeri quæritur: de Æneæ matre vera, his, an … …orant ebrioſior vixerit, in his an Sappho publica fuerit: & … erant dediſcenda ſi ſcires. Sed ſi ad noſtros quosque perue… …endam multa ſecuribus reſecanda. Metire ergo ætatem … multa non capit. Audi quantum mali faciat nimia ſubti… … infeſta ſit veritati. *Ibidem.*

¶ Apophthegmata.

…ma. Thaletem in cœlum ſuſpicientem, & lapſum in bara… ancilla conſpicata, merito id illi accidiſſe dicebat: qui cum … pedes eſſent ignoraret, cœlum contemplaretur, vt cogno… *…ton. in Meliſſa, par. 2. ſerm. 77. & Maxim. ſerm. 21. Bruſ. l. 2.*

…ppus, quum quidam obiiceret Ariſtippo, ac diceret, Propter …rit. An, inquit, melius eſt, me propter agrum perire? *Ant.* … *part. 2. Meliſſa.*

…crates nihil referre dicebat, vtrum pedes an oculos inferas … alienas, videlicet deterrens, ab omni curioſitate rerum ad … attingentium. *Laert. l. 4. c. 2.*

… Citticus adoleſcentem curioſius quiddam quam pro ætate …tem, adduxit ad ſpeculum, vtque ſe contemplaretur admo… Mox rogauit, an videretur tali vultui conuenire quæſtiones …di proponere? *Laert. l. 7. c. 1.*

*Socrates* interrogatus à quodam, quid ageretur apud inferos, deridens hominis curioſitatem reſpondit: Nec ego, inquit, vnquam iui, nec cum quoquam illinc reuerſo ſum collocutus, *Max. ſer.* 36.

*Idem* illud Homeri ſemper in ore habere ſolitus erat.

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται.

Id eſt,

*Ædibus in noſtris quæ praua aut recta gerantur.*

Eo non ſolum reuocans auditores à curioſitate rerum alienarũ, verum etiam à diſciplinis non neceſſariis: velut ab exacta cognitione Aſtrologiæ, aut Geometriæ, aut cauſarum naturalium, aut rerum vltra mundanarum, ad cognitionem Ethices, cuius ſcientia præſtat, vt nobis ipſi noti ſimus, atque rem domeſticam aut publicam vtiliter adminiſtremus. *Stob. Laert.*

*Idem:* eodem ſpectat & illud quod illi adſcribitur, & in primis celebratur: Quæ ſupra nos, nihil ad nos, Sic enim reſpondere ſolebat admirantibus, quod de moribus ſemper, de aſtris, deque meteorologicis nunquam diſputaret. *Gellius & Laert.*

*Ariſtoteles* eos qui res euidentes demonſtrare conarentur, ſimiliter facere dicebat, vt ſi quis ſolem per lucernam oſtendere conetur. *Max. ſerm.* 21.

*Demoſthenes* quũ quidam diceret eum agrum negligere, ipſum autem ſe curare: Ea (inquit) curo, propter quæ agrum comparaui. *Antonius in Meliſſa, part. 1. ſer. 77. & Max ſerm.* 21.

*Euclides Philoſophus* rogatus à quodam, quales eſſent dii, quaq; re potiſſimum gauderent? Cætera quidem ignoro, inquit, at curioſos illis odio eſſe certo ſcio. *Max. ſerm.* 21.

*Demonax*, cum quidam exquireret, an mundus eſſet animatus & rurſus, an globoſus? Vos, inquit Demonax, de mundo ſolliciti eſtis, & veſtram ipſorum immundiciem non curatis. *Ant. in Meliſſa par. 2. ſer. 77. & Max. ſer.* 21.

*Anonymus*, Ægyptius baiulus geſtans quiddam velo opertum, cuidam ſciſcitanti quid portaret? Ideo obuelatum eſt, ne ſcires: tu vero cur curioſe veſtigas, quod occultum eſt? Solent vectigalium redemptores explorare ſarcinas. Ægyptii autem dicti ſunt ἀχθοφόροι. *Eraſ. l. 6. apoph. ex Plut.*

*Seneca*, non vis eſſe iracundus? inquit: ne ſis curioſus. Qui inquirit quid in ſe dictum ſit, qui malignos ſermones etiam ſi ſecreto habiti ſint, eruit, ſe ipſe inquietat. *l. de Ira. c.* 11.

*Veſpaſianus* à conſulari viro Menſtruo Floro monitus, plauſtra potius quam ploſtra dicendum, poſtridie illum pro Floro Flaurum ſalutauit: ciuiliter alludens ad illius curioſam admonitionem. Veteres in quibusdam pro diphthongo ſonabant o, vt Clodius pro Claudius. *Sueton.*

*Anonymus*, cuidam vxor ſua per literas exprobrarat, quod lauacris ac voluptatibus detentus, ad ſe redire nollet. Id per frumentarios reſciuerat Imperator. Itaque commeatum petenti, exprobrauit & lauacra & voluptates. Tum ille: Num & tibi, ô Cæſar, ſcripſit vxor mea, quod mihi? Notans curioſitatem principe indignam. *Dion in vita Hadriani.*

¶ Similitudines.

*Eſdræ*, quemadmodum terra ſyluæ data eſt, & mare fluctibus ſuis: Sic qui ſuper terram inhabitant, quæ ſuper terram, intelligere ſolummodo poſſunt, & qui ſuper cœlos, quæ ſuper altitudinem cœlorum. 4. *Eſdr.* 4.

*D. Auguſtini:* intuere piſces maris, hoc eſt, curioſos, qui perambulant ſemitas maris, id eſt, inquirũt in profundo huius ſeculi temporalia: quæ tanquam ſemitæ in mari tam cito euaneſcunt & intereunt, quum rurſus aqua confunditur, poſtquam tranſeuntibus locum dederit, vel nauibus, vel quibuscunque ambulantibus vel natantibus. *In Pſal.* 8.

*Plutarchi:* vt coriarii optant pecorum prouentum, piſcatores piſcium: Sic curioſus malorum nouarum rerum commotionem, vt habeat quod venetur. *In Mor.*

*Vt admonuit* Socrates cauendum ab iis eduliis, qui illicerent ad edendum etiam non eſurientes, & à potu qui ad bibendum inuitaret etiam non ſitientes: Sic fugienda ſunt ſpectacula, ſermonesque qui pelliciunt ſui deſiderio eos, ad quos nihil attinent. *In Mor.*

*Vt quidam* inſana libidine, neglectis formoſiſſimis mulieribus quæ proſtant, ad incluſam & ſumptuoſam penetrant, etiam deformem. Sic curioſus contemptis præclaris ſpectaculis ac fabulis tam multis, alienas ſcrutatur epiſtolas, alienas domos, non abſque periculo nonnunquam. *In Mor.*

*Vt turpe eſt* ingredi domum alienam, aut introſpicere: Ita turpius eſt ſcrutari, quid alii ſuæ domi faciant. *In Mor.*

*Vt Simonides* Gratiarum ſcrinium ſemper inane reperit, mercedis ſemper plenum. Ita ſi curioſus poſt aliquantum tempus ſuam aperit penum, inutilibus & inſuauibus rebus plenam inueniet. *In Mor.*

*Quidam è poetis* eligunt deterrima, vt ex Homericis verſibus acephalos, & μειούρους, tragicos ſyllogiſmos, & ab Archilocho obſcœne dicta in mulieres: Sic curioſus peſſima & inſuauiſſima è cuiusque vita decerpit. *In Mor.*

*Gallina ſæpenumero* pabulo appoſito, in angulo ſcalpens ac verrens ſcobem, è ſtercore & hordei granum vnum depromere mauult

Sic curioſi prætermiſſis aut interruptis ſermonibus innoxiis, ſi quid malum in cuiusquam familia occultum eſt, id proferunt in medium. *In Mor.*

*Vt Philippus* ex deterrimis hominibus conditam ciuitatem πονηρόπολιν appellauit: Sic curioſus malis vndique congeſtis, theſaurum quendam inamabilem & inamœnum ſibi in memoria conſtruit. *In Mor.*

*Vt Sicyæ*, quod eſt in corpore peſſimum attrahunt: Sic quidam ſuis bonis non fruuntur, ſed malis expetendis diſcruciantur: & curioſorum aures, quod eſt in hominum vita vitioſiſſimum, id libentiſſime audiunt. *In Mor. & Plin. l.32.c.1.*

*Ciuitates portas* habent quasdam nefaſtas, per quas educuntur nocentes ad ſupplicium capitis, eiiciuntur purgamenta: nihil autem infertur ſacrum aut purum. Sic aures curioſorum non transeunt niſi homicidia, adulteria. *In Mor.*

*Vt vlcus* cruentat ſeipſum, dum ſcalpitur: Ita curioſitas & ſua mala ſtudet cognoſcere, & dolorem accerſit cognoſcendi libido ſiue pruritus. *In Mor.*

*Quemadmodum* aquilæ & leones cum ambulant, introrſum vertunt vngues, ne conterantur, ac ſeruant in prædam illorum aciem: Sic animi vigorem non conuenit alienis rebus naſcendis abſumere, ſed ſeruare ad vſum neceſſariorum. *In Mor.*

*Vt quidam neglectis* pulchris picturis prodigioſas ac monſtroſas mirantur imagines, vt trioculos, carentes ſuris, cynocephalos. Sic curioſi malis alienis magis delectantur, quam honeſtis. *In Mor.*

*Vt taxatur* in comœdiis Cleon, quod alibi manus haberet, alibi mentem: Ita multis in locis curioſi hominis animus, nec vna habitat in domo. *In Mor.*

*Portitoribus* indignamur, quod aliena ſcrutantur vaſa, cum id lex eis permittat, & ni faciant, damnum facturi ſint: Multo magis ſuccenſendum iis, qui ſuis negotiis aliena perſcrutantur. *In Mor.*

*Vt nemo ferret*, ſi quis medicus, vel Æſculapius vltro accedens ad alienum morbum, percontaretur, num haberet phiſtulam in ano, aut num mulier haberet cancrum in pudendis: cum hæc curioſitas ſit ſalutifera, quod inuocatus accedet: Multo magis eiiciendus curioſus, qui aliena mala non curat, ſed retegit tantum, idque non accerſitus. *In Mor.*

*Senecæ:* vt in aperto poſita & expoſita negliguntur ac prætereuntur, abſtruſa petuntur inſidiis: Ita qui valde latet, & à vulgo ſemotus eſt, in huius vitam inquirunt homines.

*Ioannis Ludouici Viuis:* ſolem ſi ſereno cœlo intuearis, nocet oculis, interdum excæcat: Sic ſi diuinitatis fulgorem tentes contemplari, oculos mentis amittes. Qui ſcrutatur maieſtatem, inquit Sapiens, opprimetur à gloria. Non auguſtiæ mentis humanæ rem capiunt tam ſublimem atque amplam. Non videbit me homo, & viuet: ait Deus. Adoranda ſunt hæc, non ſcrutanda. *In Satellitio* 6. 187.

*Eraſmi:* vt ſtultiſſimum eſt, cum huius mundi, in quo nati ſumus, naturam cognoſcere non poſſimus, alios innumerabiles mūdos foris quærere: Ita abſurdum eſt, neglectis rebus domeſticis, de alienis eſſe ſolicitum & curioſum. *In Sim.*

### ❡ Adagia.

Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem. *Theocritus.*

*In curioſos, & quid quisq; domi faciat perueſtigantes. Conueniet illud ex Syracuſanis:*

Πάντα γυναῖκες ἴσασι καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην.

Id eſt,

*Nouit fæmineum genus omnia: nouit & illud,*
*Iunonem duxit quo pacto Iuppiter olim.*

Canes venatici.

*Dicuntur, qui omnia venantur, & produnt, perueſtig[...] metaphora. Cicero.*

Nihil dulcius, quam omnia ſcire.

*M. Tullius ad Atticum libr. 4. refert hunc ſenarium [...] celebrem.*

Οὐδὲν γλυκύτερον ἐστιν, ἢ πάντ' εἰδέναι.

Id eſt,

*Nil dulcius, quam ſcire prorſus omnia.*

Mylus omnia audiens. Μύλος πάντ' ἀκούων.

*Dici ſolitum, vbi quis ſe diſſimularet audire quum [...] auribus curioſis captaret, auſcultaretq;.*

Nihil inanius, quam multa ſcire. Πολυμαθημοσύνης [...] ἄλλο.

*Conueniet in eos, qui malunt multa diſcere, quam [...]* viel kan/der muß viel thun.

Zenonium eſt & lentem coquere. Ζηνώνειον καὶ φακῆν [...]

*Licebit vti, cum dicemus eſſe viri boni, etiam in rebus [...] mis, ſui ſimilem eſſe: aut egregium artificem in quacun[...] declarare, qualis ſit artifex.*

Corycæus auſcultauit. Κωρυκαῖος ἠκροάζετο.

*Vbiquis id quod agit, conatur diſſimulare, tamen [...] henditur. Strabo.*

Multæ regum aures atq; oculi. ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασ[...]

*Allegoria inde ducta eſt, quod regibus complures [...] ploratores, quibus velut auribus vtuntur. Lucianus.*

Nodum in Scirpo quæris.

*In anxium dicebatur, nimiśq; diligentem, aut metu[...] illic ſcrupulum moueret, vbi nihil eſſet addubitandum [...] retinent eandem metaphoram.* Du ſucheſt ein Knoden [...] zen.

### ❡ Exempla Biblica.

*Curioſitatis exempla:* Eua, *Gen.* 3. *v.* 5. 6. Dina, 34. [...] tes, 1. *Sam.* 6. 19. Ozias, 2. *Paralip.* 26. 16. Scribæ & Phari[...] *v.* 38. 39. Phariſæi & Saducæi, 16. 1. Herodes, *Luc.* 9. 9. [...] ſæi, 11. 16. Petrus, *Ioa.* 21. 20. Apoſtoli, *Act.* 1. 7. Epicurei [...] loſophi, 17. 20. Epheſii, 19. Agrippa, 25. *verſ.* 22. 23. Th[...] *Theſſ.* 3. *v.* 21. Iuniores viduæ, 1. *Tim.* 5. *v.* 11. 12. 13.

### ❡ Fabula.

Diuinator in foro reſpondebat conſulentibus, cum [...] cius illi aduenit, patere fores domus ipſius, neque [...] reliquum, ſed omnem ſupellectilem eſſe direptam. [...] animo ille exiliit, & curriculo ad ædes ſuas contendit [...] catus feſtinantem quidam: Heus tu, inquit, cum alien[...] prædictiones profiterere: cur tuas negligebas?

Notantur hac fabula ii, qui cum ipſi perperam [...] mnia curare & corrigere oratione ſua non dubitant, [...] Xenophonteum innuitur, τοὺς μάντεις ἄλλοις μὲν [...] λον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ προορᾶν τὸ ἐπιόν.

FINIS LIBRI SECVNDI.